[redacted]

[redacted]

FLORA
BADENSIS
ALSATICA

ET

CONFINIUM REGIONUM

CIS ET TRANSRHENANA

PLANTAS

A LACU BODAMICO USQUE AD CONFLUENTEM MOSELLÆ ET RHENI SPONTE NASCENTES

EXHIBENS

SECUNDUM SYSTEMA SEXUALE

CUM

ICONIBUS AD NATURAM DELINEATIS

Auctore

CAROLO CHRISTIANO GMELIN

MED. DOCT.

Sereniss. et Potentiss. Elector. Badens. Consiliar. Aul. Botan. et Hist. Nat. Prof. Publ. Ord. Directore Musei Natur. Collegii Med. Bad. Membr. Ord. Acad. Imp. Nat. Cur. Nat. Scrut Halens. et Suevic. Phytogr. Gotting. Agricult. Scient. et Art. Rheni inf. Botan. Ratisbon. et Mineralog. Jenens Sodal,

Tom. I.

CARLSRUHÆ

IN OFFICINA AUL. MÜLLERIANA

1806.

SERENISSIMO

AC POTENTISSIMO PRINCIPI

ET DOMINO

CAROLO FRIDERICO

MARCGRAVIO BADENSI ET
HOCHBERGENSI

S. R. I. PRINCIPI ELECTORI

COMITI PALATINO RHENANO, PRINCIPI CONSTANTIENSI, BRUCHSALIENSI ET ETTENHEMENSI, LANDGRAVIO SAUSENBERGENSI, COMITI EBERSTEINENSI, ODENHEMENSI ET GENGENBACENSI, ITEM SALEMITANO ET PETERSHUSANO, DYNASTÆ IN ROETELN, BADENWEILER, LAHR, MAHLBERG, LICHTENAU, REICHENAU ET OEHNINGEN

REL. REL.

PATRI PATRIÆ

DOMINO SUO INDULGENTISSIMO

SERENISSIME AC POTENTISSIME PRINCEPS ELECTOR,

Quem dudum, ex unanimi omnium bonorum sententia, egregiis ingenii animique dotibus et immortalibus in populum TUUM meritis inter Europae Principes tenes locum insignem, eundem certe nactus es inter eos, qui bonis litteris artibusque liberalibus cupiunt bene non solum, verum etiam mira constantia et munificentia easdem augent atque amplificant.

TUO imprimis beneficio factum est, ut Hortus botanicus Carlsruhensis, qui avo TUO, Serenissimo Marchioni CAROLO

WILHELMO debet originem, instauraretur ingentique numero plantarum pretiosissimarum æque ac rarissimarum ornaretur mirifice.

TE adjuvante Museum rerum memorabilium in natura visendarum, quod itidem Carlsruhæ est, a CAROLINA LUDOVICA, Principe incomparabili et gloriosissima, (fuit enim TUA, SERENISSIME PRINCEPS ELECTOR, Conjux dilecta, nunc pie defuncta) quondam inchoatum, innumeris fere et rarissimis corporibus in lapidem versis, mineralibus, conchyliis, madreporis, corallinis,

gorgoniis, piscibus, avibus, insectis, aliisque auctum fuit continuo, et indies augetur. Quapropter monumentum habemus haud interiturum non modo TUÆ munificentiæ et in historiam naturalem amoris, sed etiam augustæ CONJUGIS TUÆ earum rerum cupidissimæ et scientissimæ, quæ sua scientia et virtute meruit, ut planta eximia nomen EJUS (Carolinea Princeps Linn.) ferat apud ultimos Indos.

Cepit patria ex isto conjuncto studio, quo SERENISSIMORUM BADENSIUM PRIN-



PATER PATRIÆ INDULGENTISSIME,

maxime pertinet, quem submisso pietatis cultu et devotissima mente TIBI offero, hic qualiscunque liber. Suscipias eum, humillime precor, benigne ac serena fronte, atque porro in tutelam TUAM meum studium et me recipere digneris.

Deum immortalem precibus adeo ardentissimis, ut TE, DOMINE CLEMENTISSIME, omni humanæ felicitatis genere velit ornare TUAMque vitam, tanta meritorum gloria, per universam Europam mactatam, ad seros

usque annos incolumem servare. TUA enim salute vera versatur et civitatis et singulorum utilitas.

SERENISSIME PRINCEPS ELECTOR,

TUI NOMINIS

Scrib. Carlsruhae
ipsis idib. April.
MDCCCV.

cultor humillimus et devotissimus
Carolus Christianus Gmelin.

PRÆFATIO.

Floram Badensem et confinium regionum in publicum editurus, cum de ambitu atque natura soli, cujus plantas recensendas atque describendas suscepi, tum de operis ipsius ratione legibusque nonnulla dicenda esse judicavi.

Plantas præcipue describendas mihi sumsi eas, quæ intra terrarum Badensium fines nascuntur tam pristinos, quam novos, hoc est in terris iis, quæ ante novissimum bellum gallicum Serenissimæ domui Badensi paruerunt, et quæ nuper, anno hujus seculi tertio, provinciarum amissarum loco eidem accesserunt. Collectæ igitur sunt præter Marchionatus Ba-

densis proprie sic nominati indigenas, non solum quas vetus comitatus Sponhemia Badensis, cis et trans Naham fluvium disjecta, quin Rheni et Mosellæ confluentium angulo inclusa, sed etiam Palatinatus Rhenanus Serenissimi Electoris ditioni addictus, et Principatus Badensis superior, ad Lacum Bodamicum situs, aut sponte proferunt, aut in vineis agrisque colunt. Præterea suo quasque loco velut hospitii jure recepi, quas forte in aliis regionibus, quibus Patria aut intercluditur aut proxime tangitur, memoratu dignas observavi.

Neque vero ab instituto omnino alienam aut botanicæ artis cultoribus ingratam rem aggredi mihi videbar, si a Pago helvetico Basileensi in totum terræ tractum hinc Sylva nigra inde Vogeso Saltu septum me diffunderem, adeoque et *Alsatiæ* superioris inferiorisque plantas, quas post MAPPUM nemo, ac ne hic quidem commode recensuit, nostratibus suo loco intermiscerem. Nam b. MAPPUS ordine alphabetico usus, scholam et præcepta Tournefortiana professus, opere jam anno 1742. edito, cum multæ adhuc plantæ in agris

et montibus iftis fcrutantium induftriam fallerent, aut in altioribus receffibus intactæ laterent, reliquit, quæ noftro tempore aliquis jure meritoque defideret.

Defcendit igitur provincia, cui perluftrandæ me accinxi, a Lacu Bodamico, cœlo, folo, montibus, vallibus, clivis, planis, fluviis, cultura varia, falfæ quoque, et calidæ undæ fontibus celebris, plantisque diverfiffimi generis, rarioribus quoque, quin rariffimis progignendis alendisque aptiffima. Lacus bodamicus alluit, Rhenus permeat, in Pago Bafileenfi altiffimus Jura affurgit. Hinc uberrimam et fluviis ad Rhenum utrinque delabentibus lætam planitiem Nigræ Sylvæ et Vogefi montis perpetui tractus mediam includunt, in Palatinatu inferiore recedentes aperiunt. Spondemia excurrentibus Vogefi propaginibus afpera, vallibus interjectis amœna accedit, Mofella in Rhenum incurrens provinciam claudit.

Summa Sylvæ Nigræ et totius Provinciæ ac fere fancta cacumina attollunt *Feldberg* et *Belchen* Brisgoviæ finibus impofiti montes,

Granite et Gneiſſio compacti, quorum ille pedibus pariſ. 4386, hic 4357 æquor maris mediterranei altitudine excedit. Proximus his et ſitu et altitudine *Blauen* mons, itidem Granite et Gneiſſio exſtructus, 3597 pedibus altus, dignique quos natura ex altera parte his oppoſuerit Vogeſi *Ballon*, *Waſſerfall*, *Mutetus* et alii montes per fratrum Bauhinorum excurſiones botanicas noti, paſſim alpinis multisque ſubalpinis plantis decori.

Denique Brisgoviæ mons *Kaiſerſtuhl* quamvis depreſſior, ob ſitum tamen et naturam ſuam ſilentio non eſt prætereundus, qui quidem in Marchionatu *Hochbergenſi* in media planitie ſolitarius aſſurgens, et transverſo tractu ad Rhenum procurrens, Vulcano originem debet, quod alte ſuperfuſa Lavarum ſtrata teſtantur.

Omnes has regiones, quarum plantas hoc opus continet, quantum fieri poteſt ipſe pluries adii et diligenter perveſtigavi, complura tamen amicorum botanicorum debeo benevolentiæ.

Regio-

Regionem Carlsruhanam, et Bruchfalienfem, vicinam Rheni ripam, propiores et remotiores montes ac Valles circa Thermas Badenfes celebratiffimas, Montem Mercurii dictum, *Yberg*, *Tobel*, *Kaltenbrunn*, *Herrenwiefe*, vallem Gernsbacenfem et Bühlenfem, fæpe folus, fæpe cum fociis dilectiffimis, *Cel.* HEBELIO Theol. et linguarum orientalium Profeffore Carlsruhenfi auctore carminum vernaculorum (*Allemannifche Gedichte*), meritiffimo SCHWEYCKERTO, Hortorum Sereniffimi Electoris Infpectore Carlsruhenfi, SALZERO pharmacopœo, chemico et botanico Durlacenfi fagaciffimo, inftructiffimo, aliisque ita peragravi, ut fere nihil intactum aut non perveftigatum relinqueremus.

Eodem ftudio accenfus repetitis vicibus ulteriores valles Oppenaviæ, Durbacenfem, Kinzingenfem adii, præaltosque earum montes Granite et Gneiffio exaggeratos confcendi.

Regiones Marchionatus Badenfis ad Helvetiam porrectas, quamvis inde a pueritia fæpius perluftravi, montemque *Belchen* hinc

pascuis amoenissimum; fontiumque scaturiginibus laetum, inde praeruptis rupibus asperum, non sine Diis ascendi, tamen quae in monte *Feldberg* collecta sunt, ut plurima alia ejus regionis ac ipsius montis *Belchen*, diligentiae acutissimi VULPII, Botanici, Chemici, Pharmacopoei meritissimi debemus, qui quicquid ibi collegit, amicissime mecum communicavit.

Pagum transrhenanum non solum ipse ab Argentorato, plantis intentus, saepe peragravi, sed et beneficio b. HERMANNI, Botanices et Hist. Nat. Professoris, praeceptoris maxime venerandi, b. LACHENALII Professoris Botanices in Academia Basileensi acutissimi, ac novissime indefessi ZEYHERI, qui aliquot annis Horti Aulici Electoralis Basileae curam gesserat, si quid novi et mihi incogniti in Alsatia praesertim superiori et Pago Basileensi invenerant, Florae nostrae inserendum accepi, Benevolentiae virorum humanissimorum mentionem palam faciens, piae mentis et gratissimi animi affectibus satisfacere cupio.

Denique jussu Serenissimi Electoris, Sponhemiam quidem jam annis MDCCLXXXVI.

et MDCCLXXXVII. rerum naturalium cauſſa perluſtravi, in eoque præſertim itinere Palatinatus quoque plantas poſt POLLICHIUM reperi, ac noviſſime in Principatum ſuperiorem ad Lacum profectus, quantum per tempus et alia negotia mihi licuit, plantas ejus regionis perquirendas curæ penſique habui.

Sic ultra viginti quinque annos patriæ et vicinas ipſi regiones peragravi, plantas repertas, maximaque ex parte in loco natali deſcriptas collegi, et pro Herbario deſiccavi, rariores quoque et quæ in Horto Botanico Electorali Carlsruhano adhuc deſiderabantur, eo transplantandas curavi, mutationesque ſi quas forte culturà patiebantur, diligenter obſervavi.

Sic præparatus et inſtructus itinere quoque botanico in Helvetiam, Galliam meridionalem, Pyrenæum ſaltum, Cataloniæ, Valentiæ, Murciæ, Caſtiliarum et Arragoniæ regna, multorumque virorum doctiſſimorum commercio auctus, ad ſcribendam edendamque Floram Badenſem acceſſi, collectionesque jam

editas quæ ad patriam floram respectum habent, quæ quidem paucissimæ sunt, sedulo quidem, ita tamen consului, ut si haberem, quæ conferrem, non temere in earum fide et auctoritate sola acquiescerem.

Scripserat autem Catalogum plantarum circa Basileam sponte nascentium CASPARUS BAUHINUS, Serenissimi Principis ERNESTI Marchionis Bada-Durlacensis, qui in Marchionatus superioris urbe *Sulzburg* sedem aulicam habebat, Archiater et consiliarius intimus, qui et *primum hortum botanicum* in patria nostra Principis sui auspicio *Sulzburgi* condiderat, in eamque collectionem plantas quoque circa Sulzburg et Thermas Badavillanas nascentes cum aliis recepit. Paucisque abhinc annis indicem plantarum, quas VULPIUS in Marchionatu superiori collegerat, Cl. EHRHARDTUS cum orbe erudito communicavit. POLLICHII, Floram Palatinam, satis notam et merito celebratam, paucaque alia, non est, quod in memoriam lectoribus revocem.

Ceterum in hac Flora, quamquam ingens colitur intra hortorum aulicorum muros plan-

tarum exoticarum copia, tamen præter ſponte naſcentes, et in vineis agrisque cultas, arbuſtaque peregrina quidem, ſed tamen cœli et hiemis noſtræ patientia, nihil ſtatuimus recipiendum.

Syſtemate utendum duxi LINNEANO non mutato, ac Genera quidem ſecundum periluſtris et generoſiſſimi SCHREBERI, præceptoris pie colendi, editionem, adhibitis paſſim obſervationibus GÆRTNERI (*de fructibus et ſeminibus plantarum*,) doctiſſimi et oculatiſſimi KÖLREUTERI, CAVANILLIS, MEDICI, SCHKUHRII (*bot. Handbuch*, *Wittenberg* 1791.) aliorumque botanicorum celebrium conſtitui, plantas autem ipſas ad Linnei Species plantarum ſecundum Syſtema ſexuale digeſtas, ſubjeci, uſus editione ſecunda Holmiana anni 1762, quam a multo inde tempore verſare ſoleo.

Synonyma pauca modo, et quæ ad ſpecies recte cognoſcendas ſufficerent, ex HALLERI, POLLICHII, TOURNEFORTII, MAPPI, BAUHINORUM operibus aliisque paſſim ad-

jecta reperies. JAC. THEODORI TABERNÆMONTANI autem hiſtoriam plantarum ob Icones locupletiſſimas ligno quidem inciſas, tamen ad cognoſcendas ſpecies maxime utiles, eo libentius citavi, quod Liber ejus (*Neu vollkommen Kräuterbuch — — vormals durch Caſpar Bauhin, und nun durch Hieronymum Bauhin vermehrt. Gedruckt zu Baſel bey Jacob Werenfels*, 1664 *in Fol.*) in regionibus noſtris Rhenanis hinc inde in Pharmacopœorum, Medicorum, Chirurgorum Bibliothecis, obvius eſt aliorumque quoque in manibus verſatur.

Ad Icones citandas præcipue elegi præ aliis perilluſtris JACQUINI *Floram Auſtriacam, Hortum Vindobonenſem* et *Icones rariores;* CAVANILLIS *Icones;* CURTISII *Floram Londinenſem;* BULLIARDI *Herbier de la France;* OEDERI *Floram Danicam;* SCHREBERI *Græſer;* REGNAULTI *Botanique;* ELIS. BLACKWELL *Herbarium;* SCHKUHRII *Botan. Handbuch,* circa arbores autem et arbuſta PFLEGERI *Icones* pictas Arborum et Fruticum Badenſium, quæ in Bi-

bliotheca aulica Electoris Serenissimi servantur Botanophilis nostratibus consulendæ.

Post nomina deinde vernacula et gallica, plantæ cujusque locum natalem, stationem, florendi et maturationis seminum tempora et durationem notavi, ac ne quis in consulendo libro hæreat indicandum videtur, quod habitatio ejusdem plantæ cis et trans Rhenum nascentis, brevitatis caussa voce *utrinque* notetur. Plantas annuas adjecto signo ⊙ biennes ♂ perennes ♃ arbores vero et frutices ♄ notari solere, vix est quod quenquam doceamus.

In describendis plantis difficilioribus, aut rarioribus, uti summam curam adhibui, ita venenatis, et suspectis ne aliis similibus ab ignaris forte subjiciantur, diutius immoratus sum, omnes earum partes, quantum fieri potuit, curatissime expressi, ac in medicinæ et pharmaciæ studiosorum gratiam plantarum, quæ in remediis referri solent non nomina tantum pharmacevtica, sed et vires ex optimis materiæ medicæ operibus, et mea medica experientia adposui, nec tædebat earum quo-

que, quæ olim quidem in usu medico fuere, nunc exoletæ aut neglectæ, respectum habere. Sunt certe inter eas, quæ quo jure ejectæ sint, viderint, quibus id negotii curæ fuit.

Usum denique œconomicum multiplicem, et si qua alia scitu utilia aut jucunda videbantur, allegatis fontibus subtexui. Quibus omnibus ita rem meam egisse cupio, ut scriptoris botanici recti et sinceri nulli officio non videar satisfecisse.

Scripsi Carlsruhæ Mense Aprili 1805.

Carolus Christianus Gmelin.

CLAVIS SYSTEMATIS SEXUALIS.

NUPTIÆ PLANTARUM.
Florescentia.

PUBLICÆ. 1.
Nuptiæ, omnibus manifestæ, aperte celebrantur.
Flores unicuique visibiles.

MONOCLINIA.
Flores omnes hermaphroditi sunt, et Stamina cum pistillis in eodem flore.

DIFFINITAS.
Stamina nulla sua parte connata inter se sunt.

INDIFFERENTISMUS.
Stamina nullam determinatam proportionem longitudinis inter se invicem habent.

1. MONANDRIA.	8. OCTANDRIA.
2. DIANDRIA.	9. ENNEANDRIA.
3. TRIANDRIA.	10. DECANDRIA.
4. TETRANDRIA.	11. DODECANDRIA.
5. PENTANDRIA.	12. ICOSANDRIA.
6. HEXANDRIA.	13. POLYANDRIA.
7. HEPTANDRIA.	

SUBORDINATIO.
Stamina duo semper reliquis breviora sunt.

14. DIDYNAMIA.	15. TETRADYNAMIA.

AFFINITAS.
Stamina cohærent inter se invicem aliqua sua parte vel cum pistillo.

16. MONADELPHIA.	19. SYNGENESIA.
17. DIADELPHIA.	20. GYNANDRIA.
18. POLYADELPHIA.	

DICLINIA (a δὶς bis et κλίνη thalamus s. duplex thalam.)
Flores masculi et feminei in eadem specie.

21. MONOECIA.	23. POLYGAMIA.
22. DIOECIA.	

CLANDESTINÆ.
Nuptiæ clam instituuntur.
Flores oculis nostris nudis vix conspiciuntur.

24. CRYPTOGAMIA.

CLASSIUM CHARACTERES.

I. MONANDRIA, a μόνος unicus, et ἀνὴρ maritus.

Maritus unicus in matrimonio.

Stamen unicum in flore hermaphrodito.

II. DIANDRIA.

Mariti duo in eodem conjugio.

Stamina duo in flore hermaphrodito.

III. TRIANDRIA.

Mariti tres in eodem conjugio.

Stamina tria in flore hermaphrodito.

IV. TETRANDRIA.

Mariti quatuor in eodem conjugio.

Stamina quatuor in eodem flore cum fructu.

(*Si Stamina 2 proxima breviora sunt, referatur ad Cl. XIV.*)

V. PENTANDRIA.

Mariti quinque in eodem conjugio.

Stamina quinque in flore hermaphrodito.

VI. HEXANDRIA.

Mariti sex in eodem conjugio.

Stamina sex in flore hermaphrodito.

(*Si ex his Stamina 2 opposita breviora, pertinet ad Cl. XV.*)

VII. HEPTANDRIA.

Mariti ſeptem in eodem conjugio.

Stamina ſeptem in flore eodem cum piſtillo.

VIII. OCTANDRIA.

Mariti octo in eodem thalamo cum femina.

Stamina octo in eodem flore cum piſtillo.

IX. ENNEANDRIA.

Mariti novem in eodem thalamo cum femina.

Stamina novem in flore hermaphrodito.

X. DECANDRIA.

Mariti decem in eodem conjugio.

Stamina decem in flore hermaphrodito.

XI. DODECANDRIA.

Mariti duodecim in eodem conjugio.

Stamina duodecim ad novemdecim in flore hermaphrodito.

XII. ICOSANDRIA, ab εἴκοσι viginti, et ἀνὴρ.

Mariti viginti communiter, ſæpe plures.

Stamina calyci (non receptaculo) *inſident flore hermaphrodito.*

XIII. POLYANDRIA. a πολυς et ανηρ.

Mariti viginti et ultra in eodem cum femina thalamo.

Stamina receptaculo inserta a 20 ad 1000. in eodem cum pistillo flore.

XIV. DIDYNAMIA. a δις bis, et δυναμις potentia.

Mariti quatuor, quorum 2 longiores, et 2 breviores.

Stamina quatuor: quorum 2 proxima longiora sunt.

XV. TETRADYNAMIA.

Mariti sex, quorum 4 longiores in flore hermaphrodito.

Stamina sex: quorum 4 longiora, 2 autem opposita breviora.

XVI. MONADELPHIA. a μονος unicus, et αδελφος frater.

Mariti, ut fratres, ex una basi proveniunt.

Stamina filamentis in unum corpus coalita sunt.

XVII. DIADELPHIA.

Mariti e duplici basi, tanquam e duplici matre oriuntur.

Stamina filamentis, in duo corpora connata sunt.

[redacted]

XVIII. POLYADELPHIA.

Mariti ex pluribus, quam duabus matribus orti ſunt.

Stamina filamentis, in tria, vel plura corpora coalita.

XIX. SYNGENESIA. a σὺν ſimul, et γένεσις generatio.

Mariti genitalibus fœdus conſtituerunt.

Stamina antheris (raro filamentis) *in cylindrum coalita.*

XX. GYNANDRIA. a γυνὴ femina et ἀνὴρ maritus.

Mariti cum feminis monſtroſe connati.

Stamina piſtillis (non receptaculo) *inſident.*

XXI. MONOECIA. a μόνος unicus, et οἰκία domus.

Mares habitant cum feminis in eadem domo, ſed diverſo thalamo.

Flores masculi et feminei in eadem planta ſunt.

XXII. DIOECIA.

Mares et feminæ habitant in diverſis thalamis et domiciliis.

Flores masculi in diverſa planta a femineis prognaſcuntur.

XXIII. POLYGAMIA. a πολὺς, et γάμος nuptiæ.

Mariti cum uxoribus et innuptis cohabitant in distinctis thalamis.

Flores hermaphroditi et masculi aut feminei in eadem specie.

XXIV. CRYPTOGAMIA. a κρυπτὸς occultus, γάμος nuptiæ.

Nuptiæ clam celebrantur.

Flores intra fructum vel singulari modo occultati.

* * *

ORDINES a Feminis seu Pistillis, ut Classes a maribus seu Staminibus, desumuntur; in Classe Syngenesiæ autem a cæteris differunt Ordines; e. gr.

MONOGYNIA, Digynia, Trigynia, etc. a γυνὴ femina, præpositis numeris græcis μόνος, δὶς, τρεῖς, τέσσαρες etc.

i. e. *Pistillum* 1. 2. 3. 4. *etc. Numerus hic pistilli desumitur a basi Styli; si Stylus autem deficiat, a numero Stigmatum calculus fit.*

POLYGAMIA ÆQUALIS constat multis nuptiis, conjugia pura contrahentibus.

i. e. *multis flosculis staminibus et pistillis instructis. Flores ejusmodi maximam partem vulgo* Flosculosi *dicuntur.*

POLYGAMIA SPURIA, ubi thalami vere nuptorum discum occupant, et ambitum cingunt thalami concubinarum maritis destitutarum ut a maritis uxoratis fœcundentur.

i. e. *ubi flosculi hermaphroditi discum occupant, et marginem cingunt flosculi feminei, staminibus destituti, idque triplici modo:*

(*a*) SUPERFLUA dicitur, cum feminæ maritatæ fertiles sunt, et familiam propagare queunt; adeo ut concubinarum auxilium videatur superfluum.

i. e. *cum flores disci hermaphroditi stigmate instruuntur et semina proferunt; flores quoque feminei, radium constituentes, similiter semina ferunt.*

(*b*) FRUSTRANEA dicitur, cum feminæ maritatæ fertiles sunt, et speciem propagare queunt; Concubinæ autem ob defectum stigmatis, veluti castratæ, impregnari nequeunt.

i. e. *cum flores disci hermaphroditi stigmate instruuntur, et semina proferunt; flosculi vero radium constituentes, quum stigmate careant, semina proferre nequeunt.*

(*c*) NECESSARIA dicitur, cum feminæ mariritatæ ob genitalium labem et stigmatis defectum steriles, familiam propagare ne-

queunt; concubinis a maritis feminarum fœcundatis, uxorum locum supplentibus, sobolemque læte propagantibus.

i. e. *cum flores hermaphroditi ob defectum stigmatis pistilli, semina perficere nequeunt; flores autem feminei in radio semina perfecta proferunt.*

POLYGAMIA SEGREGATA, ubi thalami plures in eodem thoro locati.

i. e. *cum flosculi plures Calyce communi comprehensi, propriis Perianthiis etiam instruuntur.*

CLASSIS I.

CLASSIS I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Monospermae.*

I. Hippuris. *Cal.* margo bilobus obsoletus. *Cor.* nulla.

II. Aphanes. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* nulla.

DIGYNIA.

* *Plantae.*

III. Callitriche. *Cal.* nullus. *Cor.* 2-petala. *Caps.* 2-locularis.

IV. Blitum. *Cal.* 3-partitus baccatus. *Cor.* nulla. *Semen* unicum.

** *Gramineae.*

V. Vulpia. *Cal.* Gluma 5-flora. *Cor.* Gluma 2-valvis.

CLASSIS I.
MONANDRIA.
MONOGYNIA.

I. HIPPURIS.

Lin. Gen. pl. ed. Schreb. n. 15.

Calyx margo bilobus, germen coronans. *Corolla* nulla. *Filamentum* unicum, erectum, lobo anteriori marginis insidens. *Anthera* compressa. *Germen* oblongum, inferum. *Stylus* unicus, subulatus, stamine longior. *Stigma* acutum. *Semen* unicum, subrotundum, nudum.

1. HIPPURIS *vulgaris* foliis octonis, subulatis. *Linn. Suppl. p.* 81. — *Pollich. fl. Palat. n.* 1.

Limnopeuce. *Hall. stirp. helv. n.* 1512. *Vaill. mem.* 1710. *t.* 1. *f.* 3.

Pinastella. *Dill. cat. Giss. pl. app.* 168. — *Mapp. fl. Alf. p.* 240.

Polygonum fœmina. *Tabernæmont. p.* 1217. *Ic.*

Icon. Curtis fl. Lond. t. 287. — *Bulliard. herb. de la France t.* 365. — *Oeder fl. Dan. t.* 87. — *Schkuhr bot. Handb. t.* 1. *n.* 2. *p.* 1.

Germ. Tannenwedel; Pferdeschwanz.

Gall. Pese d'eau; Limnopeuce.

Habitat in aquis stagnantibus, fossis aquosis cis et trans Rhenum: prope *Dachsland, Knielingen, Eckenstein, Schreck* et alibi frequens.

Floret Majo et Junio. *Semina* Julio, Augufto maturat. ♃

Radix articulata. *Caules* 1-2 pedales et altiores, erecti, fimplices, (perraro ramofi) friati, articulati. *Folia* verticillata, feffilia, 8-10-14 lineari-fubulata, patentia, plana. *Flores* feffiles, axillares, nudi, hermaphroditi, quandoque fœmineis mixti.

II. APHANES.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 223.

Calyx monophyllus tubulatus, perfiftens: ore quadrifido: *laciniis* ovatis, interdum cum una aut altera acceflforia breviffima. *Filamentum* unicum incurvum, fubulatum, minimum, ori calycis impofitum. *Anthera* didyma. *Germen* ovatum, acutum. *Stylus* filiformis, germini ad bafin infertus. *Stigma* capitatum. *Semen* ovatum, acuminatum, compreffum.

2. APHANES *arvenfis* *Linn. Sp. pl. p.* 179. — *Pollich. fl. Palat. n.* 169 (fub Tetrandria Digynia.)

Alchemilla Aphanes, hirfuta, foliis trilobatis, lobis tripartitis bipartitis. *Hall. ftirp. helv. n.* 1569.

Alchimilla montana minima. *Col. t.* 146. — *Mapp. fl. Alf. p.* 11.

Scandix minor. *Tabernæm. p.* 288. *Icon.*

Icon. Schkuhr bot. Handb. t. 26. — *Oeder fl. Dan. t.* 973.

Germ. Acker Steinbrech; Ackerfinau; Englifcher Steinbrech.

Gall. *Percepier des Champs.*

Hab. in agris et arvis arenofis cis et trans Rhenum; Circa Argentinam, *Carlsruhe* et alibi non infrequens.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Julio, Augufto maturat. ⊙

Caules 2-3-4 unciales et longiores, erectiusculi, fæpe procumbentes, villofo-canefcentes, dichotomi. *Folia* fubpetiolata, alterna, villofa, triloba: lobis fubtripartitis. *Stipulæ* amplexicaules, villofæ, margine fquarrofæ, dentato-ciliatæ. *Flores* axillares, fubfeffiles, fafciculati, minuti, ex viridi canefcentes villofi.

Obf. ad Alchemillam accedit, fed ob fructificationis diverfitatem, peculiare genus in Claffi monandria omni jure conftituit. Confer Schkuhr. l. c. p. 87. qui egregie ut folet, plantae analyfin exprimebat.

Pharm. PERCEPIER *Herba.*

Planta amariufcula, adftringens, virtutibus diureticis, hinc olim præcipue tanquam lithontripticum commendabatur.

Arenam in pafcuis figit.

MONANDRIA.

DIGYNIA.

III. CALLITRICHE.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 17.

Calyx nullus. *Corolla* bipetala, incurva, acuminata, canaliculata. *Filamentum* longum, recurvum. *Styli* duo fuperne recurvi. *Capfula* fubrotunda, quadrangularis, compreffa,

[redacted]

bilocularis. *Semina* quatuor, quadrangulari-oblonga.

3. CALLITRICHE *verna* foliis superioribus ovalibus, floribus androgynis. *Linn. Sp. pl. p.* 6. — *Pollich. fl. palat. n.* 2.

Stellaria foliis petiolatis subrotundis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 553.

Stellaria quae Lenticula paluſtris bifolia, fructu tetragono. *C. Bauh. pin.* 262. *Mapp. fl. Alſ. p.* 296.

Icon. *Oeder fl. Dan. t.* 129. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 1. *n.* 3. *a. b. c.*

Germ. *Früher Waſſerſtern.*

Gall. *Morgeline d'eau printanniere.*

Hab. in aquis ſtagnantibus, foſſis aquaticis utrinque frequens.

Flor. Aprili, Majo. *Semina* Majo, Junio maturat. ⊙

Caules filiformes, longi, ramoſi. *Folia* ſubſeſſilia, ima ſubſolitaria, ſuperiora oppoſita, ovalia, omnia integra; ſuprema breviora, latiora, in ſuperficie aquæ in roſulam congeſta. *Flores* axillares, ſeſſiles, monoici: inferiores fœminei, ſuperiores maſculi. *Filamentum* prælongum.

4. CALLITRICHE *intermedia* foliis ſuperioribus ovalibus, caulinis linearibus apice bifidis. *Hoffm. fl. Germ. p.* 2.

Callitriche *dubia. Roth. fl. Germ.* 3. *p.* 417.

Stellaria *intermedia* foliis imis linearibus, ſuperioribus ovalibus. *Wigg. prim. flor. Holſat. p.* 2.

Stellaria foliis imis linearibus, superioribus subrotundis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 554.

Stellaria aquatica. *C. Bauh. pin.* 141. — *Mapp. fl. Alſ.* 296. — *Lobel. Ic.* 792.

Fœniculum aquaticum ſtellatum. *Tabernæmont. p.* 187. *Ic.*

Germ. *mittlerer Waſſerſtern.*

Gall. *Morgeline d'eau intermediaire.*

Hab. in aquis ſtagnantibus, foſſis aquaticis cum præcedente.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Junio, Julio maturat. ☉

Folia inferiora linearia apice abſciſſa ſubbifida; ſuperiora in roſulam congeſta, ovalia, latiora, integra, apice non abſciſſa, nec bifida. *Filamentum* breve. *Flores* monoici: inferiores fœminei, ſuperiores maſculi; rarius dioici, perraro hermaphroditi.

Differt a ſequente ſpecie: *Foliis* ſuperioribus ovalibus latioribus, apice integris, nec retuſis; a præcedente: *Foliis* inferioribus longioribus, linearibus, apice bifidis.

5. CALLITRICHE *autumnalis* foliis omnibus linearibus, apice bifidis, floribus hermaphroditis. *Linn. Sp. pl. p.* 6. — *Pollich. fl. palat. n.* 3.

Stellaria *autumnalis* foliis omnibus linearibus. *Wigg. prim. fl. Holſat. p.* 2.

Stellaria foliis omnibus linearibus. *Hall. ſtirp. helv. n.* 555.

Lenticula paluſtris anguſtifolia, folio apice diſſecto. *Lœſ. fl. pruſs.* 140. *t.* 38.

Icon. *Schkuhr. bot. Handb. t.* 1. *c.*

[redacted]

Germ. *Herbst - Wasserstern.*

Gall. *Morgeline d'eau d'automne.*

Hab. in fossis aquosis, aquis stagnantibus cum praecedentibus.

Flor. Augusto, Septembri. *Semina* Octobri maturat. ♃

Folia omnia linearia apice retusa, suprema quidem latiora, nec ovalia.

Obs. Flores in individuis nostratibus saepe, observante jam Hallero monoici: inferiores foeminei, superiores mares; quandoque hermaphroditi; perraro dioici.

IV. BLITUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 18.

Calyx tripartitus persistens. *Corolla* nulla. *Germen* ovatum, acuminatum. *Styli* duo erecti, dehiscentes. *Stigmata* simplicia. *Capsula* tenuissima, ovata, parum compressa, calyce baccato facto, recepta. *Semen* unicum globosum, compressum, magnitudine capsulae.

6. BLITUM *capitatum* capitellis spicatis, terminalibus. *Linn. Sp. pl. p.* 6.

Morocarpus capitatus. *Scop. fl. Carn. ed.* 2. *p.* 6. *n.* 3.

Atriplex baccifera. *Raj. hist. pl.* 197.

Atriplex mori fructu major. *Moris. hist. pl.* 2. *p.* 606. *Sect.* 5. *t.* 32. *f.* 9.

Icon. *Schkuhr. bot. Handb. t.* 1. *f.* 4. (sub Blito virgato.)

Germ. *Schminkbeere; Schminkmelde.*

Gall. *Arroge; Blette a fleurs en tête.*

Hab. circa Carlsruhe *bey dem Holzmagazin*, in ruderatis ad viam novam *über die Schiefswiefe*, forfan ex hortorum rejectamentis.

Flor. Julio, Augufto. *Semina* Septembri maturat. ⊙

Planta oleracea. *Folia* triangularia, finuato-dentata. *Calyces* baccati in foliorum alis feffiles, conglomerati, maturitate, rubelli, fucculenti, mori fructus imitantes, dulcefcentes, fatui, edules.

V. VULPIA.

Gen. novum.

Calyx Gluma fubquinqueflora, bivalvis, inæqualis: exterior minima lanceolata: interior major lineari-lanceolata, mucrone membranaceo terminata. *Corolla Gluma* bivalvis inæqualis, diaphana: *Valvula* exterior major, apice longe ariftata. *Stamen* unicum. *Styli* duo. *Semen* tenue teretiufculum utrinque acutum, longitudinaliter fulco exaratum, corolla tectum.

7. VULPIA *Myurus* panicula fpicata, fubfecunda, flofculis longe ariftatis, fcabris.

Feftuca *Myurus* panicula fpicata nutante, calycibus minutiffimis muticis, floribus fcabris, longe ariftatis. *Linn. Sp. pl. p.* 109. — *Pollich. fl. palat. n.* 104.

Feftuca foliis fetaceis, panicula erecta, locuftis glabris, longius ariftatis. *Hall. ftirp. helv. n.* 1443.

[redacted]

Festuca panicula secunda lineari scabra, ramis subsolitariis appressis, glumæ altera valvula brevissima mutica, floribus aristatis: aristis longis. *Hudf. fl. Angl. p.* 46.

Gramen festuceum myurum elatius, spica heteromalla gracili. *Scheuchz. Agrost.* 293. *t.* 6. *f.* 11.

Icon. Leers fl. Herborn. t. 3. *f.* 5. *p.* 34.

Germ. Mausschwanzartige Vulpie.

Gall. Vulpie a quêve de Rat.

Hab. Utrinque passim copiose in agris sabulosis, arvis et collibus apricis; prope *Carlsruhe* in arvis et ad vias sabulosas passim abunde.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio, Augusto maturat. ☉

Obs. a Festucæ genere maxime recedunt Festuca Myurus, F. pilosa et F. sciuroides ob calycis et corollæ structuram et Stamen semper unicum; hinc novum Genus ex his in memoriam meritissimi Vulpii pharmacopœi Pforzhemiensis, botanici acutissimi, in detegendis plantis minutissimis patriæ rarissimis, felicissimi, denominatum constitui.

Stamen semper unicum in F. pilosa et Sciuroide in Castilia copiose obvenientibus vidi; in F. Myuro et Sciuroide idem observavit Ill. Roth. Fl. Germ. 2. p. 128—130.

Sabulosa figit; tenella ovibus bonum pabulum præbet.

CLASSIS II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores inferi monopetali, regulares.*

VI. LIGUSTRUM. *Cor.* 4-fida. *Bacca* 2-4-ſperma.

VII. SYRINGA. *Cor.* 4-fida. *Capſula* bilocularis.

** *Flores inferi, monopetali, irregulares. Fructus capſulares.*

IX. VERONICA. *Cor.* 4-partito limbo: lacinia inferiore anguſtiore.

X. GRATIOLA. *Cor.* 4-fida, irregularis. *Stam.* 4: 2 ſterilia.

XI. PINGUICULA. *Cor.* ringens calcarata. *Cal.* 5-fidus.

XII. UTRICULARIA. *Cor.* ringens calcarata. *Cal.* 2-phyllus.

*** *Flores inferi, monopetali, irregulares. Fructus gymnoſpermi.*

XIII. VERBENA. *Cor.* ſubæqualis. *Cal.* lacinia ſuprema breviore.

(*Verbena officinalis: tetrandra.*)

[redacted] [redacted]

XIV. Lycopus. *Cor.* ſubæqualis. *Stamina* diſtantia.

XV. Salvia. *Cor.* ringens. *Filamenta* transverſe pedicellata.

**** *Flores ſuperi.*

VIII. Circaea. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 2-petala, obcordata.

DIGYNIA.

XVI. Anthoxanthum. *Gramen. Cal.* Gluma 1-flora, oblonga. *Cor.* Gluma ariſtata.

CLASSIS II.

D I A N D R I A.

MONOGYNIA.

VI. LIGUSTRUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 23.

Calyx minimus quadridentatus. *Corolla* infundibuliformis quadrifida. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* biſidum obtuſum. *Bacca* globoſa, bilocularis 2-4-ſperma. *Semina* hinc convexa, inde angulata.

8. LIGUSTRUM *vulgare* foliis lanceolatis acutis, paniculæ pedicellis oppoſitis. *Linn. Syſt. veg. ed. Murr. p.* 56. — *Pollich. fl. Palat. n.* 4. — *Hall. ſtirp. helv. n.* 530.

Liguſtrum. *Mapp. fl. Alſ.* 172. — *Tabernæmont. p.* 1454. *Ic.*

Liguſtrum germanicum. *C. Bauh. pin.* 472.

Icon. Curtis fl. Lond. t. 300. — *Pfleger* op. pictum in fol. maj. arbores et frutices Badenſes continens. — *Bulliard herb. t.* 295. — *Oeder fl. Dan. t.* 1141. *Schkuhr bot. Handb. t.* 2. *a. n.* 8. *p.* 7.

Germ. gemeiner Hartriegel; Beinholz; Dintenbeerſtrauch; Rheinweide.

Gall. le Trœſne; Trœne commune.

Hab. Utrinque in dumetis et ſepibus frequens.

Flor. Junio, Novembri baccas maturat. ♄

Frutex elegans 4-5-8-pedalis. *Rami* oppoſiti. *Folia* oppoſita, (rarius ſubalterna, terna)

subpetiolata, lanceolata, integerrima, nitida, glabra. *Flores* terminales racemosi, conferti. *Corollae* niveae. *Baccae* maturae nigrae, splendentes 2-3-4 spermae.

Pharm. LIGUSTRI *Flores; Folia.*
(Hodie fere exoleta.)

Sepibus utilis densis et pulchris. Lignum durum album, tornatoribus acceptum. Ex virgis junioribus corbes elegantiores et aviaria parantur. Folia amariuscula, adstringentia, cantharidibus grata. Flores odorati mel praebent apibus. Baccae maturae caeruleum dant colorem. Semina exhibent oleum unguinosum.

VII. SYRINGA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 28.

Calyx minimus quadridentatus. *Corolla* infundibuliformis quadrifida. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis. *Stigma* bifidum. *Capsula* compressa bilocularis, bivalvis: valvulis dissepimento contrariis. *Semina* duo margine membranacea, oblonga, compressa.

9 SYRINGA *vulgaris* foliis ovato-cordatis, integris. *Linn. Sp. pl. p.* 11. - *Hall. stirp. helv. n.* 531.

Syringa lusitanica. *Tabernaemont. p.* 1457. *Ic.*
Lilac. *Du Hamel. arb.* 2. *t.* 138.

Icon. Pfleger. arb. et frut. Badenses. Bulliard. herb. t. 265. — *Schkuhr bot. Handb. t.* 2. *a. n.* 9. *p.* 8.

Germ. Syringen; gemeiner spanischer Hollunder; Spanischer Flieder.

Gall. Lilac commun.

Hab. Utrinque paſſim ad ſepes pagorum et urbium quaſi ſpontanea.

Flor. Aprili, Majo. *Semina* matura Septembri. ♄

Flores racemoſi. *Corollæ* quadrifidæ quandoque quinquefidæ, ex rubello cæruleæ, aut niveæ.

Nota. In arbuſtis et hortis Carlsruhanis aliisque adhuc hoſpitantur:

1) Syringa perſica foliis lanceolatis Linn.

2) Syringa laciniata foliis laciniatis integrisve. Mill. dict. t. 164. quam Linnaeus aliique pro varietate præcedentis ſpeciei habent. quæ autem magis delicata eſt, et hyemes fortiores non fert.

Jasminum officinale, fruticans et humile. Porro

Chionanthus virginica corolla quadriſida: laciniis longiſſimis, pedunculis triſidis trifloris, corollis albis.

Pharm. SYRINGÆ ſ. LILAC *Semina.*
(Hodie in medicina exoleta.)

Arbor aut frutex perſicae originis, ob gratos flores hortorum ornamentum. Lignum ex albido-luteum vel rubro-variegatum, vetuſtius rubellum, ſubdurum, tornatoribus et fabris lignariis acceptum. Flores exhibent oleum aethereum, oleo ex roſis parato, analogum.

Obſ. Cortex ob peculiarem acrimoniam omnino promittit vires medicatas, mundificantes præſertim in morbis chronicis exanthematicis, ſcabie, externe applicatus.

Semina adſtringendi ſcopo commendabantur.

VIII. CIRCÆA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 31.

Calyx monophyllus, superus, deciduus. *Corolla* dipetala, supera. *Germen* turbinatum inferum. *Stylus* filiformis. *Stigma* obtusum emarginatum. *Capsula* hispida, bilocularis, bivalvis, a basi versus apicem dehiscens. *Semina* solitaria, oblonga, inferne augustiora.

10. CIRCÆA *lutetiana* caule erecto, racemis pluribus, foliis ovatis. *Linn. Syst. veg. Murr. p.* 58. — *Pollich. fl. Palat. n.* 5. — *Mapp. fl. Alf. p.* 75.

Circæa foliis subcordatis subserratis. *Hall. stirp. helv. n.* 813.

Solanifolia Circæa dicta major. *C. Bauh. pin:* 168.

Icon. Curtis fl. Lond. t. 204. — *Oeder. fl. Dan.* 210. — *Bulliard. herb. t.* 297. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 2.

Germ. Hexenkraut; St. Stephanskraut; Waldkletten.

Gall. la Circée majeure.

Hab. utrinque in humidis nemoribus ad pagos et urbes, præsertim in viis lateralibus pagorum ad sepes frequens.

Flor. Julio et Augusto. Septembri *Semina* maturat. ♃

Caulis pedalis, sesquipedalis et altior, erectus, teres, plus minusve hirsutus, ramosus: *ramis* oppositis erectis. *Folia* opposita, petiolata, ovata, obsolete dentato-serrata, villosiuscula, quandoque glabra. *Flores* terminales

racemosi: *racemis* erectis, prælongis, laxis. *Corollæ* petala obcordata, albida, rubello mixta. *Capsulæ* hispidæ fusco-rubellæ.

Variat. *Caule* simplici, racemo unico terminali. *Corollis* albidis, quandoque rubellis. *Capsulis* majoribus.

Pharm. CIRCÆÆ *Folia.*

(Hodie in medicina fere exoleta) leniter adstringentia.

11. CIRCÆA *alpina* caule prostrato, racemo unico, foliis cordatis. *Linn. Syst. veg.* *p.* 58.

Circæa foliis cordatis acute dentatis. *Hall. stirp. helv. n.* 814.

Circæa minima. *Columm. ecphr. 2. t.* 80. — *Mapp. fl. Alf. p.* 76.

Solanifolia Circæa alpina. *C. Bauh. pin.* 168.

Germ. *Alpen-Hexenkraut.*

Gall. *la Circée des alpes.*

Hab. in montosis subalpinis sylvaticis humidiusculis: *auf dem Kaltenbrunn*, *auf dem Blættie*, *auf der Herrnwiess* et alibi; in Marggr. superiore ad arbores putridas in sylva umbrosa abietina retro a metallifodina *Carlsstollen* — in acclivitate montis *der Blauen*, nec non ad rivulos subalpinos circa *Schweighof* et *Sirnitz;* in Alsatia *auf dem Ottilienberg* et prope *Hochfeld.*

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri, Octobri maturat. ♃

Maxime distincta a præcedente: *Caulibus* ad terram decumbentibus, demissioribus glaberrimis, striatis, aquosis, subpellucidis, crassioribus; *Foliis* cordatis subsinuato-dentatis splen-

ſplendentibus, tenerrimis læte viridibus; *Racemis* multo brevioribus; *Floribus* minoribus: ſupremis imperſectis, ſterilibus.

Obſ. Planta in horto jam ultra 16 annos culta, conſtantiſſima permanſit.

IX. VERONICA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 32.

Calyx 4-5. partitus. *Corolla* monopetala, rotata: *Limbus* quadripartitus planus: lacinia infima anguſtiore. *Germen* compreſſum. *Stylus* filiformis declinatus. *Stigma* ſimplex. *Capſula* obcordata, bilocularis, quadrivalvis. *Semina* plurima, ſubrotunda.

† *Spicatæ.*

12. VERONICA *ſpuria* ſpicis terminalibus, foliis ternis æqualiter ſerratis. *Linn. Sp. pl. p.* 13. — *Roth. fl. Germ.* 2. *p.* 5.

Veronica ſpicata, anguſtiſolia. *C. Bauh. pin.* 246. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 321.

Germ. Unächter Ehrenpreis.

Gall. Veronique batard.

Hab. inter *Kehl* et *Goldſchier* verſus Rhenum in graminoſis humidis rarius; nec non in Alſatia prope Argentinam: in locis graminoſis *in dem Ganſauer Wald* et prope *Hiltzek.*

Flor. Junio, Julio. *Semina* Auguſto maturat. ♃

Caulis ſesquipedalis et altior, erectus, teres, glabriuſculus, læte viridis. *Folia* terna breviter petiolata, lanceolata, acuta, argute ſubæqualiter ſerrata, glabra. *Spicæ* (*ſeu potius Racemi*) caulem terminantes, 5 — 9, ſpe-

ciosæ, longæ, subgraciles, laxiusculæ: *medi* reliquis majore longiore, sæpe superne prol fera. *Flores* pedunculati: *pedunculis* tenuibu calyce triplo fere longioribus. *Bractea* lan ceolata, brevis. *Calyx* tetrapartitus parvu laciniis linearibus obtusis, glabriusculis. *Co rollæ* cæruleæ, venis rubellis pictæ.

Variat quandoque foliis subquaternis.

13. VERONICA *longifolia* spicis termin libus, foliis oppositis lanceolatis, serrati acuminatis. *Linn. Sp. pl. p.* 13. — *Rot fl. Germ.* 2. *p.* 7.

Veronica spicata, longifolia. *Mapp. Al p.* 321.

Veronica recta prima. *Tabernæmont. p* 773. *Icon.*

Germ. Langblättriger Ehrenpreis.

Gall. Veronique à feuilles longes.

Hab. ad Rhenum prope *Kehl* in pratis hu midis, nec non prope Argentinam: *in de Illkircher Wald* et *hinter dem Mauerhof* in Sponhemia in graminosis humidis et du metis prope *Winningen* ad Mosellam rariu

Flor. Junio. *Semina* Augusto maturat. ♃

Differt a præcedenti specie. *Foliis* latio bus, longioribus, inferioribus oppositis, s premis alternis, omnibus inæqualiter argu serratis. *Stipulis* ad basin petiolorum linea bus, angustis. *Spicis* longioribus, crassiorib non laxis, sed densis. *Calycinis* laciniis in qualibus: duobus brevioribus. *Capsulis* min compressis, sed magis turgidis.

Obs. plantam nec spontaneam nec in horto culta unquam foliis ternis, sed semper oppositis vidi.

[redacted]

Excepto foliorum numero ternario, Veronicæ ſpuriae Pollichii deſcriptio convenit.

14. VERONICA *ſpicata* ſpica terminali, foliis oppoſitis, crenatis, obtuſis, caule adſcendente ſimpliciſſimo. *Linn. Sp. pl.* p. 14. — *Pollich. fl. palat.* n. 7.

Veronica foliis ellipticis ſerratis, conjugatis, floribus ſpicatis. *Hall. ſtirp. helv.* n. 542.

Veronica ſpicata minor. *Tourneſ. inſt.* 144. — *C. Bauh. pin.* 247. — *Vaill. bot. pariſ.* t. 33. f. 4. — *Mapp. fl. Alſ.* p. 322.

Veronica recta minor. *Tobernæmont.* p. 773. *Icon.*

Icon. Oeder fl. Dan. t. 52.

Germ. Aehren - Ehrenpreis.

Gall. Veronique en épi.

Hab. in paſcuis ſterilibus aridis prope *Kehl* et Argentinam: *auf der Ganſau-Metzgerau* et prope *Oſswald;* ad Baſileam in ſylvula ad *Neuhaus* teſte *Hallero*, inter *Friedlingen* et *Haltingen*. In Principatu ſuperiore circa *Reichenau*, *auf der Schofflen* cum Globularia *vulgari* nuperrime vidi; in Sponhemiæ collibus graminoſis aridis prope *Fiſchbach* rarius; in rupibus abruptis herbidis prope *Winningen* ad Moſellam.

Flor. Julio, Auguſto. *Semina* Septembri maturat. ♃

Caulis digitalis, palmaris, pedalis, et altior, adſcendens, teres, villoſo - tomentoſus, ſimplex. *Folia* ſeſſilia, oppoſita, elliptico - lanceolata, apice obtuſiuſcula, margine obtuſe ſerrato-crenulata, rariter villoſa; *ſuprema* alterna ſubli-

nearia, angustiora. *Spica* solitaria, terminalis, erecta, simplicissima. *Flores* brevissime pedicellati. *Bractea* lanceolata, angusta, integra, villosa, corolla brevior. *Calyx* profunde quadripartitus: *laciniis* lineari-lanceolatis, hirsutis, integris. *Corollæ* cæruleæ venis saturatioribus pictæ.

Variat. Spicis tribus: media majore.

Obs. inter V. spicatas foliis oppositis, ternis, quaternis, quinis, certe multæ hybridæ in hortis prostant, difficillime determinandæ, et ad veram maternam paternamque originem revocandæ.

15. VERONICA *officinalis* spicis lateralibus pedunculatis, foliis oppositis, caule procumbente. *Linn. Sp. pl. p.* 14. — *Pollich. fl. palat. n.* 8.

Veronica caule decumbente, foliis scabris, petiolatis, ovatis, ex alis racemosa. *Hall. stirp. helv. n.* 540.

Veronica mas supina et vulgatissima. *C. Bauh. pin.* 246. — *Mapp. fl. Alf.* 321.

Veronica prima. *Tabernæmont. p.* 772. *Icon.* bona.

β. Floribus plenis.

Icon. Curtis fl. Lond. t. 198. — *Bulliard. herb. t.* 273. — *Oeder fl. Dan. t.* 248. — *Blackw.* 148. *Regnault. botan.*

Germ. Ehrenpreis; gemeiner Ehrenpreis.

Gall. Veronique mâle; Thée d'Europe.

Hab. Utrinque in nemorosis, sylvestribus, arenosis, præsertim in sylvis cæduis montosis apricis abunde. *β.* In montosis *auf dem Kaltenbrunn* abunde.

Flor. Majo, Junio, Julio. *Semina* Julio, Augusto maturat. ♃

Variat. *Caulibus* plus minusve decumbentibus, adſcendentibus, villoſis, piloſiuſculis, ſcabris. *Foliis* majoribus et minoribus, ſcabris, villoſis, quandoque ſubnudis. *Spicis* (potius racemis) brevioribus et longioribus, laxioribus et denſioribus. *Corollis* majoribus et minoribus, pallide cæruleis, dilute rubellis, quandoque albidis.

Obſ. Variatio elegantiſſima floribus omnibus plenis, denſiſſime congeſtis, in horto botanico cicurata, conſtantiſſima permanſit; eandem vidi hinc inde in Hiſpania, praeſertim in Catalonia, verſus pyræneos.

Pharm. *VERONICÆ Herba.*

Planta amariuſcula, adſtringens, ſubbalſamica, Theæ loco præſertim a monticolis noſtratibus adhibetur; nec non vinum medicatum (Kräuterwein) cum Aſperula odorata, Sanicula europaea, Gei urbani radice, herba Agrimoniæ, Tormentillæ aliiſque ſubadſtringentibus, conſtituit.

†† *Corymboſo-racemoſæ.*

16. VERONICA *ſaxatilis* corymbo terminali, foliis oppoſitis, glabriuſculis, pedunculis folia floralia ſuperantibus. *Linn. Suppl.* 83.

Veronica racemo terminali ſubcorymboſo, foliis oppoſitis, ſubovatis, glabris, crenulatis, caulibus fruticuloſis, perennantibus, annuis, ex decubitu erectis, una cum calycibus capſuliſque integris, tomentoſulis. *Wulfen. in Jacqu. Collect.* 3. *p.* 25.

Veronica *ſaxatilis* racemo terminali, foliis ovatis crenatis, glabris, pedunculo brevioribus. *Scop. fl. Carn. ed.* 2. *tab.* 1. *p.* 11. *n.* 9.

Veronica caulibus fruticulosis, declinatis, foliis glabris, ellipticis, dentatis, floribus in vertice confertis, petiolatis var. β. humiliori statura, magis multicaulis; flore pulchre cæruleo, calyce glabro, caule plerumque erecto, foliis rotundioribus. *Hall. stirp. helv. n.* 545.

Veronica *Nummularia* floribus axillaribus solitariis, subsessilibus, foliis suborbiculatis integerrimis, caule prostrato fruticoso. *Goüan illust. p.* 1. *n.* 2. *t.* 1. *f.* 2. (*exclus.* Synonym.)

Veronica saxatilis. *Joh. Bauh. hist.* 3. *p.* 284. *Icon.*

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 342. (sub V. fruticulosa.)

Germ. Blauer Stein-Ehrenpreis.

Gall. Veronique de Roche.

Hab. in Marggraviatus superioris monte altissimo *Belchen*, ubi rupibus insidet, non infrequens.

Flor. Julio. Augusto. *Semina* Septembri maturat. ♄ ♃

Caules ex radice lignosa maxime ramosa, plures, digitales, palmares, suffruticulosi, basi procumbentes, erectiusculi, articulato-geniculati. *Folia* opposita, subpetiolata, elliptica, obtusa, obsolete denticulata, sæpe integriuscula, glabra, firma, margine versus basin villosiuscula, binas lineas cum dimidia longa, sesquilineam lata, inferiora subminora, subrotunda, fere imbricata, tabescentia, demum caduca. *Flores* corymbosi: *Corymbi* terminales, 5-7 flori. *Pedunculi* breves villosiusculi, suboppositi, erecti, uniflori, basi

[redacted]

bractea foliacea elliptica, integra, glabra, margine ciliata, longitudine fere pedunculi fuffulti. *Calyx* tetrapartitus: *laciniis* lineari-ovatis, obtufis, margine albide ciliatis, erectis, corolla brevioribus. *Corolla* fpeciofa, rotata: *limbo* patentiffimo: *laciniis* rotundatis, integris, femper faturate cæruleis. *Capfula* obcordata, obtufa, ftylo coronata, fetulis niveis raris inftructa.

Obf. Planta cum V. fruticulofa in horto cicurata, conftantiffima permanfit. Individua poft Goüanum abs me in Pyrenæis lecta, nullo modo recedunt ab his, quæ et in Helvetia et in patrio monte dicto, legimus. Individuum ab Ill. Goüano l. c. exhibitum, repræfentat plantam defloratam, ficcatam, corrugatam; hinc folia nimis approximata, fere imbricata.

Exftant in pyrenæis tres fpecies peculiares Veronicæ frutefcentes alio loco defcribendæ: Corollis carneis, caeruleis et amœniffime violaceis.

Pharm. *Veronicæ saxatilis Herba.*

Adftringentes habet virtutes, hodie e medicina exul.

††† *Racemofæ.*

17. **Veronica** *ferpyllifolia* racemo terminali fubfpicato, foliis ovatis glabris crenatis. *Linn. Sp. pl. p.* 15. — *Pollich. fl. palat. n.* 9.

Veronica caule erecto, foliis ovatis, glabris, crenatis, petiolis ex alis unifloris, breviffimis. *Hall. ftirp. helv. n.* 546.

Veronica pratenfis ferpyllifolia. *C. Bauh. pin. p.* 247. — *Mapp. fl. Alf. p.* 322.

Veronica fecunda et tertia. *Tabernæmont. p.* 772 — 773. *Icon.*

β. Veronica *tenella* repens foliis rotundis crenulatis, ramis breviter racemosis. *Allion. fl. Pedem.* 1. *p.* 75. *tab.* 22. *f.* 1.

Veronica *tenella* foliis oblongis crenatis, caulibus repentibus, calycibus villosis. *Vahl. Symb. bot.* 3. *p.* 5. — *Willdenow. Linn. Spec. pl. ed. p.* 64. excluso *Tournefortii* Synonymo.

Veronica repens Nummulariæ folio. *Dill. cat. Giss. nov. sp. p.* 67. — *Mapp. fl. Alsf. p.* 322.

Veronica pratensis Nummulariæ folio, flore cæruleo. *Pluken. phyt. t.* 233. *f.* 4.

Icon. Curtis fl. Lond. — Oeder. fl. Dan. t. 432.

Germ. Glatter Feld-Ehrenpreis; Quendelblättriger Ehrenpreis.

Gall. Veronique Serpoline.

Hab. in pascuis, viisque humidis præsertim sylvaticis, in hortis et oleraceis frequens.

β. in viis sylvaticis magis umbrosis, humidis, pratis uliginosis præsertim montosis hinc inde.

Flor. Majo, Junio, Julio. *Semina* Julio, Augusto maturat. ♃

Planta pro diverso solo natali, sicco, humido, campestri, pratensi, umbroso, sylvatico, uliginoso, omnino maxime varians. *Caules* erecti, adscendentes, prostrati, radicati, simpliciusculi, plus minusve ramosi, digitales, palmares, pedales, modo glabri, modo plus minusve villosi. *Folia* majora et minora, ovata, aut ovato-subrotunda, glabra, quandoque præsertim in montosis umbrosis viis, villosiuscula. *Flores* racemosi: *pedunculis* inferioribus remotiusculis, longioribus. *Calyces* glabriusculi,

quandoque villosi. *Corollæ* saturate cæ1 rubellæ, incarnatæ et albidæ.

Itaque ob has variationes intermedias. V. tenellam non nisi invita natura separant. Dignissimus fide et acutissimus *Dillenius* l. c. eandem dicit: non alia in re differre a *V. serpyllifolia*, quam quod erecta non sit, quod folia magis rotunda obtineat, et flores minus confertos, et quod serius, inque sylvis tantum a se observata sit; *Plukenetius* porro l. c. monet: parum aut omnino non differre.

18. VERONICA *Beccabunga* racemis lateralibus, foliis ovatis, planis, caule repente. *Linn. Sp. pl. p.* 16. — *Pollich. fl. palat. n.* 10.

Veronica foliis ovatis, serratis, glabris, ex alis racemosa. *Hall. stirp. helv. n.* 534.

Veronica aquatica major - et minor, folio subrotundo. *Tournef. inst. p.* 145. — *Mapp. fl. Alf. p.* 323.

Berula seu Anagallis aquatica, et Anagallis aquatica minor prima. *Tabernæmont. p.* 1093. 1094. *Icon. I et IV.*

Icon. Curtis fl. Lond. — *Oeder fl. Dan. t.* 511. — *Regnault. botan.* — *Blackw. t.* 48.

Germ. Bachbungen; Bachbohnen.

Gall. Becabunge; Veronique cressonée.

Hab. in fossis aquaticis, stagnis, rivulis segnioribus, ad fontium scaturigines utrinque copiose.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ♃

Variat. Foliis majoribus et minoribus.

Diſtinguitur a ſequente ſpecie: *Caulibus* procumbentibus. *Foliis* ovatis obtuſis, carnoſioribus, ſolidioribus. *Corollis* ſaturate cæruleis.

Pharm. *Beccabungæ Herba recens.*

Planta recens amariuſcula, ſucculenta, ſaponacea, antiſcorbutica, primo vere mitior edulis, in acetaria recepta.

19. Veronica *Anagallis* racemis lateralibus, foliis lanceolatis ſerratis, caule erecto. *Linn. Sp. pl. p.* 16. — *Pollich. fl. palat. n.* 11.

Veronica foliis lanceolatis ſerratis glabris, ex alis racemoſa. *Hall. ſtirp. helv. n.* 533.

Veronica aquatica major - et minor, folio oblongo. *Tourneſ. inſt. p.* 145. *Mapp. fl. Alſ. p.* 323.

Anagallis aquatica minor ſecunda - et Berula major. *Tabernæmont. p.* 1094. *Icon.* II. III.

Icon. *Curtis fl. Lond. t.* 332. — *Oeder. fl. Dan. t.* 903.

Germ. *Schmalblättrige Bachbungen; Waſſergauchheil.*

Gall. *Veronique mouronnée.*

Hab. Utrinque in foſſis aquaticis, ſtagnis, rivulis: in foſſa inter *Carlsruhe* et *Durlach* copioſe.

Flor. Junio et Julio. *Semina* Auguſto maturat. ♃

Variat. ut V. Beccabunga: *Foliis* majoribus et minoribus.

Caulis erectus. *Folia* præfertim fup lanceolata, acuta. *Corollæ* carneæ feu p... purpureæ.

Pharm. ANAGALLIDIS AQUATICÆ *Herba recens.*

Quod ad virtutes, cum præcedente convenit.
Nota. Non pro Gratiola habenda et colligenda.

20. VERONICA *fcutellata* racemis lateralibus, alternis, pedicellis pendulis, foliis linearibus integerrimis. *Linn. Sp. pl. p.* 16. — *Pollich. fl. palat. n.* 12.

Veronica foliis lineari-lanceolatis, racemis ex alis paucifloris. *Hall. ftirp. helv. n.* 532.

Veronica aquatica anguftiore folio. *Tournef. inft. p.* 145. — *Mapp. fl. Alf. p.* 324.

Icon. *Curtis fl. Lond. t.* 333. — *Oeder. fl. Dan. t.* 209.

Germ. *Schildförmiger Ehrenpreis.*

Gall. *Veronique à écuffons.*

Hab. Utrinque in inundatis, foffis, pratis humidis, uliginofis, in Rheni vicinia frequens; circa Carlsruhe et Argentinam paffim.

Flor. Julio. *Semina* Augufto, Septembri maturat. ♃

Caulis pedalis, fesquipedalis, adfcendens, tenuis, fimplex aut fubramofus: ramo uno alterove præditus. *Folia* bafi connata, lineari-lanceolata, angufta, acuta; fuperiora minutiffime retrorfum ferrulata: ferrulæ remotiores, oppofitæ. *Racemi* laxi: *pedunculi* alterni, longi, tenerrimi: fructiferi penduli. *Corollæ* albidæ, venis rubellis pictæ. *Capfula* orbiculata, compreffa, emarginata, glaberrima.

Nota. Cum Gratiola non confundenda.

21. VERONICA *Teucrium* racemis lateralibus longissimis, foliis ovatis, rugosis, dentatis, obtusiusculis, caule erecto. *Linn. Sp. pl. p.* 16. — *Pollich. fl. palat. n.* 13.

Veronica foliis cordatis, retusis, nervosis, serratis, racemis longissimis. *Hall stirp. helv. n.* 537.

Veronica supina facie Teucrii pratensis. *Tournef. inst. p.* 144. — *Mapp. fl. Als. p.* 322.

Teucrium secundum. *Tabernæmont. p.* 771. *Icon.* (bona)

Teucrii quarti tertia species. *Clus. hist. pl.* 1. *p.* 349. *Icon.* (folia nimis argute serrata: laciniæ corollarum nimis rotundatæ obtusæ.)

Germ. Gamander Ehrenpreis. Wiesen Ehrenpreis.

Gall. Veronique des près; Veronique teucriette.

Hab. in collibus graminosis lapidosis, pratis elevatis sicciorbus, in vineis ad viarum marginalia hinc inde frequens; prope *Durlach*, *Grözingen*, *Berghausen* et alibi ad vinearum marginalia; prope Argentinam *in der Ruprechtsau; auf der Metzgerau; auf dem Elisabethen*- vulgo *Elsbettenwall*; prope *Mittelhausbergen* et alibi.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Augusto, Septembri maturat. ♃

Caulis palmaris, pedalis, vix altior, erectus, quandoque versus radicem basi ad terram subdecumbens, hinc adscendens, teres,

ndique *hirfutus*, duriufculus, firmus. *Folia* ppofita, fubfeffilia, cordato - ovata, quandoque ovata, obtufiufcula, inæqualiter obtufe errato - crenulata, læte viridia, utrinque pubefcentia, vix rugofa, unciam circiter longa, 4-5-7 lineas lata. *Flores* racemofo - fpicati. *Racemi* laterales, fuboppofiti, denfi, multiflori. erectiufculi, pedunculati, 1 - 2 - 3 uncias longi. *Pedicelli* breves, 3 - 5 lineas longi. *Bracteæ* lanceolatæ, integræ, pedicellis breviores. *Calyx* quinquepartitus: *fegmentis* inæqualibus lineari - lanceolatis, anguftis: quinto breviffimo. *Corollæ* laciniæ ovatæ, acutæ, cæruleæ, venis faturatioribus pictæ. *Faux* albida, villis albis claufa.

Obf. Individua paffim noftratia et illa in Helvetia, Gallia, Hifpania aliisque in locis, ut et in horto vifa, nunquam habuerunt caulem decumbentem, fed ftatim ex radice erectum, quandoque adfcendentem, quem autem folummodo in individuis foliis fubminoribus, minus profunde ferrato - crenulatis obfervavi.

Comprehendo hinc fub hac fpecie duas variationes: priorem nempe: caule erecto, foliis magis manifefte cordatis, latioribus, obtufioribus, verfus bafin magis profunde ferrato - crenatis; alteram caule adfcendente, foliis cordato - ovatis, acutiufculis, minus profunde et obtufe ferratis; hæc ex longinquo affinitatem cum V. proftrata, cum qua autem minime confundenda eft, habet; prior accedit primo intuitu ad V. latifoliam et fine dubio fæpe pro ea habita eft.

Nota. Variationes in horto jam ultra tredecim annos cultæ, hucufque nullam mutationem paffæ funt.

Pharm. CHAMÆDRIS SPURIÆ MARIS *Herba.*

Amariufcula, adftringens, tonica.

Flores apibus mel fuppeditant.

22. VERONICA *prostrata* racemis lateralibus, foliis ovato-oblongis, serratis, caulibus prostratis. *Linn. Sp. pl. p.* 17. — *Pollich. fl. palat. n.* 15.

Veronica foliis imis ellipticis, dentatis, supremis linearibus ex alis racemosa. *Hall. stirp. helv. n.* 538.

Veronica minor angustifolia ramosior et procumbens. *Tournef. inst.* 144. *Moris. hist.* 2. *p.* 321. *Sect.* 3. *t.* 23. *f.* 16.

Chamædris spuria minor angustifolia. *C. Bauh. pin.* 249.-*prodr.* 117. *Joh. Bauh. hist.* 3. *p.* 287. *Icon.*

Germ. Hingestreckter Gamander Ehrenpreis.

Gall. Veronique nain.

Hab. hinc inde in pascuis sterilibus ficcioribus, in vinearum collibus asperis: in collibus graminosis retro *Grözingen* rarius; in Palatinatu in vinearum collibus lapidosis prope *Dürckheim*, *Odernheim*: ad vias siccas inter *Moguntiam* et *Bingen* post *Pollichium* vidi. Sponhemiæ in collibus ad fluvium *die Nohe;* prope *Winningen* ad Mosellam in vinearum collibus. Circa Argentinam *auf der Metzgerau* perraro vidi; prope Basileam inter *St. Margaret* et portam lapideam in pratis, et supra *Ilsingen* teste *Hallero.* In Principatu superiore, in collibus aridis prope *Ueberlingen* non infrequens cum Cytiso *nigricante* et Arbuto *uva ursi*, nuperrime vidi.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio maturat. ♃

Caules ad terram decumbentes, sæpe prostrati, digitales, palmares, quandoque longiores, debiles, teretes, villoso-incani, subflexuosi,

simpliciusculi, quandoque ramosi. *Folia* opposita: inferiora subsessilia, obovato-lanceolata, raniter serrata, incana, semiunciam vix longa, tres ad quatuor lineas lata, patentia; superiora breviter petiolata, lineari-lanceolata, integriuscula, angustiora, longiora, uncialia, lineam ad sesquilineam lata, patenti-erectiuscula, villosiuscula. *Flores* laterales, racemosi. *Pedunculi* universales oppositi, binas tres ad quatuor uncias longi, caulem superantes, erecti, filiformes, villoso-incani. *Pedicelli* sparsi, erecti, villosi, capillares, binas ad tres lineas longi, *Bractea* setacea angustissima, sublongiore suffulti. *Calyx* quinque-partitus: *laciniis* duabus superioribus æqualibus, prælongis, lineari-subulatis, duabus inferioribus triplo fere brevioribus, quinta quasi accessoria minima. *Corolla* ex roseo pallide violacea, venis saturatioribus picta, calyce duplo longior: *laciniis* tribus superioribus subæqualibus, ovatis, acutisculis integris; *infima* angustiore lanceolata, pallide incarnata.

Obs Planta in horto jam ultra decem annos culta, hucusque constans; idem observavit amicissimus Gärtner. vid. Flora der Wetterau. 1. p. 24. qui hinc omni jure, nostram tanquam peculiarem speciem a V. Teucrio diversam declaravit.

23. VERONICA *montana* racemis lateralibus paucifloris, calycibus hirsutis, foliis ovatis rugosis, crenatis, petiolatis, caule debili. *Linn. Sp. pl. p.* 17. — *Pollich. fl. palat. n.* 14. — *Hoffm. fl. germ. p.* 6. *tab.* 1.

Veronica racemis lateralibus elongatis, filiformibus; foliis ovatis petiolatis, obtusis, grosse serratis, caule petiolisque hirtis. *Linn. Suppl. p.* 83.

Veronica caule procumbente, foliis hirsutis, cordatis, retusis, racemis paucifloris. *Hall. stirp. helv. n.* 539.

Veronica supina Teucrii folio. *Tournef. inst. p.* 145.

Veronica rotundifolia scutellata aut biscutata hederæ folio. *Moris. hist.* 2. *p.* 321. *Sect.* 3. *t.* 23. *f.* 15.

Chamædrys spuriæ affinis rotundifolia, scutellata. *C. Bauh. pin. p.* 249.

Icon. Curtis fl. Lond. t. 330. — *Jacqu. fl. Austr. t.* 109.

Germ. Berg-Ehrenpreis.

Gall. Veronique de montagne.

Hab. hinc inde in sylvis submontanis et montanis humidiusculis, umbrosis non infrequens. Circa *Carlsruhe* prope *Aue* — *Wohlfartsweyher* — *Wettersbach* — *Berghaussen* et alibi; prope *Gernsbach* — *Baden* — *in dem Bühlerthal* in montosis sylvis abiegnis versus *Neusaz.* — In Marggraviatu superiore rarius in umbrosis circa *Vögesheim.* In Alsatia prope *Schiltigheim* — in montosis retro *Rappolweyher* nec non prope *Marienkirch* (vulgo *St. Marie aux mines*) obviam vidi. In Palatinatu prope *Lautern* in sylva *Halgrund, Ambselthal,* sub umbrosis fagetis teste *Pollichio.*

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio, Augusto maturat. ♃

Caulis ad terram decumbens, demum adscendens, palmaris, pedalis et longior, teres, debilis, molliter villosus, simpliciusculus. *Folia* opposita, omnia petiolata, cordato-ovata, grosse dentato-serrata, plus minusve villosa,

subtus

ſubtus ſæpe rubella. *Flores* laterales racemoſi. *Pedunculi* univerſales oppoſiti, filiformes, hirſuti, pauciflori; *pedicelli* alterni, remotiuſculi, capillares, 3-7, *bractea* longe breviori lanceolata ſuffulti. *Calyx* tetrapartitus: *laciniis* ſubæqualibus, ellipticis, corolla duplo brevioribus, villoſo-ciliatis. *Corolla* aquoſe cærulea, quandoque albida, venis violaceis picta. *Capſula* prægnagna rotundata, maxime compreſſa, ſuperne, et baſi aliquantulum emarginata, margine præſertim ciliata.

24. VERONICA *Chamædrys* racemis lateralibus, foliis ovatis, ſeſſilibus, rugoſis dentatis, caule bifariam piloſo. *Linn. Syſt. veg. p.* 60. — *Pollich. fl. palat. n.* 16.

Veronica foliis cordatis, ſubrotundis hirſutis, nervoſis, ex alis racemoſa. *Hall. ſtirp. helv. n.* 536.

Veronica minor, foliis imis rotundioribus. *Tournef. inſt. p.* 144. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 322.

Teucrium tertium minus. *Tabernæmont. p.* 771. *Icon.* (bona.)

Icon. Curtis. fl. Lond. — *Oeder. fl. Dan. t.* 448.

Germ. Wieſen-Ehrenpreis; je länger je lieber. (noſtr.)

Gall. Veronique des bois; Veronique chênette.

Hab. in pratis, ſylvis ad vias, ſepes, utrinque frequens.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio, Auguſto maturat. ♃

Differt a V. *Teucrio:* *Caule* non utrinque, sed bifariam hirsuto. *Racemis* brevioribus, laxioribus. *Calycibus* quadripartitis, *laciniis* æqualibus. *Corollarum* laciniis obtusioribus.

Variationem floribus albis allegat in jugis montium *bey dem Schwarzen See* visam et collectam. *Mappus. l. c.*

Pharm. CHAMÆDRIS SPURIÆ FOEMINÆ *Herba.*

Amariuscula, subadstringens, tonica.
Flores apibus mel largiuntur.

25. VERONICA *latifolia* racemis lateralibus, foliis cordatis, rugosis, dentatis, caule stricto. *Linn. Sp. pl. p.* 18. (excluso *Buxbaumii* synonymo.)

Veronica racemis lateralibus, foliis cordatis sessilibus, rugosis obtuse serratis, caule stricto, foliolis calycinis quinis. *Aiton. Kew.* 1. *p.* 24.

Veronica *Pseudo-Chamædrys. Jacqu. fl. Austr.* 1. *p.* 37.

Veronica major frutescens altera. *Tournef. inst. p.* 144. — *Mapp. fl. Alf. t.* 322.

Teucrium quartum. *Clus. hist.* 1. *p.* 349. *Icon.* (descriptio bona.)

Icon. Jacqu. fl. Austr. 1. *t.* 60.

Germ. breitblättrichter Ehrenpreis; grosser Ehrenpreis.

Gall. Veronique à feuilles larges.

Hab. in Sponhemia prope *Winningen* ad Mosellam in pratis montosis cum Prunella *grandiflora* et Cineraria *alpina.* In Alsatia: re-

tro *Niederhausbergen;* intra *Brumt* et *Hagenau.*

Flor. Julio. *Semina* Augoſto, Septembri maturat. ♃

Planta pulcherrima, ſpecioſa affinis variationi V. *Teucrii:* caule erecto, foliis latioribus. Differt tamen *Caulibus* multo longioribus, craſſioribus, 2-3 pedalibus, inferne obſolete tetrangulis. *Racemis* florum duplo triplove longioribus, ſpecioſioribus. *Calyces* quinquepartiti: *laciniis* inæqualibus, quinta minima.

Obſ. planta per Schweyckertum a ſeminibus ex Anglia. in hortum Principis primum introducta, hucusque nullam mutationem experta eſt.

Semper multo ſerius quam V. Teucrium floret.

Egregium hortorum præſertim anglicorum ornamentum.

Specioſiſſima hujus ſpecimina, fere 4-pedalia, vidi in pyrenæorum pratis montoſis Auguſto florentia.

Apibus ut V. Teucrium et Chamædris multam ceram præbet.

26. VERONICA *urticæfolia* racemis lateralibus, foliis ovato-lanceolatis hirtis, argute ſerratis, caule erecto. *Linn. Suppl. p.* 83.

Veronica racemis lateralibus, foliis cordatis ſeſſilibus argute ſerratis, acuminatis, caule ſtricto, foliolis calycinis quatuor. *Aiton. h. Kew.* 1. *p.* 24.

Veronica *latifolia. Vill. fl. Delph.* 2. *p.* 16. *n.* 17. — *Allion. fl. Pedem.* 1. *p.* 76.

Veronica foliis hirſutis nervoſis, ſeſſilibus, cordatis, lanceolatis, ſerratis, floribus racemoſis, longe petiolatis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 535.

Veronica pratenſis, omnium maxima. *Buxbaum. Cent.* 1. *p.* 23. *t.* 34.

Veronica maxima latifolia ſeu quercus-folio. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 322. *Sect.* 3. *t.* 23. *f.* 18.

Icon. Jacqu. fl. Auſt. 1. *t.* 59.
Germ. Neſſelblättriger Ehrenpreis.
Gall. Veronique à ſevilles d'ortie.
Hab. in ſylvaticis montoſis: in Muteto monte teſte *Lachenalio.*
Flor. Julio. *Semina* Auguſto maturat. ♃

Caules pedales, ſesqnipedales et altiores, erecti, teretes, ſubvilloſi, ſimpliciſſimi. *Folia* oppoſita, omnia ſeſſilia, ovato-lanceolata, ſerrata: *ſerris* in ſingulo folio 36-42, villoſiuſcula, erecto-patentia, 3-4 uncias longa, ſesquiunciam circiter lata, ſuperiora longe acuminata, inferiora breviora, obtuſiuſcula. *Flores* laterales racemoſi: *racemi* oppoſiti, axillares 6-8, patenti-erectiuſculi, foliis multo longiores. *Pedicelli* capillares in ſingulo racemo 18-21, *bractea* lineari villoſa breviori, ſuffulti. *Calyx* quadripartitus: *laciniis* ellipticis æqualibus villoſis, corolla duplo brevioribus. *Corollæ* laciniæ tres, planæ, ovato-rotundatæ, dilute carneæ, infima pallide purpurea, venis ſaturatioribus picta. *Capſula* orbiculata, apice emarginata, ad lentem villoſiuſcula.

Obſ. Lachenalii planta omnino ut ex herbario locupletiſſimo, amiciſſimi viri certus factus ſum, huc pertinet.

Plantam cum V. Ponæ Goüani primo intuitu aliquantulum affini, in pyrenæis legi, ex his

in hortum principis transplantata, ibi per plures annos conſtanter permanſit, demum cum aliis et bene multis alpinis rarioribus caſu infortuito periit.

Nota. Veronica Ponæ diſtinguitur a noſtrate: Caulibus ſemper brevioribus hiſpidioribus. Foliis duplo triplove brevioribus ovato-cordatis (nec ovato-lanceolatis) magis hiſpidis, ſerraturis in folio quolibet ſemper multo paucioribus 6-8-10 (nec 36-42.) Racemis 1-2, ſubterminalibus multo brevioribus paucifloris. Bracteis lanceolatis pedicelli longitudine. Capſulis ellipticis apice integriuſculis vix emarginatis.

Planta ſiccata in herbario ſtatim nigreſcit.

†††† *Floribus lateralibus ſolitariis.*

27. VERONICA *agreſtis* floribus ſolitariis, ſoliis cordatis inciſis pedunculo brevioribus. *Linn. Sp. pl. p.* 18. — *Pollich. fl. palat. n.* 17.

Veronica caule procumbente, foliis petiolatis, ovatis, crenatis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 549.

Veronica floſculis oblongis pediculis inſidentibus, Chamædrios folio. *Tourn. inſt.* 145. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 324.

Alſine foliis Triſſaginis. *Tabernæmont. p.* 1089. *Ic.*

Icon. *Curtis fl. Lond.* — *Oeder fl. Dan. t.* 449.

Germ. *Acker-Ehrenpreis.*

Gall. *Veronique ruſtique.*

Hab. Utrinque in agris, hortis, arvis, cultis frequens.

Flor. Aprili, Majo. *Semina* Junio, Julio maturat. ⊙

Caules decumbentes, teretes, ramosi, villosi. *Folia* inferiora opposita, superiora floralia, alterna, petiolata, varia, cordato-ovata, cordato-subrotunda margine crenata, sæpe profundius inciso-crenata, pubescentia. *Pedunculi* alares, solitarii, uniflori, foliis longiores, erecti, fructiferi penduli. *Calyx* tetrapartitus: *laciniis* ellipticis, inæqualibus, fructiferis majoribus subæqualibus. *Corolla* pallide cærulea venis saturatioribus picta, quandoqne albida, aut laciniis tribus candicantibus, quarta discolore, cærulea aut pallide rubella. *Capsula* apice emarginata, subturgida, scabriuscula.

Ovibus et capris accepta.

In arvis arenam figit.

28. VERONICA *arvensis* floribus solitariis, foliis cordatis, incisis, pedunculo longioribus. *Linn. Sp. pl. p.* 18. *Pollich. fl. palat. n.* 18.

Veronica caule erecto, foliis ovatis subhirsutis, dentatis, petiolis (pedunculis) brevissimis. *Hall. stirp. helv. n.* 548.

Veronica flosculis cauliculis adhærentibus. *Tournef. inst.* 145. — *Mapp. fl. Alf. p.* 323.

Alsine foliis veronicæ. *Tabernæmont. p.* 1089.

Icon. Curtis fl. Lond. t. 133. — *Oeder. fl. Dan. t.* 515.

Germ. Feld-Ehrenpreis.

Gall. Veronique des champs.

Hab. Utrinque in cultis, pratis, hortis, arvis.

Flor. Majo et Junio. *Semina* Julio maturat. ⊙

[redacted]

Differt ab antecedente specie: *Caulibus* adscendentibus. *Pedunculis* multo brevioribus, vix linearibus. *Calycinis* laciniis lanceolatis. *Corollis* minoribus. *Capsulis* magis compressis, glabriusculis.

Variat. magnitudine. *Corollis* dilute cæruleis et albidis.

Planta in arvis ovibus præsertim accepta et conveniens.

29. VERONICA *Tournefortii* floribus solitariis pedunculatis, foliis cordato-ovatis, pedunculo brevioribus dentato-serratis, caule radicato decumbente.

Veronica *filiformis* floribus solitariis, foliis cordatis crenatis, pedunculo brevioribus, calycinis lanceolatis. *Smith. Act. Soc. Linn. Lond.* 1. *p.* 195.

Veronica orientalis foliis hederæ terrestris magno flore. *Tournef. coroll.* 7. — *Buxbaum. cent. pl.* 1. *p.* 25. *t.* 40. *f.* 1.

Germ. Tourneforts Ehrenpreis; Orientalischer Ehrenpreis.

Gall. Veronique de Tournefort.

Hab. prope *Carlsruhe* in agris *am Holzhof*, ante aliquot annos ex horto botanico emigrata et nunc quasi spontanea.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio maturat. ♃

Radix perennis fibrosa. *Caules* ad terram decumbentes, prostrati, radicem versus radicati. 1-2-3 pedales teretes, villosi. *Folia* inferiora opposita in petiolum brevem decurrentia, reliqua floralia alterna subsessilia, cordato-ovata, obtusiuscula grosse dentato-serrata: ser-

ris in fingulo folio 7-9-10, bafi pilis mollibus obfita, cæterum fetulofo rariter villofa, inferne venofa, læte viridia, uncialia. *Pedunculi* axillares, alterni, *floriferi* filiformes, erectiufculi, foliis fere duplo longiores; *fructiferi* patentes, demum penduli. *Calyx* tetrapartitus: *laciniis* æqualibus conniventibus, ovato-lanceolatis, corolla brevioribus, bafi penicillato-molliter pilofis; *fructiferis* majoribus latioribus, capfulam fuperantibus. *Corolla* fpeciofa rotata: *laciniis* tribus ovato-rotundatis cæruleis, venis faturatioribus pictis; infima quarta anguftiore, albide cæruleſcente, venis aquofis munita. *Capfula* femiorbiculata obcordata, turgida, ftylo coronata, villofa. *Semina* luteola umbilicata.

Planta ovibus accepta, ad arenam figendam perapta.

30. VERONICA *hederifolia* floribus folitariis, foliis cordatis, planis, quinquelobis. *Linn. Sp. pl. p.* 19. — *Pollich. fl. palat. n.* 19.

Veronica caule procumbente, foliis lobatis, petiolis unifloris. *Hall. ftirp. helv. n.* 550.

Veronica Cymbalariæfolio verna. *Tournef. inft. p.* 145. — *Mapp. fl. Alf. p.* 324.

Alfine hederacea. *Tabernæmont. p.* 1088. *Ic.* (bona.)

Icon. Curtis. fl. Lond. t. 110. — *Oeder fl. Dan. t.* 428.

Germ. Epheublättriger Ehrenpreis.

Gall. Veronique lierrée.

Hab. in agris, hortis, cultis ad fepes utrinque frequens.

Flor. Aprili, Majo. *Semina* Julio maturat. ☉

Caules decumbentes, quandoque adſcendentes. *Folia* inferiora oppoſita, ſuperiora alterna, petiolata, cordata, rotundata, quinqueloba, quandoque triloba. *Pedunculi* axillares, ſolitarii, foliis longiores. *Calyx* tetrapartitus: laciniis ſubinæqualibus ovatis. *Corolla* calyce brevior, dilute cærulea, quandoque albida. *Capſula* ſubrotunda, apice ſubemarginata, ventricoſa, glabriuſcula. *Semina* pauca umbilicata.

Planta ovibus accepta.

31. VERONICA *triphyllos* floribus ſolitariis, foliis digitato-partitis, pedunculo brevioribus. *Linn. Sp. pl. p.* 19. — *Pollich. fl. palat. n.* 20.

Veronica foliis alternis inferioribus quinque partitis, ſuperioribus tripartitis, floribus ſolitariis. *Linn. hort. Cliff.* 9.

Veronica foliis ovatis, tripartitis et quinquepartitis, floribus longe petiolatis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 551.

Veronica verna trifido vel quinquefido folio. *Tourneſ. inſt. p.* 145. — *Mapp. Alſ. p.* 324.

Alſine recta. *Tabernæmont. p.* 1088. *Ic.*

Icon. *Oeder. fl. Dan. t.* 627.

Germ. *Dreyblättriger Ehrenpreis.*

Gall. *Veronique digitée.*

Hab. Utrinque in cultis, hortis, agris, arvis frequens.

Flor. Aprili, Majo. *Semina* Junio, Julio maturat. ☉

Variat in arvis ſterilioribus ſiccioribus, floribus faſtigiatis.

Planta tenerior ovibus in arvis conveniens et accepta.

32. VERONICA *verna* floribus ſolitariis, foliis inferioribus digitato-partitis, ſuperioribus indiviſis pedunculo longioribus.

Veronica floribus ſolitariis, foliis digitato-partitis pedunculo longioribus. *Linn. Sp. pl. p.* 19.

Veronica foliis ovatis tripartitis et quinquepartitis, floribus breviſſime petiolatis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 552.

Veronica humilis erecta, montana, flore parvo cæruleo. *Dill. Giſſ. app. p.* 38.

Icon. *Oeder. ſl. Dan. t.* 252.

Germ. *Frühlings-Ehrenpreis.*

Gall. *Veronique printanniere.*

Hab. in paſcuis arvisque ſterilibus colliculoſis ſabuloſis: inter *Mühlburg* et *Grünwinkel;* inter *Mühlburg* et *Knielingen;* in locis ſterilibus aſperis verſus *dem Landgraben;* nec non in paſcuis arenoſis *auf der Hardt* paſſim. Prope Argentinam *auf dem Poligon* in arvis cum Lichene *lentigero*, nec non *auf der Metzgerau* legi. In Marggraviatu ſuperiori in ſabuloſis aridis ad Wieſæ fluvium frequens.

Flor. Martio et Aprili. *Semina* Aprili, Majo maturat. ⊙

Caulis uncialis, digitalis, erectus teres, ſtatim ſupra radicem ramoſus: *ramis* 2-3-9, ſtrictis, ſimplicibus, hirtis; quandoque ſimpliciſſimus, ſtrictus. *Folia caulina* inferiora op-

[redacted]

poſita, ſeſſilia quandoque in brevem petiolum decurrentia, ovata, profunde digitato-inciſa: *ſegmentis* lateralibus quatuor, lineari-lanceolatis obtuſis, extimo majore elliptico obtuſiuſculo; ſuperiora alterna, ſeſſilia, ſimpliciuſcula, lineari-lanceolata, integra, hirta. *Flores* axillares, alterni, ſolitarii, breviter pedunculati: *pedunculis* rectis hirtis. *Calyx* profunde tetrapartitus: *laciniis* erectis, lineari-lanceolatis, inæqualibus, foliis floralibus ſubſimilibus, integris, hirtis, capſulam ſuperantibus. *Corolla* parva cærulea, venis ſaturatioribus violaceis picta, fauce pallide lutea. *Capſula* orbiculata, apice emarginata, compreſſa, margine hirta.

Obſ. I.) Individua in ſiccioribus, aridis obvenientia, ſæpiſſime ſimpliciſſima, ramis deſtituta; Floribus fere a baſi ad apicem caulis, alternis, copioſioribus, magisque approximatis onuſta; Folia inferiora digitata pauca, poſt et adhuc ante floreſcentiam, præſertim in regioribus calidioribus evanida aut nulla. Tale individuum Ill. Allionius in fl. Pedemont. 1. p. 77. t. 85. f. 1. delineavit et peculiaris ſpeciei: V. Bellardi auctor fuit.

Obſ. II.) Individua in ſtatu magis ſucculento, aut in horto culta, Folia habent inferiora minus profunde digitata, ſed pinnatifide dentata; ſuperiora primo aſpectu glabriuſcula, lente obſervata omnino hirta. Tale individuum eſt ſine dubio Veronica ſucculenta Allionii l. c. t. 22. f. 4.

33. VERONICA *acinifolia* floribus pedunculatis ſolitariis, foliis ovatis glabris, crenatis, caule erecto ſubpiloſo. *Linn. Sp. pl. p.* 19. — *Pollich. fl. palat. n.* 22. — *Hall. ſtirp. helv. n.* 547.

Veronica erecta acinifolio glabro, floribus

cæruleis segmento inferiore albido e angusto. *Dill. cat. Giss. app. p.* 39.

Icon. Vaillant. bot. paris. p. 201. *t.* 33. *f.* 3.

Germ. Thymianblättriger Ehrenpreis.

Gall. Veronique a feuilles de Serpolet.

Hab. in arvis argillaceo-calcareis colliculosis retro *Durlach*, in arvis montosis retro *Grötzingen* rarius; in Marggr. sup. in agris collium *Josberg* et *Letten* prope *Müllheim* legit *Vulpius*; prope Basileam in agris extra portam *Spahlen* versus *Hægenheim* teste *Zeyhero*. In Palatinatu: in agris circa *Alzey*, *Franckenthal*, *Oba*, *Edekum* inque arvis Rheno vicinis vulgatissima, teste *Pollichio*.

Flor. Majo. *Semina* Junio., Julio maturat. ☉

Caulis digitalis, et altior, erectus, teres, simpliciusculus, quandoque inferiora versus, ramo præditus, rariter villosiusculus. *Folia* inferiora opposita, subsessilia, basi membranula connata, ovata, margine obsolete denticulato-crenulata, glabra, viridia; *superiora* floralia alterna, subsessilia, elliptico-lanceolata, integriuscula, sensim angustiora, minora; margine rariter ciliata, pedunculis breviora. *Flores* axillares, solitarii, pedunculati: *pedunculis* erectis, filiformibus, ciliatis, apice subincrassatis, quatuor ad quinque lineas longis. *Calyx* tetrapartitus: *laciniis* æqualibus, ellipticis, ciliatis, longitudine capsulæ. *Corolla*: *laciniis* tribus subæqualibus, cæruleis; quarta infima angustiore albida. *Capsula* obcordata, apice ad medium biloba, margine ciliata.

Obs. Plantula ex seminibus in horto culta pedalis fere evasit.

[redacted]

X. GRATIOLA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 37.

Calyx quinquepartitus, baſi foliolis duobus acceſſoriis longioribus auctus. *Corolla* monopetala, irregularis, reſupinata. *Stamina* quatuor: duo ſterilia. *Germen* conicum. *Stylus* rectus ſubulatus. *Stigma* bilabiatum. *Capſula* bilocularis, bivalvis. *Semina* plurima, parva.

34. Gratiola *officinalis* floribus pedunculatis, foliis lanceolatis, ſerratis. *Linn. Sp. pl. p.* 24. — *Pollich. fl. palat. n.* 23.

Gratiola foliis ovato-lanceolatis ſuperne ſerratis, bracteis linearibus. *Goüan. fl. Monſp. p.* 66.

Gratiola. *Hall. ſtirp. helv. n.* 329. — *Tabernæmont. p.* 754. *Icon.*

Digitalis minima Gratiola dicta. *Tournef. inſt. p.* 165. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 93.

β. flore albo. *Mapp. l. c. p.* 94.

Icon. Bulliard. herb. t. 130. — *Regnault. botan.* — *Oeder. fl. Dan. t.* 363. — *Blackw. t.* 411. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 2.

Germ. Gnadenkraut; Gottesgnade; Purgierkraut; wilder Aurin.

Gall. la Gratiole.

Ital. Stanca Cavallo.

Hab. inter *Mühlburg* et *Dachsland* ad locum demiſſiorem inundatum cum Iſnardia paluſtri; prope Argentinam in pratis demiſſioribus humidis *bey Oſſwald* et *in der Ruprechtsau;* In foſſis ad viam inter *Mullhu-*

ſiam et *Sulz* teſte *Lachenalio;* prope *M chelfelden* teſte *C. Bauhino.* In Princip tu ſuperiore, in pratorum foſſis inter *R manshorn* et *Arbon*, nec non aliis paſſi in locis ad lacum nuperrime vidi. In Pal tinatu in pratis ſiccioribus inter *Lambshei* et *dem Holzhof*, teſte *Pollichio.*

β. in prato ſupra *Dorlisheim* obſervavit. *I Bürckel* confertim in uno loco naſcentem.

Flor. Junio, Julio., Auguſto. *Semina* Au guſto, Septembri maturat. ♃

Radix repens cylindrica, geniculata, alba fibris prædita. *Caulis* pedalis et altior, quan doque minor, erectus, (in horto adſcendens teres, geniculatus, glaber, ſubramoſus, ex al bido viridis. *Folia* oppoſita, ſeſſilia, ſuperio ra internodiis ſublongiora, ovato - lanceolata obtuſa, glabra, margine ſuperne utrinque ſer rata, unciam ad ſeſquiunciam longa, 3-4 linea lata, infima ovali - oblonga, integriuſcula, bre viora. *Pedunculi* axillares, oppoſiti, filiformes glabri, longitudine foliorum, uniflori. *Calyx* quinquepartitus: *laciniis* lineari - lanceolatis acutis, ſubæqualibus, baſi ſoliolis ſeu meliu bracteis duabus oppoſitis longioribus auctus *Corollæ tubus* calyce duplo longior, ſubincur vus ſuperne tetragonus, ſtriatus, viridiuſculus *Fauce* flava pilis incraſſatis veſtita. *Limbus* e albido dilute cæruleus, ſubbilabiatus: *Labium ſuperius* emarginatum, reflexum; *inferius* tri fidum.

Pharm. GRATIOLÆ *Radix; Herba.*

Pecora Gratiolam faſtidiunt; Equos mire emaciat fœno immixta. Gleditſch verm. Abh. 3. p. 376.

Herba inodora, maxime amara, ingrata, efficaciſ ſima, ab antiquiſſimis temporibus uſitata, vires habet

[redacted]

emeticas, purgantes, hydragogas, et anthelminthicas, bodie nimis a nonnullis neglecta. Plura vid. in Kloſtrzewskii Diſſ. de Gratiola. Vienn. 1775. — Zobel. Diſſ. Erlang. 1782. — Coſte et Willemet, eſſais botan. ſur quelques plantes indigènes ſubſtituées a des vegetaux exotiques etc. à Nancy 1778. p. 41. — de la Vigne Diſſ. de Gratiola officinali. Erlang. 1799.

Nota. Planta a pharmacopœis ignaris ſæpe cum Tertianaria: Scutellaria galericulata Linn. nec non ob botanices ſtudium plane neglectum, cum Veronica Anagallide. V. ſcutellata. Linn. Salicaria, ſeu Lythro Salicaria Linn. ut ante aliquot annos in officina quadam pro dolor vidi, confunditur.

XI. PINGUICULA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 40.

Calyx bilabiatus, quinqueſidus, perſiſtens. *Corolla* ringens, calcarata. *Germen* globoſum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* bilabiatum. *Capſula* unilocularis ſemibivalvis apice dehiſcens, ovata. *Semina* plurima cylindracea.

35. Pinguicula *vulgaris* nectario cylindraceo, longitudine petali. *Linn. Sp. pl. p.* 25.

Pinguicula calcare floris longitudine. *Hall. ſtirp. helv. n.* 292.

Pinguicula Geſneri. *Tournef. inſt.* 167. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 240. — *Joh. Bauh. hiſt.* 3. *p.* 546. *Icon.*

Viola humida aut paluſtris Pinguicula. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 477. *Sect.* 5. *t.* 7. *f.* 13.

Icon. *Oeder. fl. Dan. t.* 93. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 3.

Germ. *Gemeines Fettkraut; Schmerkraut; Kiwittsfett.*

Gall. *Graffette vulgaire.*

Hab. in pratis montofis humidiufculis: in pratis fubalpinis humidis Marggr. fup. *auf der Mulden* retro *dem Belchen* legit *Vulpius*. In Alfatiæ jugis montis Vogefi, locis humidis *gegen dem Weiffen-See;* circa *Neudorf* et *Michelfelden*, tefte *Zeyhero*. In Principatu fuperiori: in pratis turfofis udis cum Primula *farinofa*, Polygala *amara* frequentem nuperrime vidi.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augufto, Septembri maturat. ♃

Scapus erectus palmaris, pedalis, teres, uniflorus. *Folia* radicalia terræ incumbentia, ovata, margine convoluta, carnofa, fuperficie fetis raris mollibus, pellucidis, glutinofum liquorem fecernentibus oblita. *Flos* terminalis, nutans. *Corolla* dilute violacea, quandoque purpurea, rarius albida.

Pharm. PINGUICULÆ *Folia.*

Folia recentia pinguia, amaricantia, acriufcula. incidentes, abftergentes glutinantes, vulnerarias virtutes habent, olim in phthyfi pulmonali maxime commendabantur.

Infufum foliorum recentium cum lacte ex uberibus tepido per aliquot dies fepofitum, tranfit in Lac hyberboreum, cujus vis multiplicativa, fermenti inftar, infinita eft. Linn. fl. Suec. p. 8. — fl. Lappon. p. 10.

Lac tepidum foliis fuperimpofitum ftatim coagulat.

Folia

[redacted]

Folia oleoſum pinguem humorem exſudant et oleo infuſa, apud noſtros alpicolas vulnerariam medicinam exhibent pro uſu externo. Hinc ad fiſſuras mammarum pecoribus utiliter imponuntur. Allion. fl. pedem. 1. p. 56.

Plebs Wallica ſyrupum ex foliis conficit [illegible], quo ſe ſuosque purgant, quin et herbam [illegible] incoquunt in eundem uſum.

Planta a pecoribus non tangitur.

XII. UTRICULARIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 41.

Calyx diphyllus, deciduus. *Corolla* ringens, calcarata. *Germen* globoſum. *Stylus* filiformis. *Stigma* conicum. *Capſula* unilocularis, globoſa, magna. *Semina* plurima.

36. Utricularia *vulgaris* nectario conico, ſcapo paucifloro. *Linn. Sp. pl. p.* 26. — *Pollich. fl. palat. n.* 24. — *Hall. ſtirp. helv. n.* 290.

Lentibularia vulgaris. *Mapp. fl. Alſ. p.* 165.

Lentibularia major. *Vaill. act. gall.* 1719.

Millefolium aquaticum flore luteo galericulato. *Joh. Bauh. hiſt.* 3. *p.* 783.

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 138. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 3.

Germ. Gemeiner Waſſerſchlauch; Waſſerfenchel.

Gall. Utriculaire commune.

Hab. in foſſis aquaticis, aquis ſtagnantibus Rheno vicinis prope *Dachsland, Linkenheim,*

Rufsheim, *Hochſtädt* non infrequens. In Alſatia olim ad Argentinam in aqua ſtagnanti *bey der Spitalmühl* ubi nunc vix reperitur; prope *Michelfelden* et *Befort* teſte *Joh. Bauhino;* circa Baſileam: inter *Brüglingen* et *Neuewelt*, teſte *Hallero*. In Palatinatu: in paludibus, foſſis, et aquis circa *Lautern t. Pollichio.*

Flor. Junio et Julio. *Semina* Auguſto maturat. ♃

Scapus erectus, palmaris et altior, teres, ſuperne pauciflorus. *Folia* radicalia, in aqua natantia multifida, ramoſiſſima pinnatim diviſa et ſubdiviſa, capillaria, utriculis lentiformibus, aqua et aëre repletis, pulcherrimis obſeſſa. *Flores* racemoſi: racemus terminalis laxus, 3-6-florus. *Corolla* flava, ad faucem gibba, fulva, venoſa. *Calcar* conicum elongatum.

Planta maxime memorabilis ob ſingularem foliorum radicis vices fungentium ſtructuram.

Pharm. LENTIBULARIÆ *Folia.*

(Hodie in medicina exoleta.)

37. UTRICULARIA *minor* nectario carinato. *Linn. Sp. pl. p.* 26. — *Pollich. fl. palat. n.* 25.

Utricularia calcare breviſſimo. *Hall. ſtirp. helv. n.* 291.

Lentibularia minor. *Vaill. act.* 1719. *Mapp. fl. Alſ. p.* 165.

Millefolium paluſtre galericulatum minus. *Pluken. alm.* 251. *t.* 99. *f.* 1.

Icon. *Oeder. fl. Dan.* 128.

Germ. *Kleiner Wasserschauck.*

Gall. *Utriculaire mineure.*

Hab. cum præcedente perraro prope *Linkenheim*: ad Argentinam: *im Eckboltzheimer Wald*, in aqua stagnante cujusdam foveæ, ubi autem hodie non prostat. Prope Basileam in insula Rheni prope *Neudorff* copiose teste *Zeyhero*. In Palatinatu cum præcedente sed rarius e. gr. in pratis paludosis prope *dem Thierhäuschen* vidit *Pollichius*.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ♃

A priori differt: *Statura* in omnibus partibus minore. *Corollis* minoribus, pallidioribus. *Fauce* absque gibbo palato, pervia. *Nectario* brevissimo carinato.

XIII. VERBENA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 43.

Calyx angulatus, quinquedentatus, denticulo medio truncato. *Corolla* inæqualis, semiquinquefida, infundibuliformis, incurva. *Faux* pilis clausa. *Stamina* duo, in nostrate quatuor, intra tubum. *Germen* tetragonum. *Stylus* simplex. *Stigma* obtusum inferne denticulo præditum. *Semina* duo, in nostrate quatuor in calyce, oblonga, subangulata.

38. VERBENA *officinalis* tetrandra, spicis filiformibus, paniculatis, foliis multifido-laciniatis, caule solitario. *Linn. Sp. pl. p.* 29. — *Pollich. fl. palat. n.* 26.

Verbena foliis tripartitis rugosis, spicis nudis gracillimis. *Hall. stirp. helv. n.* 219.

Verbena communis cæruleo flore. *Tournef. inst. p.* 200. — *Mapp. fl. Alf. p.* 321.

Verbenaca recta prima. *Tabernæmont. p.* 380. *Icon.*

Icon. Curtis fl. Lond. — *Bulliard. herb. t.* 215. — *Oeder fl. Dan. t.* 628. — *Blackw. t.* 41. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 3.

Germ. Isenkraut; Eisenkraut; Stahlkraut.
Gall. Vervéine officinale.

Hab. utrinque ad sepes, muros, vias, pagos, urbes, et ruderata frequens.

Flor. Junio usque in extremum autumnum. *Semina* Augusto, Octobri maturat. ⊙

Caulis sesquipedalis, cubitalis et altior, erectus, tetragonus, sulcato-striatus, solitarius, ramosus: *ramis* erectis. *Folia* opposita, sessilia, inciso-serrata, pinnatifide serrata, quandoque tripartita, rugosa. *Flores* spicati caulem ramosque terminantes, subsessiles. *Corollæ* parvæ, ex albido purpurascentes. *Stamina* quatuor didynama.

Pharm. VERBENÆ *Herba.*

Planta Isidi dicata; in medicina fere exoleta; adstringit.

Flores apibus mel præbent.

XIV. LYCOPUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 44.

Calyx semiquinquefidus, angulatus. *Corolla* subinæqualis quadrifida: *lacinia* superiore

emarginata. *Stamina* distantia. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis. *Stigma* bifidum reflexum. *Semina* quatuor retusa in fundo calycis.

39. LYCOPUS *europæus* foliis sinuato-serratis. *Linn. Sp. pl. p.* 30. — *Pollich. fl. palat. n.* 27.

Lycopus foliis acute serratis et appendiculatis. *Hall. stirp. helv. n.* 220.

Lycopus palustris glaber - et villosus. *Tournef. inst. p.* 191. — *Mapp. fl. Alf. p.* 186.

Marubium aquaticum quorundam. *Joh. Bauh. hist.* 3. *p.* 318. *Icon.*

Icon. Curtis fl. Lond. t. 201. — *Oeder. fl. Dan. t.* 1081. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 4.

Germ. Europäischer Wolfsfuss; Wolfsbein; Sumpf-Andorn; Wasser-Andorn; Zigeunerkraut.

Gall. Lycope d'Europe.

Hab. Utrinque ad aquarum ripas, fossas, fontium margines ad Rheni pagos, in salicetis et alibi hinc inde copiose, cum Lysimachia *vulgari*, et Lytro *Salicaria.*

Flor. Junio, Julio et Septembri. *Semina* Septembri, Octobri maturat. ♃

Caulis erectus pedalis, cubitalis et altior, tetragonus, sulcatus, hirsutus, ramosus: *ramis* oppositis. *Folia* opposita, in brevem petiolum decurrentia, ovato-lanceolata, profunde et inæqualiter sinuato - dentato - serrata. *Flores*

verticillati numerosi, densi, sessiles, bracteati. *Bracteae* lineari - lanceolatae. *Corollae* parvae, albae: *labium* inferius albidum: *Faux* pilosa maculis rubellis intus notata.

Variat. Foliis modo glabriusculis modo villosis, majoribus et minoribus, minus aut magis inciso - serratis.

Obs. Ad Didynamiam accedit. Stamina saepius quatuor, quorum bina imperfecta, sterilia sunt.

Unicum hujus speciei individuum. Caule quadripedali, floribus omnibus femineis s. staminibus destitutis legit. Leers. fl. Herborn. n. 23.

Pharm. *Marubii aquatici Herba.*

Hodie in medicina fere exoleta, maxime adstringentes virtutes habet.

Planta pecori nec noxia, nec ingrata, montanis herbis mista praeberi potest. Schreb. Samml. 3. p. 54.

Ad coria paranda ob vim adstringentem apta.

Siccata et cum Vitriolo cocta, nigrum idque constans pigmentum praebet. Linn. Amoen. 1. p. 511.

Ob Lycopi usum Galli in nigris pannis tingendis excellunt. Hill. Knowledge of Plants. p. 13.

Ejus succo errones Aegyptios mentientes, faciem saepe fusco colore inficiunt; hinc vulgo etiam Zigeuner-Kraut nominatur.

XV. SALVIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 50.

Calyx bilabiatus, striatus, quinquedentatus. *Corolla* inaequalis ringens. *Filamenta* in medio fere transverse pedicello affixa. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis, longissi-

[redacted]

mus. *Stigma* bifidum. *Semina* quatuor subrotunda in fundo calycis.

40. SALVIA *pratensis* foliis cordato - oblongis, crenatis: summis amplexicaulibus, verticillis subnudis galea glutinosis. *Linn. Sp. pl. p.* 35. — *Pollich. fl. palat. n.* 28.

Salvia foliis imis cordatis superioribus saepe lanceolatis, verticillis nudis, in spicas continuatis. *Hall stirp. helv. n.* 253.

Sclarea pratensis foliis serratis flore caeruleo - albo - rubente. *Tournef. inst. p.* 179. — *Mapp. fl. Alf. p.* 282. *n.* 1. 2. 3. 4. 5.

Sclarea sylvestris. *Tabernæmont. p.* 765. *Icon.*

Icon. Bulliard. herb. t. 357. — *Blackw. t.* 258.

Germ. Wiesen - Salbey.

Gall. Sclarée sauvage. Sauge des prés.

Hab. Utrinque ad viarum marginalia, ad prata, in collibus pascuisque graminosis, vineis et alibi frequens: circa Argentinam *auf den Stadtwällen*, prope *Carlsruhe* ad hortum aulicum *am Haha* et alibi copiose.

Flor. Majo, Junio, Julio. *Semina* Julio, Augusto maturat. ♃

Caulis sesquipedalis, tripedalis, erectus, tetrangulus, hirsutus, ramosus: *ramis* oppositis. *Folia radicalia* petiolata, cordata, ovata, inaequaliter obtuse crenata, rugosa, villosiuscula; superiora minora, subsessilia, summa am-

plexicaulia. *Flores* verticillati, breviter pedunculati, in ſingulo verticillo ſæpe ſex. *Bracteæ* duæ ovatæ, acuminatæ, villoſæ. *Corollæ* falcatæ ſpecioſæ cæruleæ, violaceæ, purpuraſcentes, carneæ, albidæ.

Variat. pro diverſo ſolo: *Foliis* profundius inciſo - crenatis: *Corollis* majoribus et minoribus.

Pharm. *Hormini pratensis ſ. Salviæ Pratensis Herba.*

Tota planta aromatica, adſtringens, coriis parandis perapta.

Planta ob nimiam abundantiam pratis ſæpe noxia, itaque diminuenda.

Flores diu vigentes, apium culturæ maxime idonei.

Cereviſiæ humuli loco vinisque miſcetur, quibus vim addit temulentam; dolus maxime damnandus.

Obſ. Falſo ſæpe pro Herba Sclareæ, quæ longe alius ſpeciei, S. Sclareæ Linn. eſt, in officinis pharmacevticis venit; vera Sclarea omnino planta in medicina non ſuperflua, maxime aromatica, odorata, unctuoſa, præſertim in locis calidioribus: Gallia meridionali, Italia, Hiſpania, Luſitania, ubi ſponte venit, maxime hodie adhuc uſitata, a. S. pratenſi facile dignoſcitur: Bracteis ſpecioſiſſimis cordatis, acuminatis, ariſtatis, ciliatis, integris, pellucidis, dilute violaceis, venoſis uncialibus, concavis, calycibus longioribus.

41. Salvia *glutinoſa* foliis cordato - ſagittatis, ſerratis, acutis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 37. — *Roth. fl. Germ.* 2. *p.* 33. — *Hall. ſtirp. helv. n.* 252.

Salvia montana maxima foliis hormini flore flaveſcente. *Tourneſ. inſt. p.* 180. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 277.

Horminum flore luteo. *Rivin. monop. t.* 35. — *Morif. hift.* 3. *p.* 394. *Sect.* 11. *t.* 15. *f.* 18.

Colus Jovis. *Lobel. Icon.* 557.

Germ. Klebrigte gelbe Salbey; gelbe Berg-Salbey.

Gall. Sauge glutineufe.

Hab. in Marggr. fup. montofis fylvaticis circa pagum *Wies.* circa *Höllftein;* in ipfa urbe Bafileenfi, prope *Langenbruck* et *Wallenburg*, nec non in monte Muteto tefte *Hallero.* In Alfatia: *im Münfterthal*; amat fylvarum marginalia umbrofa, fqualida, argillofa.

Flor. Julio, Augufto, Septembri. *Semina* Septembri, Octobri maturat. ♃

Tota planta villofo-glutinofa, vifcida. *Caulis* cubitalis et altior, erectus, tetragonus, craffiufculus, villofus, ramofus: *ramis* oppofitis. *Folia* præfertim inferiora longius petiolata, oppofita, cordato-fagittata, acuminata, groffe et inæqualiter ferrata, rariter hirfuta, prægmagna. *Flores* verticillati pedunculati, in fingulo verticillo pauci. *Bracteæ* ovato-lanceolatæ. *Corollæ* fpeciofæ flavæ, amplæ: *Galea* falcata.

Odor plantæ peculiaris. Sapor amarus, naufeofus. Vix vinum, ut fertur, mofchatum reddit. Ad coria paranda fine dubio apta.

DIANDRIA

DIGYNIA.

XVI. ANTHOXANTHUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 58.

Calyx Gluma bivalvis: *Valvulis* ovatis, acuminatis, concavis: interiore majore. *Corolla* Gluma uniflora, bivalvis, longitudine valvulæ majoris calycinæ: valvula utraque ariſtam e dorſo inferiore emittente: altera geniculata. *Nectarium* diphyllum tenuiſſimum cylindricum: foliolis ſubovatis, amplexantibus. *Semen* unicum, teretiuſculum utrinque acuminatum.

42. Anthoxanthum *odoratum* ſpica ovato - oblonga, floſculis ſubpedunculatis ariſta longioribus. *Linn. Sp. pl. p.* 40. — *Pollich. fl. palat. n.* 29.

Avena diantha folliculo villoſo, calycis glumis inæqualibus, altera de imo dorſo, altera de ſummo ariſtata. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1491.

Gramen Anthoxanthum ſpicatum. *Tournef. inſt. p.* 518. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 130.

Gramen pratenſe ſpica flaveſcente. *C. Bauh. pin. p.* 3. — *Scheuchz. Agroſtr. p.* 88.

Icon. Schreb. græſſ. t. 5. — *Curtis. fl. Lond. Oeder fl. Dan. t.* 666. — *Leers. fl. Herborn. t.* 2. *f.* 1. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 4.

Germ. *Wohlriechendes Rüchgras; gelbes Ruchgras. — Melilotengras.*

Gall. *Flouve - odorante.*

Angl. *Vernal - gras.*

Hab. Utrinque in pratis, pafcuis, pomariis, collibus, fylvis, arvis, aggeribus, tam humidis quam ficcis frequens.

Flor. Martio, Aprili et per æftatem. Junio, præfertim et Julio femen maturat. ♃

Ab omnibus noftratibus graminibus facile dignofcitur: *Spica* lutefcente; *Staminibus* femper in flofculis fingulis duobus: *Filamentis* prælongis fpicam excedentibus, odore porro gratiffimo præfertim in planta ficcata.

Gramen odoratiffimum, fuaviffimum fœni aroma; equis, bobus, vaccis gratum, et ovibus præcipue in pratis pafcuisque montanis ficcioribus maxime conveniens, gratiffimum optimumque pabulum.

Odor fuaviffimus fœni, tempore deficcationis imprimis ab hocce gramine proficiscitur. conf. Jll. Schreber. Befchr. der Gräfer. Leipz. 1769. in fol. I. p. 49. et feqq.

Radix magis adhuc aromatica, odorata, in pulverem redacta, Tabaci puluerem fuaveolentem, pluribus aliis plantis additis, nonnullis maxime acceptum, conftituit.

Gramen deficcatum groffe contufum, in lacte coctum, aut ficcum, calefactum, tumores egregie difcutit. Sacculi pulvere groffo hujus graminis repleti, leniter calefacti, contra pedum præcipue tumores eryfipelaceas, præfens fæpe medicina et dolorum levamen.

Medicis adhuc fere omnibus neglecta, immo plane incognita.

CLASSIS III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores ſuperi.*

XVII. Valeriana. *Cor.* 5-fida baſi gibba. *Semen* unicum, papposum.

XVIII. Fedia. *Cor.* 5-fida. *Capſula* ſubglobosa, calyce coronata. *Semen* pappo deſtitutum.

XX. Gladiolus. *Cor.* monopetaloidea, ſexpartita: tubo curvato.

XXI. Iris. *Cor.* monopetaloidea, profunde ſexpartita: laciniis alternis patentibus. *Stylus* ſuperne tripartitus petaliformis.

** *Flores inferi.*

XIX. Polycnemum. *Cor.* nulla. *Cal.* 5-phyllus. *Stamina* 2-3-5. Stigma penicilliforme. *Semen* 1. nudum.

*** *Flores Graminei valvulis Glumæ calycinæ* (Gramina).

XXII. Schoenus. *Cor.* ſæpe nulla. *Calycis* Glumæ paleaceæ, univalves, congeſtæ. *Semen* 1. ſubrotundum.

[redacted]

XXIII. CYPERUS. *Cor.* nulla. *Cal.* paleis diſtichis, imbricatis. *Semen* nudum.

XXIV. SCIRPUS. *Cor.* nulla. *Cal.* paleis imbricatis. *Semen* nudum.

XXV. ERIOPHORUM. *Cor.* nulla. *Cal.* paleis imbricatis. *Semen* lanigerum.

XXVI. NARDUS. *Cor.* bivalvis. *Cal.* nullus. *Semen* tectum.

DIGYNIA.

* *Gramina. Flores uniflori, vagi.*

XXVII. LEERSIA. *Cal.* nullus. *Cor.* Gluma bivalvis, clauſa: *Valvulæ* naviculares compreſſæ, dorſo ciliato - aculeatæ. *Semen* 1. compreſſum.

XXVIII. PHALARIS. *Cal.* 2 - valvis: valvis carinatis æqualibus, corollam includentibus.

XXIX. PANICUM. *Cal.* 3-valvis, valvula tertia minima, dorſali.

XXX. PHLEUM. *Cal.* 2-valvis truncatus, mucronatus, ſeſſilis.

XXXI. ALOPECURUS. *Cal.* 2 - valvis. *Cor.* 1 - valvis apice ſimplici.

XXXII. MILIUM. *Cal.* 2 - valvis: valvis ventricoſis corolla majoribus ſubæqualibus.

XXXIII. AGROSTIS. *Cal.* 2 - valvis: valv acutis corolla brevioribus.

XXXVIII. DACTYLIS. *Cal.* 2 - valvis: valv majore longiore compref carinata.

XLIII. STIPA. *Cal.* 2 - valvis. *Corolla* arif terminali, bafi articulata.

(* *Arundo epigejos, calamagrofti* floribus unifloris)

** *Gramina. Flores biflori vagi.*

XXXIV. AIRA. *Cal.* bivalvis. *Flosculi* ab que rudimento tertii.

XXXV. MELICA. *Cal.* 2 - valvis. *Rudiment* tertii inter flofculos.

*** *Gramina. Flores multiflori vagi.*

XXXVI. POA. *Cal.* 2 - valvis. *Cor.* ovat valvis acutiufculis.

XXXVII. BRIZA. *Cal.* 2 - valvis. *Cor.* co data: valvis ventricofis.

XLI. FESTUCA. *Cal.* 2 - valvis. *Cor.* oblo ga: valvis mucronatis.

XLII. BROMUS. *Cal.* 2 - valvis. *Cor.* oblo ga; valvis fub apice arifiati

XLIV. AVENA. *Cal.* 2 - valvis. *Cor.* oblo ga: valvis dorfo arifta: co torta.

XLV. ARUNDO. *Cal.* 2 - valvis. *Cor.* ba lanata, mutica.

(* *Dactylis glomerata*, flor. multifloris

**** *Gramina. Spicati Receptaculo subulato.*

XLVIII. SECALE. *Cal.* 2-florus.

L. TRITICUM. *Cal.* multiflorus.

XLIX. HORDEUM. *Involucrum* hexaphyllum, triflorum. *Flos* ſimplex.

XLVII. ELYMUS. *Involucrum* tetraphyllum, biflorum. *Flos* compoſitus.

XLVI. LOLIUM. *Involucrum* monophyllum, uniflorum. *Flos* compoſitus.

XXXIX. CYNOSURUS. *Receptaculum* commune unilaterale, pectiniforme.

XL. SESLERIA. *Involucrum* triphyllum ſuperne lacero-denticulatum, coloratum. *Cor.* 2-valvis: *valvula* exterior major, apice tricuſpidata.

TRIGYNIA.

II. MONTIA. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* monopetala. *Capſ.* 3-valvis, 3-ſperma.

III. HOLOSTEUM. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* ſubcylindrica apice dehiſcens.

CLASSIS III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

XVII. VALERIANA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 60.

Calyx marginatus ſuperus minutus. *C rolla* ſupera, monopetala, tubuloſa, inæqu liter ſubquinquefida, baſi gibba (in nonnul calcarata). *Germen* inferum, uniloculare. *St lus* ſimplex. *Stigmata* tria. *Semen* unicu calyce corticatum, ſtriatum, ſuperne attenu tum, apice pappo plumoſo, radiato, cor natum.

43. VALERIANA *dioica* floribus triandri dioicis, foliis pinnatis, integerrim *Linn. Sp. pl. p.* 44. — *Pollich. fl. P lat. n.* 30.

Valeriana foliis radicalibus petiolatis o tis, caulinis pinnatis, ſexu diſtinc *Hall. ſtirp. helv. n.* 208.

Valeriana paluſtris minor. *Tournef. in p.* 132. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 317. *n.* 6.

Phu minus. *Tabernæmont. p.* 455. *Ico*

Icon. Curtis fl. Lond. t. 278. — *Bullia herb. t.* 311. — *Oeder. fl. Dan. t.* 687.

Germ. Kleiner Baldrian; Sumpfbaldrian.

Gall. Valeriane aquatique; Valeriane oique.

Ha

Hab. Utrinque in ſylvis, pratisque humidis, ſucculentis, udis montanis et demiſſioribus, frequens: prope Argentinam in pratis humidis *bey Oſswald* et *in der Ruprechtsau;* nec non in udis locis *am kleinen Rhein;* circa *Carlsruhe* in pratis erga *Beuertheim*, prope *Gottſau* verſus ſylvam *Hauaker*, et alibi.

Flor. Martio, Aprili, Majo et ſeq. *Semina* Majo, Junio, Julio maturat. ♃

Radix cylindrica, geniculata, alba, apice fibroſa: *fibris* teretibus, filiformibus, deſcendentibus; *Stolones* repentes, intra fibras exeuntes, geniculati, ſquamoſi. *Caulis* pedalis, ſesquipedalis, erectus, ſtriato - ſulcatus, villoſiuſculus, quandoque glabriuſculus, ramoſus: *ramis* oppoſitis, erectis. *Folia* oppoſita; *radicalia* petiolata, ovata: *caulina* inferiora in petiolum latiuſculum decurrentia, pinnatifida, ſuperiora pinnata: foliolis lineari-lanceolatis, impari lanceolato, maximo. *Flores* caulem ramoſque terminantes, corymboſi; *Corymbis* in individuis maſculis, laxioribus; *Corollis* pallide rubellis, majuſculis; in planta fœminea minoribus, denſioribus: corollis triplo minoribus, pallidioribus.

Pharm. VALERIANÆ MINORIS ſ. PALUSTRIS; PHU MINORIS *Radix.*

Flores apibus mel largiuntur. Radix aromatica, debilioris odoris quam in ſequente ſpecie, hodie vix in uſu pharmaceutico; a felibus cum reliquis hujus generis ſpeciebus maxime quæſita.

44. VALERIANA *officinalis* floribus triandris, foliis omnibus pinnatis. *Linn. Sp. pl. p.* 45. — *Pollich. fl. palat. n.* 31.

Valeriana foliis pinnatis, pinnis dentatis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 210.

Valeriana ſylveſtris major. *Tournef. inſt. p.* 132. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 316. 317. *n.* 3-4-5.

Phu vulgare. *Tabernæmont. p.* 455. *Icon.*

Icon. *Oeder. fl. Dan. t.* 570. — *Blackw. t.* 271. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 5.

Germ. *Groſser Baldrian; groſse Katzenwurzel; Augenwurzel.*

Gall. *Valeriane commune; Valeriane ſauvage.*

Hab. in ſylvis, humidis, dumetis, ſalicetis, alnetis, ad aquarum ripas dumetoſas, nec non in collibus dumetoſis, apricis ſicciori-bus, ſylvisque montoſis, ad muros et rudera præſertim antiqua *auf dem Thurnberg,* prope *Grötzingen, Berghauſen, Weiſſenſtein, am alten Badener Schloſs, auf dem Yberg, auf dem Windegger-, Eberſteiner-, Sauſenburger-, Badenweilener-* et *Röteler Schloſs;* et alibi frequens. Circa Argentinam in ſylvis humidis, ad foſſarum margines; in ſiccioribus apricis collibus *bey Hausbergen* et alibi nec non ad rudera arcium bene multa Alſatiæ antiqua.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Auguſto maturat. ♃

Radix ſibroſa: fibræ teretes numeroſæ deſcendentes, extus ex fuſco-flavicantes, vel ex ſordide-albo-luteſcentes; *Stolones* ſub terra repentes, ex apice radicis intra fibras exeuntes, albidi, teretes, geniculati: *geniculis* ſquamatis: ſquamæ ſolitariæ, ovatæ, acutæ. *Caulis* 2-3-4-5 pedalis, erectus, teres, ſulcatus,

plus minusve villosus, crassiusculus, intus cavus. *Folia* opposita, inferiora in petiolum decurrentia; superiora sessilia, palmaria, pedalia et longiora, omnia pinnata: pinnis lanceolatis, serratis, mox latioribus, mox angustioribus, extrema triloba, subtus plus minusve villosa. *Flores* corymbosi, planiusculi, caulem ramosque terminantes. *Bracteæ* ovato-acuminatæ. *Corollæ* tubuloso-infundibuliformes, quinquefidæ, ex albido-purpurascentes.

Variat in locis siccioribus sylvaticis: *Foliis* angustioribus, quæ est V. *sylvestris* montana *C. Bauh. pin.* 164.

Pharm. VALERIANÆ SYLVESTRIS *Radix*.

Radix tempore vernali antequam caulem edit, legenda est in regioribus supra nominatis, siccioribus, montosis, sylvaticis, collibus dumetosis, ubi omnino plus resinosi ætherei continet. Siccata integra in vitris bene obturatis asservanda.

Graveolens, fragrans, fœtida, amaricans; antispasmodica, diaphoretica, diuretica, emmenagoga, anthelmintica, antiputrida; in morbis convulsivis, Astmate convulsivo, Epilepsia, Hysteria, Eclampsia, Hemicrania et visus hebetudine, nec non in febribus nervosis putridis, epidemiisque malignis efficacissima, nunquam satis laudanda.

Oleum destillatum summum remedium in Eclampsia, Epilepsia et in malo Hysterico forsitan præstantissimum vocat. Sagar Syst. tum. p. 39. — Thilenius verm. med. chir. Bemerk. p. 442. — Drefky Diss. de Valeriana officinali. Erlang. 1776. — Murr. app. med. 1. p. 272. sq.

In arte veterinaria, contra morbos malignos, pestem bovinam, certe multum præstat, et Serpentariæ Virginianæ nimis pretiosæ substitui poterit.

Radicis odore feles maxime delectantur.

Flores apibus mel largiuntur.

Nota. Planta minime a pharmacopæis cum aliis quoad vires plane contrariis: Sio latifolio et angustifolio, aut cum Sambuco Ebulo ut ante aliquot annos vidi, confundenda.

45. Valeriana *Phu* floribus triandris, foliis caulinis pinnatis; radicalibus indivisis. *Linn. Sp. pl. p.* 45. — *Desfont. fl. Atlant.* 1. *p.* 29.

Valeriana foliis infimis integris, proximis laciniatis, caulinis pinnatis. *Linn. hort. Cliff.* 15.

Valeriana hortensis, Phu foliis Olusatri Dioscoridis. *C. Bauh. pin.* 164. — *Tournef. inst. p.* 132. — *Mapp. fl. Alf. p.* 316. *Moris. hist.* 2. *Sect.* 7. *t.* 14. *f.* 1.

Phu verum. *Tabernæmont. p.* 454. *Icon.* (bona.)

Icon. Regnault. botan. Hort. Eystett. Aest. 9. *t.* 2. *f.* 1. — *Rivin. monop.* 1. *t.* 3.

Germ. Theriackraut; weisser grosser Garten-Baldrian.

Gall. Valeriane Phu; grande Valeriane.

Hab. In Sponhemia in montosis sylvaticis asperis inter *Castellaun* et *Dorweyler* prope *Sabershausen* rarius et quidem unico in loco legi 1786. — In Alsatia *in dem Bitscher Wald* inter *Materhausen* et *Reichshofen* ubi olim detexit *Tabernæmontanus* et *Turnerus.*

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ♃

Radix ut in præcedente, sed major, magis adhuc odorata. *Caulis* 4-5-7 pedalis, erectus,

teres, ſubtiliter ſtriatus, glaberrimus, rore glauco obſitus, intus cavus, ramoſus: *ramis oppoſitis.* *Folia* radicalia longius petiolata, ſimpliciuscula, ovali - oblonga; *caulina infima* profunde bi - ſæpe tripartita: lacinia ultima maxima; reliqua pinnata, remotiuscula: *foliolis* baſi ad coſtam communem decurrentibus, integerrimis: impari maximo; omnia glaberrima, læte viridia, ſicca luteola. *Flores* caulem ramoſque terminantes, corymboſi, conferti. *Bracteæ* baſi connatæ, anguſtæ, lineari-ſubulatæ, margine membranaceæ. *Corollæ* niveæ, baſi hinc gibbulæ. *Semen* ſtriatum, ſuperne pappo plumoſo ex albido - cinereo coronatum.

Pharm. VALERIANÆ MAJORIS ſ. PHU *Radix.*

Radix præcedente magis adhuc aromatica a nonnullis hinc in medicina alteri præfertur; hodie ſaltem apud nos vix in uſu.

In Sibiria pagani liberis ſuis, ſpaſticis et epilepticis inſultribus tentatis, radicem crudam, vel ſiccatam, ingerunt. Pallas. Reiſe. 2. p. 100.

Planta in hortis facile cicuranda, per ſtolones multiplicanda, ſpecioſa, ob flores ſuaviſſime odoratos; apibus accepta, hortorum verum ornamentum.

Obſ. Feles. verno tempore, miris ſaltationibus, geſtibusque, eidem et Valerianæ pyrenaicæ Linn. in horto conſitæ, affricant, ſe ſupervolutant, ad deſtructionem ſæpe totius plantæ.

46. VALERIANA *tripteris* floribus triandris, foliis dentatis: radicalibus cordatis: caulinis ternatis ovato - oblongis. *Linn. Sp. pl. p.* 45.

Valeriana foliis radicalibus petiolatis, cor-

datis, ferratis, caulinis tripteris. *Hall. ftirp. helv. n.* 211.

Valeriana alpina prima. *C. Bauh. prodr.* 86. *Icon.* — *Tournef. inft. p.* 131. — *Mapp. fl. Alf. p.* 316.

Icon. *Jacqu. fl. Auftr.* 3. *t.* 268.

Germ. *Kleiner Alpen-Baldrian.*

Gall. *Valeriane trifide.*

Hab. In montofis rupeftribus *im Oppenauer-Griesbacher* et *Petersthal* nec non *im Höllenthal* abunde vidi. In Marggr fup. monte *Belchen*; in monte *Wafferfall* tefte *C. Bauhino* et *Zeyhero*, qui etiam fupra *Ramftein*, in monte *Vogelberg*, *Kallen*, *Schaffmatten* et in monte *Ballon* Alfatiæ vidit. In Principatus fuperioris vicinia *im Hegäu* in rupibus bafalticis ad Caftellum *Hohentwyl* cum Alyffo *montano* abunde vidi.

Flor. Junio, Julio., Augufto. *Semina* Septembri maturat. ♃

Radix ramofa, lignofa, fubfufca, odorata. *Caulis* erectiufculus, palmaris, pedalis et altior, teres, ftriatus, glaber, fimpliciufculus. *Folia radicalia* caulinaque inferiora petiolata, cordata, dentata, glabra, fuperiora oppofita, breviter petiolata, ternata: *foliolis* binis lateralibus lanceolatis, integriufculis: *terminali* ovato, acuminato, profunde dentato-ferrato, maximo; *fuprema* feffilia, lineari-lanceolata, angufta, fimplicia, integerrima. *Bracteæ* fetaceæ. *Flores* paniculato-corymbofi, terminales. *Corollæ* infundibuliformes, dilutæ incarnatæ, fæpius albidæ: *Limbo* quinquefido fubæquali, patente. *Stamina* tria in flore her-

maphrodito, quandoque nulla. *Semen* oblongum, compressum, acutiusculum, pappo plumoso multiradiato coronatum.

Obs. Neque hæc planta ex patrio monte, et ex pyrenæis in horto cicurata, nec quæ sequitur affinis mutationem ullam passæ.

4. VALERIANA *montana* floribus triandris, foliis ovato-oblongis subdentatis, caule simplici. *Linn. Sp. pl. p.* 45.

Valeriana foliis ovatis, acuminatis, obiter dentatis. *Hall. stirp. helv. n.* 212.

Valeriana alpina Scrophulariæ folio. *Tournef. inst. p.* 131. — *C. Bauh. prodr.* 87. *Mapp. fl. Als. p.* 318.

Valeriana sylvestris alpina, prima latifolia. *Clus. hist.* 2. *p.* 55. *Icon.*

Icon. Jacqu. fl. Austr. 3. *t.* 269.

Germ. Alpen-Baldrian.

Gall. Valeriane des Alpes.

Hab. Cum præcedente.

Flor. Junio, Julio et Augusto. *Semina* Augusto, Septembri maturat. ♃

Simillima præcedenti, a qua differt: *Foliis* radicalibus caulinisque inferioribus obsolete dentatis, quandoque integriusculis; superioribus semper simplicibus, nec ternatis: *Panicula* corymbosa majori: *Bracteis* angustioribus, longioribus, setaceis. *Corollis* majusculis sæpissime dilute carneis, rarius albidis.

XVIII. FEDIA.

Gærtn. fruct. et Semina pl. 2. p. 36. t. 86. f. 3.
Valerianella Tournef.

Calyx ſuperus ſubtridentatus perſiſtens. *Corolla* monopetala: limbo quinquefido. *Germen* inferum. *Stylus* ſimplex. *Capſula* infera ſubgloboſa, calyce coronata, trilocularis, evalvis: *loculamento* unico fertili. *Semen* unicum ovato-acuminatum, compreſſum, (pappo deſtitutum.)

48. FEDIA *olitoria* caule dichotomo, foliis lanceolatis integris, capſulis calyce oblique truncato, inæqualiter tridentato, coronata.

Valeriana *locuſta* floribus triandris, caule dichotomo, foliis linearibus. *Linn. Sp. pl. p* 47. *var.* α.

Valerianella *olitoria* foliis oblongis integris corona ſeminis ſimplici acuminata. *Hall. ſtirp. helv. n.* 214. *var.* α.

Valerianella arvenſis præcox, humilis ſemine compreſſo. *Tournef. inſt. p.* 133. *Mapp. fl. Alſ. p.* 318. — *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 104. *Sect.* 7. *t.* 15. *f.* 36.

Lactuca agnina prima. *Tabernæmont. p.* 460. *Icon.*

β. Foliis ſupremis ad baſin rariter dentato-ſerratis. *Hall. l. c. var.* β.

Varianella arvenſis præcox, humilis foliis ſerratis. *Tournef. inſt. p.* 133. *Mapp. l. c.*

Lactuca agnina fecunda. *Tabernæmont.* *p.* 461. *Ic.* (bona.)

Icon. *a. Curtis fl. Lond. t.* 319.

Germ. Lämmer - Salat; Sonnenwirbelein; Acker - Salat: noſtr. monticolis Marggr. ſup. *Töchterlein - Salat.*

Gall. Mache; Blanchette; Salade des Chanoines.

Hab. Utrinque in vineis, cultis, agris, hortis frequens.

Flor. Aprili, Majo. *Semina* Julio maturat. ⊙

Pharm. *Valerianellæ Herba recens.*

Folia juniora in acetariis, noſtratibus notiſſima, adhibentur, antequam planta in caules erumpat. Ad febres juſcula cum citri ſucco utilia ſuppeditat. Hall. l. c.

Innocentiſſimum cibum ſolum tolerabat, qui non alium ferret, æger lientericus. Leidenfroſt ſucc. plant. p. 17.

Planta hyeme et primo vere ovibus accepta et conveniens, hinc: Lämmer-Salat vocatur. Töchterlein-Salat monticolis Marggraviatus paſſim ſuperioris audit forſan, quia primo vere in vineis et agris à filiolis præſertim in acetaria colligitur.

49. Fedia *dentata* caule dichotomo foliis oblongis, ſuperioribus ſubſerratis, capſulis calyce coronatis ſubtridentatis.

Valeriana *dentata* ſ. V. Locuſta var. δ. *Linn. Sp. pl. p.* 48.

Valerianella *dentata* foliis oblongis ſerratis, ſeminis corona tridentata. *Pollich. fl. palat. n.* 33. — *Hall. ſtirp. helv. n.* 215.

Valerianella arvensis, serotina, altior, semine turgidiori. *Mapp. fl. Alf. p.* 318.

Locusta major. *Rivin. monop.* 6.

Germ. Später Lämmer-Salat.

Gall. Blanchette dentelée.

Hab. Hinc inde cum præcedente circa *Carlsruhe* in agris versus *Beurtheim*; prope Argentinam in arvis et pratis *in der Ruprechtsau.*

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri maturat. ⊙

Variat. Foliis integris et serratis; latioribus et angustioribus.

Caulis procerior, dichotomus, magis villosus, scaber, quam in præcedente specie. *Folia* villosulo-scabriuscula. *Corollæ* dilute subrubellæ. *Capsula* conica hinc convexa, inde planiuscula calyce quinque dentato umbilicato coronata: dente medio reliquis longiore, binis infimis minimis, vix conspicuis.

Obs. Monstrosa facile evadit, flosculis abortientibus, inque folia crispata degenerantibus, sine dubio, ex cynipis cujusdam ictu.

Planta ovibus in arvis maxime accepta.

Nota. Omni jure Valerianellæ Tournefortii ob partium fructificationis structuram diversissimam, a Valerianæ genere separandæ, hinc Adansonio et Gærtnero ducibus sub Fedia adduxi.

XIX. POLYCNEMUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 72.

Calyx quinquephyllus persistens: foliolis ovatis, acutis. *Corolla* nulla. *Stamina* 2-3-5

Stylus breviſſimus bipartitus. *Stigma* penicilliforme. *Semen* nudum rotundum, compreſſum, calyce tectum, tuberculatum.

50. POLYCNEMUM *arvenſe* ſubtriandrum foliis ſubulatis, triquetris; bracteis calycinis ſetoſo-ariſtatis calycem ſuperantibus.

Polycnemum *arvenſe. Linn. Sp. pl. p.* 50. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1570.

Polycnemum *arvenſe* triandrum foliis ſubulatis triquetris, caule diffuſo. *Willden. Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 192.

Camphoroſma *acuta. Pollich. fl. palat. app. n.* 1203.

Chenopodium humiſuſum annuum folio breviori et capillaceo. *Tournef. inſt. p.* 506.

Camphorata altera. *Tabernæmont. p.* 57. *Icon.*

Icon. Jacqu. fl. Auſtr. t. 365. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 5.

Germ. Knorpelkraut.

Gall. Polycneme des champs.

Hab. Hinc inde in agris et arvis ſterilibus arenoſis prope *Mühlburg, Dachsland, Eckenſtein, Graben, Philipsburg* et in confiniis non infrequens. Prope Argentoratum in paſcuis ſabuloſis et aggeribus ſterilibus *auf der Metzgerau* rarius vidi. In Palatinatu, in *Præfectura Oppenheimenſi* prope *Nieder-Ingelheim* ad viam verſus *Bingen* in

arvis ficciffimis arenofis, poft *Pollichium* vidi.

Flor. Julio, Augufto. *Semina* Septembri maturat. ⊙

Caulis a bafi ramofus: *rami* 2-3-7 unciales, decumbentes, proftrati, callofo-articulati fere exfucci, fubcanefcentes, fæpe a fabulo confpurcati, fubvillofi, quandoque erecti, ftrict fubglabri, læte viridefcentes. *Folia* oppofita feffilia, triangularia, carinata, fubulato-ariftata, villofo-canefcentia, quandoque viridia glabriufcula. *Flores* axillares, feffiles, fubfolitarii. *Bracteæ* duo, a calyce fubremotæ, oppofitæ, fetofo-ariftatæ, rigidæ, calycis foliola fuperantes.

Nota. Nonnulli calycem pro corolla, et bracteas pro calyce fumunt, fic Leerfius fl. Herborn. p. 8. — Roth. fl. germ. 2. p. 45.

Egregiam hujus plantæ analyfin quo ad fructificationis præcipue partes, debemus acutiffimo Schkuhrio l. c.

Pharm. CAMPHORATA CONGENER.

Inter vulneraria olim numerabatur cum Camphorata quæ eft Camphorosma monfpeliaca. Linn.

XX. GLADIOLUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 77.

Calyx: Spatha bivalvis, infera, corolla brevior: *valvulis* oblongis, exteriore majore. *Corolla* monopetala fupera. *Tubus* cylindraceus, curvatus. *Limbus* fexpartitus: *laciniis* inæqualibus oblongis. *Germen* inferum triangulare. *Stylus* filiformis. *Stigmata* tria villofa. *Cap-*

fula ovata, trigona, trilocularis, trivalvis. *Semina* plurima, glabra.

51. GLADIOLUS *communis* foliis ensiformibus, floribus distantibus. *Linn. Sp. pl. p.* 52. — *Hall. stirp. helv. n.* 1261.

Gladiolus floribus uno versu dispositis, major et procerior, flore purpureo-rubente. *Tournef. inst.* 365. — *Mapp. fl. Alf.* 127. — *Moris. hist.* 2. *sect.* 4. *t.* 4. *f.* 4. — *C. Bauh. pin. p.* 41.

Gladiolus Narbonensis. *Lobel. Icon.* 98.

Gladiolus germanicus. *Tabernæmont. p.* 1024. *Icon.*

Icon. Bulliard. herb. t. 8. — *Curtis Magazin. t.* 86. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 6. — *Rivin. monop. irreg. t.* 110.

Germ. Gemeine Siegwurz; Braunschwertel; Allermanns-Harnisch.

Gall. Gladiole commune; Glayeul.

Hab. In agris pratisque sylvaticis inter *Kehl* et *Goldschier* rarius. In Alsatia prope Argentinam *im Ostwinkel* nunc perraro; in pratis montosis sylvaticis: *auf dem Ungersberg; auf dem Hochgebirg* prope arcem *Scherweyler* teste *Mappo.*

Flor. Majo, Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ♃

Radix bulbosa, sæpe gemina: altera alteri incumbens, intus lutescens, extus membrana reticulata prædita. *Caulis* sesquipedalis, bipedalis, et altior, erectus, glaber, teretiusculus, simplicissimus. *Folia* alterna, sessilia, ensiformia, nervosa, integra. *Flores* racemosi: *Ra-*

cemo ſimplici, prælongo, flexuoſo, ſecundo. *Corollæ* ex cæruleo-purpuraſcentes, ſpecioſæ, in hortis quandoque rubellæ et albidæ.

Pharm. VICTORIALIS ROTUNDÆ *Radix.*

Ob Corollas amœnas varie coloratas hortorum ornamentum.

Flores apibus mella præbent. Olim multa miraculoſa, magica a radice vulgus exſpectabat; in medicina hodie fere exoleta eſt.

XXI. IRIS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 79.

Calyx: Spatha bivalvis. *Corolla* monopetala, ſexpartita: *laciniis* alternis, reflexis. *Stylus* ſuperne tripartitus: *Laciniæ* petaliformes ſtaminibus incumbentes. *Stigma* eſt labellum inferius proprii ſtyli petaliformis. *Capſula* angulata, trilocularis, trivalvis. *Semina* plura.

† *Barbatæ nectariis petalorum reflexorum.*

52. IRIS *germanica* corollis barbatis, caule foliis longiore multifloro, floribus inferioribus pedunculatis. *Linn. Sp. pl. p.* 55. — *Pollich. fl. palat. n.* 34.

Iris foliis enſiformibus, diſtichis, petalis reflexis, barbatis, tubalibus arcu diſtinctis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1258.

Iris vulgaris germanica ſeu ſylveſtris. *C. Bauh. pin. p.* 30. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 152.

Iris vulgaris ſecunda. *Tabernæmont. p.* 1034. *Icon.*

Icon. *Bulliard. herb. t.* 141. — *Regnault. botan.* — *Blackw. t.* 69.

Germ. *Deutſche Schwerd-Lilie; blaue Berg-Lilie. Veilwurz.*

Gall. *l'Iris, ou la Flambe; l'Iris germanique.*

Hab. Hinc inde in vineis: retro *Durlach* rarius, in vineis prope *Ettlingen* ad viarum marginalia, in muris copioſe; prope *Baden* et *Bühl;* in Marggr. ſup. vineis prope *Weil* et alibi, in collibus aridiſſimis prope *Iſtein*. In Sponhemia circa *Monzingen* et *Martinſtein*, nec non prope *Winningen* ad Moſellam. In Palatinatu circa *Oppenheim*, in montoſis lapidoſis circa *Bingen*, *Creutznach* poſt *Pollichium* vidi. In Principatu ſuperiore in vineis prope *Mörsburg* et *Ueberlingen* paſſim. In Alſatiæ vineis prope *Mittelhausbergen* — *Weſthofen* — *Barr* — *Reichenweyher* et alibi vidi.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Auguſto, Septembri maturat. ♃

Radix horizontalis, articulata: *articulis* obovato - oblongis, obtuſis, tranſverſe ſulcatis, ultra pollicem longis, cineraſcentibus, ſupra punctis obſoletis adſperſa, infra radicans fibris copioſis, filiformibus, albidis, deſcendentibus: apice ramoſa: *articulis* 3-4- tuberoſis, radici conformibus, germinantibus; intus carnoſa, firma, alba, centro medullari ampliſſimo ſubrotundo, punctis ferrugineis adſperſo. *Caulis* ſesquipedalis et altior, erectus, teres, glaberrimus, ſubtriflorus. *Folia* vaginantia, enſiformia, falcata, caule breviora, ultra pollicem lata. *Corollæ* magnæ, ſpecioſæ, ſaturate violaceæ.

Pharm. *Iridis Nostratis Radix.*

Radix recens ſubnauſeoſa, amaricans, ſtyptica, acris; ſiccata odoris violacei; cum Iridis Florentinae radice non confundenda; diureticas, hydragogas, purgantes vires præcipue poſſidet; hinc a quibusdam contra Hydropem maxime commendata.

Subſtitui poteſt radici Ireos Florentinæ. Montet. in Mem. de l'acad. R. des ſc. de Paris, 1772. P. 1. p. 657. cui nec in rebus in quibus ratio odoris habetur. ut pulvere cyprio capillis inſpergi ſolito, globulis ſaponaceis, pulveribus coſmeticis, aliisque odorem gratum violaceum ſpargentibus, ullo jure poſtponenda. Montet. l. c. p. 663.

Planta facillime et citiſſime propaganda in vinearum marginalibus, muris, hortis, cultis, nec non in collibus apricis, per radicum phalanges.

Verum certe hortorum ob flores ſpecioſos cæruleos violaceo mixtos, ornamentum.

†† *Imberbes*: *petalis deflexis lævibus.*

53. Iris *Pſeud-Acorus* corollis imberbibus: petalis interioribus ſtigmate minoribus, foliis enſiformibus. *Linn. Sp. pl. p.* 56. — *Pollich. fl. palat. n.* 35.

Iris caule inflexo, foliis enſiformibus, petalis erectis, minimis, reflexis alternis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1260.

Iris paluſtris lutea. *Tabernæmont. p.* 1032. *Icon.* — *Mapp. fl. Alſ. p.* 153.

Icon. Curtis. fl. Lond. t. 197. — *Oeder fl. Dan. t.* 494. — *Bulliard. herb. t.* 137. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 5. *a. b.*

Germ. Gelbe Waſſerlilie; gelber Waſſerſchwertel.

Gall. Flambe Batard; l'Iris jaune.

Hab.

Hab. Utrinque ad ſtagna, paludes, foſſarum aquaticarum ripas, in pratis inundatis Rheno vicinis humidis nec non in ſylvaticis ſucculentis inter alnos et ſalices copioſe.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Auguſto matura. ♃.

Radix ſubcylindrica, horizontalis, pollicem circiter craſſa, ſubcarnoſa, fragilis, cinereo-alba, medulla incarnata, undique punctata, articulata: *articulis* ſubrotundis, inæqualibus, ramo uno alterove prædita, rugis annularibus undique obſeſſa, punctis excavatis. ſubrotundis, ſingulis proferentibus fibram filiformem, albidam, adſperſa; extus ſubferruginea, ſuperne ſquamoſa; ſummo apice infracta fibris filiformibus, albis, congeſtis, fibrillisque ſetiformibus. *Caulis* cubitalis et altior, erectus, teres, glaber, ramoſus. *Folia* alterna, vaginantia, enſiformia, ſtriata. *Flores* caulem ramosque terminantes, plus minusve pedunculati. *Corollæ* flavæ, ſpecioſæ: *Laciniæ* tres, imberbes, erectæ, anguſtæ, *Stylo* petaloideo minores; reliquæ ſpecioſæ, verſus baſin macula ſerrata fulva pictæ.

Obſ. Acutiſſimo oculatiſſimoque D. D. Kölreutero debemus veram Stigmatum Iridis cognitionem. Stigma petaloideum Linnæi eſt Stylus ſuperne petaloideus, Stigma vero eſt labium parvum inferius in ſingula lacinia Styli, ad apicem ſuperiorem antheræ ſubcumbentis conſpicuum. Vid. ej. vorläufige Nachricht von einigen das Geſchlecht der Pflanzen betreffenden Verſuchen und Beobachtungen. Leipz. 1761. p. 25. ſq. idem obſervavit. Schkuhr. l. c.

Planta in hortis, præſertim in locis pinguioribus demiſſioribus. etiam extra aquam, læte creſcit, et verum ibi ornamentum eſt, citiſſime per radicum phalanges propagatur.

Pharm. ACORI PALUSTRIS *f.* ADULTERINI *Radix.*

Radix recens ftyptica, hydragoga, draftica; ficcata adftringens, auftera, cum Vitriolo Martis fubito nigrefcit; hinc Scoti montani ex radicis Decocto, addito Marte, atramentum fcriptorium parant. Sibbald. Scot. illuftr. p. 32. et in quibusdam infulis Scoticis ad pannos nigro colore imbuendos adhibetur. Lightfoot. fl. Scot. 1. p. 86.

Siccata coriis parandis perapta; maxime præfertim in regioribus Rheni demiffioribus, inundatis, fylvaticis, aliisque, ubi maxime abundans venit in hunc ufum noftratibus commendanda.

Flores flavum colorem fuppeditant. Denfo monatl. Beytr. p. 356. 367.

Radicis decoctum ad animalium cutem pilosque confolidandos, nec non ad ulcera fordida depuranda aptum; veterinariis præfertim externe, variis in morbis animalium, cumprimis mucofis, a debilitate ortis ut et in fcrophulis, fuccus radicis recentis commendandus.

Ad dolorem dentium fedandum confert, radice dentem fricare, vel ejus minimum mafticare. fed caute. Buchans Domeftic. Medicine. p. 390. Succus naribus attractus etiamfi modica quantitate, mox infignem in nafo, ore et faucibus, ardorem excitat, copiofum falivæ et muci ex ore et nafo profluvium ciet, quod fæpe per duas, tres et plures horas perdurat, unde aliquando dolor dentium et capitis periodicus, aliis multis fruftra tentatis, fublatus. Armftrongs. Account of the difeafes moft incident to children. p. 146.

54. IRIS *fibirica* corollis imberbibus, germinibus trigonis, caule tereti, foliis linearibus. *Linn. Sp. pl. p.* 57. — *Pollich. fl. palat. n.* 36.

Iris imberbis, foliis linearibus, fcapo fubtrifloro tereti, germinibus trigonis. *Thunb. Difs. de Iride. n.* 33.

Iris foliis linearibus, caule fubnudo, petalis reflexis imberbibus venofis, tubarum arcu acuminato. *Hall. ftirp. helv. n.* 1259.

Iris pratenfis anguftifolia non fœtida altior. *C. Bauh. pin.* 32. — *Mapp. fl. Alf.* 153.

Iris tenuifolia Michelfeldenfis fpontanea. *Joh. Bauh. hift.* 2. *p.* 729.

Iris fylveftris anguftifolia major. *Tabernæmont. p.* 1036. *Icon.*

Icon. Jacqu. fl. Auftr. t. 3.

Germ. Sibirifche Lilie; blaue Wiefen-Lilie.

Gall. l'Iris de Sibérie; l'Iris des prés.

Hab. In pratis paffim fylvaticis Rheno vicinis prope *Knielingen* — *Echenftein* — *Schreck* — *Linkenheim* et alibi. In Palatinatu circa *Lautern* rariffime; in pratis inter *Lambsheim*, *Franckenthal*, *Oggersheim* et *dem Holzhof*, in pratis Rheno vicinis fat copiofe tefte *Pollichio*. In Principatu fuperiore paffim in pratis udis ad Lacum, vidi. In Alfatia prope Argentinam in pratis humidis copiofe ad *Ofswald*, et prope *dem Mauerhof*, nec non ad pagum *Efchau*; *Michelfeldæ* tefte *Lachenalio*.

Flor. Majo et Junio. *Semina* Julio Augufto maturat. ♃

Scapus 2-3-4 pedalis, erectus, glaber, ftriatus, teres, pauciflorus. *Folia* linearia, angufta, fcapo breviora, glabra. *Flores* 2-3 fubterminales, pedunculati. *Corolla* e violaceo-cærulea: laciniæ tres exteriores ex albido cærulefcentes, ad bafin lutefcentes, venis cy-

aneis pictæ, interiores ſaturatiores. *Styli* p
taloidei pallide cærulei, bifidi, ſerrati. *Ge*
men breve obſolete trigonum.

Nota. Joh. Bauhini ſynonymon citatum ſuaden
b. Lachenalio omnino huc, nec ad I. ſp
riam quæ Michelfeldæ non venit, pertin

Obſ. Fruſtra huc usque in regioribus Rhenanis I. ſp
riam, quæ facile germinibus hexagonis ab hac
diſtinguitur, quæſivi.

Iris pratenſis anguſtifolia, humilior. Mapp. 1
Alſ. 153 in pratis humidis am Mauerhof
tata, hodie ibi non venit, copioſe autem adh
I. ſibirica.

XXII. SCHOENUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 92.

Calycis glumæ paleaceæ, univalves, cong
ſtæ. *Corolla* ſæpe nulla. *Germen* ovato - t
quetrum, obtuſum. *Stylus* ſetaceus. *Stigm*
trifidum (quandoque bifidum) tenue. *Sem*
unicum, ſubrotundum, inter glumas.

55. Schoenus *nigricans* culmo tere
nudo, capitulo ovato: involucri diphy
li valvula altera ſubulata, longa. *Lin*
Sp. pl. p. 64. — *Pollich. fl. palat. n.* 3

Cyperus ſpicis conglomeratis, calyce mu
tifolio. *Hall ſtirp. helv. n.* 1347.

Junco affinis capitulo glomerato nigrica
te. *Scheuchz. Agroſtr. p.* 349. *t.* 7.
13. 14. 15.

Juncus lævis minor, panicula glomera
nigricante. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 233. *Se*
8. *tab.* 10. *fig.* 28.

Gramen ſpicatum junci facie, lithoſpermi ſemine. *Tournef. inſt. p.* 518.

Germ. *Schwärzlichtes Strickgras; Knopfgras.*

Gall. *Choin noiratre.*

Hab. In locis udis, pratis uliginoſis Rheno vicinis rarius paſſim: prope *Knielingen*, *Hochſtädt* et *Linkenheim.* In Palatinatu in pratis ad ſalinas circa *Dürckheim* et in toto illo pratorum tractu uſque ad *Oggersheim*, *Franckenthal*, *Wormatiam* abunde teſte *Pollichio.* In Principatu ſuperiore in pratis udis ad *Lacum* abunde vidi.

Flor. Majo et Junio. *Semina* Julio, Auguſto maturat. ♃

Culmi ex radice plures, pedales et altiores, erecti, enodes, nudi, glaberrimi, duri, baſi vaginis folioſis fuſco-nigricantibus tecti. *Folia* triquetra, ſuperne canaliculata, ſtricta, glabra. *Capitulum* terminale ovatum, fuſco-nigricans, ſplendidum, ſpiculis 3-4-5 ovato-lanceolatis compoſitum. *Involucrum* baſi capitulum amplectens biphyllum: *foliolis* inæqualibus, glabris, ſubulatis. *Flores* interdum diandri. *Semen* ſplendens baſi ſetis deſtitutum.

Gramen, cum omnibus hujus familiæ durum pecoribus, nec equis acceptum.

56. SCHOENUS *fuſcus* culmo triquetro folioſo, ſpiculis ſubgemellis, foliis filiformibus canaliculatis.

Schœnus *fuſcus* culmo tereti folioſo, ſpiculis ſubfaſciculatis, foliis filiformibus canaliculatis *Linn. Syſt. veg. ed. Murr.*

p. 95. *Sp. pl.* 1664. — *Pollich. fl. palat. n.* 40.

Schœnus ſpiculis gemellis. *Hall. enum. plant. agr. Götting. p.* 57.

Cyperella paluſtris capitulis florum umbellatim compactis fuſcis. *Michel. gen.* 53.

Cyperus minor anguſtifolius paluſtris, capitulis fuſcis paleaceis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 239. *Sect.* 8. *tab.* 11. *fig.* 40.

Germ. Braunes Knopfgras.

Gall. Choin brun.

Hab. Hinc inde in montoſis uliginoſis: *auf dem Kaltenbrunn, auf der Herrenwieſe, am trockenen See.* In M. S. in inſula natante torfoſa *auf dem Nonnmatweyher* nec non in pratis udis *auf der Sirnitz;* in Alſatia *auf dem Ottilienberg* retro *Barr* et alibi in locis uliginoſis turfoſis legi. In Palatinatu in paſcuis udis circa *Rotenbach;* prope *Hitſchenhauſen, Miſau, Spesbach,* locumque *die Schanze* vocatum cum Schœno *albo,* teſte *Pollichio.* In Principatu ſuperiore ad Lacum in udis vidi.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio maturat. ♃

Differt a ſequente ſpecie: *Culmo* humiliori, digitali et ſemipedali, obtuſe triquetro; *Foliis* filiformibus, brevioribus; *Spiculis* plerumque duabus, faſciculatis, fuſcis, breviter pedicellatis: altera minore nuda; *Seminibus* baſi ſetulis tribus ad ſex circumvallatis.

57. SCHOENUS *albus* culmo ſubtriquetro folioſo, floribus faſciculatis, foliis ſeta-

ceis. *Linn. Sp. pl. p. 65.* — *Pollich. fl. palat. n.* 39.

Scirpus foliis setaceis, panicula plana, locustis teretibus. *Hall. stirp. helv. n.* 1341.

Gramen cyperoides palustre leucanthemum. *Scheuchz. Agrostr. p.* 503. *t.* 11. *f.* 11.

Cyperella palustris, capitulis umbellatis primum albis, deinde fulvis. *Michel. gen.* 53.

Icon. Schkuhr. bot. Handb. t. 7. — *Oeder. fl. Dan. t.* 320.

Germ. Weisses Knopfgras.

Gall. Choin blanc.

Hab. In montosis uliginosis Sphagno palustri repletis *an denen Oehlachen, auf dem Kaltenbrunn; auf der Herrnwiese;* in M. S. *auf dem Nonnmatweyher;* in Alsatia cum præcedente legi. In Palatinatu circa *Lautern* inter *Ramstein* et *Schönenberg*; in pratis paludosis ubique teste *Pollichio.* In Principatu superiore in pratis uliginosis passim frequens vidi.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto, Septembri maturat. ♃

Culmi palmares, pedales et altiores, subtriquetri, foliosi. *Folia* angusta, fere setacea, nervo albicante carinata. *Spiculæ* terminales, pedunculatæ, corymboso-fasciculatæ, pauciflorae, albidæ. *Stamina* interdum duo. *Stigma* bifidum. *Semen* basi setulis 10-13 obvallatum.

Gramen cum præcedente durum; fæpe cum Eriophoro *vaginato* regiones turfofas indicat.

58. SCHOENUS *compreffus* culmo fubtriquetro nudo, fpica difticha, involucro monophyllo. *Linn. Sp. pl. p.* 65. *Pollich. fl. palat. n.* 38. *tab.* 1. *f.* 3.

Scirpus *Caricis* culmo fubtriquetro nudo, fpica difticha compreffa, involucro monophyllo. *Retz. prodr. fl. Scandin. ed.* 2. *n.* 64. — *Roth. fl. Germ.* 2. *p.* 56. — *Willdenow. Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 292.

Scirpus planifolius, fpica terminali difticha. *Hall. ftirp. helv. n.* 1342.

Gramen cyperoides fpica fimplici compreffa, difticha. *Scheuchz. Agroftr. p.* 490. *t.* 11. *f.* 6.

Cyperella montana fpicata, radice repente, caule rotundo triquetro, fpica fufca, compreffa, difticha, femine cinereo. *Michel. Gen.* 53.

Icon. Leers. fl. Herborn. t. 1. *f.* 1.

Germ. Zufammengedrücktes Knopfgras.

Gall. Choin. comprimé.

Hab. Hinc inde in arenofis udis: ad Rheni foffas exficcatas, circa *Eckenftein*, *Linkenheim*, *Rufheim*, *Graben*; in M. S in pratis paludofis ad thermas prope *Müllheim* legit *Vulpius*; ad Rhenum circa *Crenzach* tefte *Hallero*; in Alfatia prope Argentinam hinc inde in pratis arenofis demiffioribus legi. In Palatinatu prope *Lautern*; in fylva *Halgrund* ad pratorum foffas ficcas; in

pratis ad falinas circa *Dürckheim* tefte *Pollichio*. In pratis udis ad foffas in Principatu fuperiore ad Lacum vidi.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio, Augufto maturat. ♃

Culmi palmares, pedales, fesquipedales et altiores, erecti, inferne fubteretes, foliofi, ceterum nudi, fubtriquetri. *Folia* linearia, canaliculata, margine retrorfum fcabriufcula. *Involucri folium* fub fpica, bafi latiufculum, amplectens, triquetrum, fetaceum, fcabrum, fpicam interdum fuperans. *Spica* terminalis, compreffa, difticha, obtufiuscula, lanceolata. *Spiculæ* 9 - 13 alternæ, diftichæ, oblongæ, fpadiceæ, demum ferrugineæ, 7 - 9 floræ. *Calycis* gluma univalvis, ovato-lanceolata, acuta, convexa, carinata, ferruginea. *Corollæ* univalves, fublanceolatæ, planiufculæ, anguftæ, calycis longitudine. *Filamenta* tria, fupra antheras in mucronem producta. *Stigma* bifidum pubefcens. *Semen* triquetrum, fetis fex longiufculis, fcabris, obvallatum.

Nota. Primo afpectu Caricis fpecie facile fallit. Ob radices horizontaliter repentes arenam figunt.

XXIII. CYPERUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 93.

Calycis Glumæ paleaceæ, difliche imbricatæ. *Corolla* nulla. *Germen* minimum. *Stylus* filiformis. *Stigmata* tria capillaria. *Semen* unicum, triquetrum, acuminatum, fetulis deftitutum.

Cyperus *virescens* culmo triquetro umbella composita triphylla, spicis linearibus confertis, glumis acutis patulis. *Willden. Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 280.

Cyperus *virescens* culmo triquetro, umbella universali triphylla, spicis compressis. *Hoffm. fl. Germ.* 1. *p.* 16.

Cyperus compressus noster seu viridis *Kroch. fl. Siles. n.* 69. *t.* 13.

Germ. Grünes Cyperngras.

Gall. Souchet verde.

Hab. In Alsatia circa Argentinam in locis udis *auf der Metzgerau* rarius.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri maturat. ⊙

Affinis praecedenti, a qua distinguitur: *Culmis* tenerioribus. *Foliis* radicalibus duplo angustioribus. *Involucri* foliis multo angustioribus, saepissime tribus. *Pedunculis* saepe tribus inaequalibus, delicatioribus, strictioribus. *Spicis* minus dense congestis, delicatioribus, longioribus, magis linearibus, compressis, viridibus. *Glumis* carinatis, dorso viridibus, margine membranaceis, albidis, rubello mixtis nunquam fuscis.

Nota. Non confundendus cum C. compresso Linn. qui in America septentrionali et Jamaica habitat.

Obs. Cyperus esculentus culmo triquetro nudo umbella foliacea, radicum tuberibus ovatis, zonis imbricatis. Linn. passim ob tubera colitur quae Coffeae substituuntur, et egregium oleum sanguinosum continent. Vid. Schweyckert Bemerkung. über den Anbau und die bessere Benutzung des essbaren Cyper

grafes oder der Erdmandeln; in W. G. Beckeri Tafchenbuch für Gartenfreunde. An. 1797. p. 374. et weitere Beobachtungen. ib. 1798. p. 278. — G. A Preufchen de Cypero efculento Linn. Diff. Erlang. 1801.

XXIV. SCIRPUS.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 94.

Calycis Glumae paleaceae, undique imbricatae. *Corolla* nulla. *Germen* minimum. *Stylus* filiformis. *Stigmata* tria capillaria. *Semen* unicum, triquetrum, acuminatum, villis calyce brevioribus quandoque nullis cinctum.

† *Spica unica.*

62. SCIRPUS *paluftris* culmo tereti, nudo, fpica fubovata terminali. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 70. — *Pollich. fl. palat. n.* 43.

Scirpus caule tereti, fpica unica tereti, multiflora. *Hall. ftirp. helv. n.* 1336.

Scirpus equifeti capitulo majori. *Tournef. inft.* 528. — *Scheuchz. Agroftr.* 160. *Mapp. fl. Alf.* 281.

Juncus capitulis longis five clavatus. *Joh. Bauh. hift.* 2. *p.* 523. *Icon.*

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 273. — *Leers. fl. Herb. t.* 1. *f.* 3.

Germ. Sumpfbinfe, Weiherbinfe.

Gall. Scirpe des Marais.

Hab. Utrinque in ftagnis, ripis, foffis, paludibus, inundatis frequens.

Flor. Majo et fequ. *Semina* Julio, Augufto maturat. ♃

Culmi fesquipedales et altiores, erecti, teretiufculi, nudi, læves, bafi fquamis ovatis vaginantibus veftiti. *Folia* radicalia culmis fimilia, breviora. *Spica* terminalis, folitaria, fubovata; multiflora. *Semen* obtufe triquetrum, apice coronatum, bafi fetulis 3-4 corolla brevioribus cinctum.

Variat. *Culmis* demiffioribus, gracilioribus; palmaribus, vix altioribus; *Spica* minori, graciliori, pauciflora.

Scirpus recens pabulum gratiffimum. Linn. fl. Suec. p. 15.

63. SCIRPUS *cæfpitofus* culmo ftriato, nudo, fpica bivalvi, terminali longitudine calycis, radicibus fquamula interftinctis. *Linn. Sp. pl. p.* 71. — *Pollich. fl. palat. n.* 44.

Scirpus caule tereti aphyllo, fpica pauciflora acuminata, calycinæ glumæ longitudine. *Hall. ftirp. helv. n.* 1334.

Scirpus montanus capitulo breviore. *Tournef. inft.* 528. — *Scheuchz. Agroftr.* 363. *t.* 7. *f.* 18.

Germ. *Rafenbinfe.*

Gall. *Scirpe de Gazons.*

Hab. In montofis Sphagno *paluftri* obductis turfofis *auf dem Kaltenbrunn: bey denen wilden Hornfeen; den Oellachen; auf der Herrenwiefe* cum Eriophoro *vaginato*, frequens; in fummis montis *Feldberg* turfofis ad Marg-

graviatum superiorem legit *Vulpius.* In Alsatiæ jugis uliginosis *am Weissensee* vidi. In Palatinatu: in pratis humidiusculis arenosis inter *Dürckheim* et *dem Holzhof*, teste *Pollichio.* In Principatu superiore prope *Wolmadingen* in turfosis cum Eriophoro *vaginato* et alibi passim vidi.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Augusto maturat. ♃

Culmi cæspitosi, unciales, digitales, et altiores, erecti, teretes, striati, duri, nudi, basi squamis fuscis brevibus vestiti. *Spica* terminalis solitaria, parva, pauciflora, fructifera gracilis, linearis. *Gluma* bivalvis inæqualis: *valvulis* spicam longitudine fere æqunatibus, basi vaginantibus, ovato-lanceolatis, dorso apiceque viridibus, margine brunneis membranaceis. *Antheræ* lineares, flavæ. *Stigma* trifidum. *Semen* obtuse triguetrum; basi setulis curvato-flexuosis cinctum.

Obs. Macula sæpius nigra, adusta, infra spicam conspicitur.

Firmos densosque cæspites, sæpe circulares, formare solet, nec raro indicium Turfæ subjacentis præbet.

64. SCIRPUS *Halleri* culmo filiformi subcurvato, striato, nudo, basi vaginato, spica terminali pauciflora, ovata, glumis calycinis longiore.

Scirpus *Halleri* foliis teretibus, culmi vagina truncata, spica terminali triflora, seminibus villis paucis circumvallatis. *Villars fl. Delphin.* 2. *p.* 188. *n.* 5.

Scirpus *pauciflorus* culmo tereti striato

basi vaginato, spica terminali pauciflora glumis exterioribus longiore. *Smith comp. fl. Britann.* — *Lightf. fl. Scot.*

Scirpus *Bœothryon* culmo tereti striato spica terminali pauciflora bivalvi; valvulis ovatis spica brevioribus, margine scariosis: exteriore breviore. *Roth. fl. germ. 2. p. 54. n. 3.* — *Ehrh. phyt. n. 31*

Scirpus caule tereti, spica nuda pauciflora, glumis calycinis longiore. *Hall stirp. helv. n.* 1335.

Scirpus minimus, capitulo squamoso breviore et crassiore fusco. *Scheuchz Agrostr.* 366. *t.* 7. *f.* 21.

Icon. *Oeder. fl. Dan. t.* 167. (sub S. aciculari.)

Germ. *Hallerische Binse.*

Gall. *Scirpe de Haller; Scirpe pauciflore.*

Hab. Hinc inde in montosis sylvaticis udis, amat fontium scaturigines et vias humidas sabulosas, *auf dem Kaltenbrunn* et *auf der Herrnwiese* non infrequens; circa *Michelfelden* et infra *Neudorf* teste *Zeyhero.*

Flor. Junio. *Semina* Julio maturat. ♃

Differt a S. *cæspitoso*: *Culmis* semper multo gracilioribus, basi sæpe et infra spicam incurvis; *Spica* fructifera ovata; *Glumis* calycinis brevioribus, fuscis; *Flosculis* paucioribus, tribus ad quatuor, in spica.

65. SCIRPUS *multicaulis* culmo subcompresso nudo filiformi, spica ovata terminali nuda, floribus subdiandris.

Scirpus

Scirpus *multicaulis* culmo tereti baſi vaginato, ſpica ovata terminali, glumis obtuſis æqualibus, radice fibroſa. *Smith. fl. Britan.*

Scirpus *ovatus* culmo ſubcompreſſo nudo filiformi, ſpica ovata terminali nuda, floribus diandris. *Roth. fl. germ.* 3. *p.* 562.

Scirpus *capitatus. Schreb. Spic. fl. Lipſ. p.* 60. — *Hall. ſtirp. helv. n.* 1336. *var.* β.

Scirpus equiſeti capitulis craſſioribus et habitioribus pumilus et multicaulis. *Rupp. fl. Jen.* 319.

Juncus clavatus minor capitulis rotundioribus. *Moriſ. hiſt.* 3. *Sect.* 8. *tab.* 10. *f.* 34.

Germ. Vielhalmige Binſe.

Gall. Scirpe a pluſieurs tiges.

Hab. Hinc inde in limoſis, ſtagnis exſiccatis prope *Rinthheim*, *Scheibenhardt* cum Lindernia *pyxidaria;* nec non prope *Dachsland* et *Knielingen;* in M.S. in ſylva *Mooswald* dicta inter *Opfingen* et *Wolfenweiler* legit *Vulpius*; in Alſatia circa Argentinam prope *Illkirch* et *Schiltigheim* legi.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Julio, Auguſto maturat. ⊙

Radix annua, capillacea, fibris rectiuſculis, dilute fuſcis. *Culmi* e radice copioſi, 15-20-50 ſuberecti, inæquales, digitales palmares et longiores, ſubcompreſſi, nudi, tenuiſſime ſtriati, virides, glabri, ad baſin rufeſcentes, ſquamis vaginantibus veſtiti. *Spica* terminalis ſolitaria, junior exigua, ſubrotunda, adultior ovata, apice obtuſiuſcula, nuda, fuſca,

Flosculi copiosi, imbricati, sæpissime diandri. *Stylus* bifidus. *Semen* ex triquetro-subrotundum, luteolum, basi villis sex ad septem brunneis flexuosis cinctum.

Nota. Monente jam Hallero l. c. minime confundendus cum Scirpo capitato Linnæi, qui Americanæ originis est.

Obs. Auctores Floræ Wetteraviæ: Flora der Wetterau. T. I. p. 64. mentionem faciunt variationis: Spiculis geminis, rarissime ibi obvenientis.

66. Scirpus *acicularis* culmo tereti nudo setiformi, spica ovata, terminali, bivalvi, feminibus nudis. *Linn. Sp. pl. p.* 71. — *Pollich. fl. palat. n.* 45.

Mariscus foliis setaceis, mollibus, spica nuda, pauciflora. *Hall. stirp. helv. n.* 1346.

Scirpus omnium minimus capitulo longiore. *Tournef. inst.* — *Mapp. fl. Als.* 287.

Iuncellus minimus capitulis equiseti. *Moris. hist.* 3. *p.* 234. *Sect.* 8. *tab.* 10. *f.* 37.

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 287.

Germ. Nadelbinse, Nadelförmige kleine Binse.

Gall. Scirpe en Epingle.

Hab. Utrinque in pascuis udis, inundatis, ad paludes et fossas exsiccatas, in regionibus depressis humidis tenui gramine vestitis Rheno vicinis abunde.

Flor. Junio, Julio. et sequ. *Semina* Augusto maturat. ☉

Culmi omnium minimi, unciales, digitales, erecti, teretes, setacei, tenerrimi, nudi,

baſi vaginula tecti. *Spica* terminalis, ſolitaria, exigua, ſæpe minutiſſima, ovato-mucronata, ex fuſco-nigra: *Semina* baſi ſetulis aut villis plane deſtituta.

In regionibus, inundationibus expoſitis, ad arenæ ligationem conducit.

67. SCIRPUS *fluitans* culmis teretibus nudis alternis, caule folioſo flaccido. *Linn. Sp. pl. p.* 71. — *Goüan. fl. Monſp.* 390. *n.* 3. — *Allion fl. Pedem.* 2. *p.* 275.

Scirpus equiſeti capitulo minore. *Tourneſ. inſt.* 528. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 281. *Scheuchz. Agroſtr.* 365. *t.* 7. *f.* 20.

Gramen junceum clavatum repens capitulis pſyllii. *Moriſ. hiſt.* 3. *Sect.* 8. *tab.* 10. *fig.* 31. — *Plucken. phyt. t.* 35. *f.* 1.

Juncellus capitulis equiſeti minor fluitans. *C. Bauh. pin.* 12.

Germ. *Schwimmende Binſe.*

Gall. *Scirpe flottante.*

Hab. In foſſa aquatica prope *Linckenheim* perraro; trans Rhenum prope Argentinam in foſſa aqua repleta ſtagnanti legi *auf der Metzgerau.*

Flor. Julio, Auguſto. *Semina* Auguſto maturat. ♃

Culmus in aqua fluitans, articulatus, folioſus. *Folia* vaginantia, linearia, anguſta, ſubtilineata, ſesquiunciam longa, ſemilineam vix lata, pallide viridia, erecto-patentia. *Culmi* ſeu potius pedunculi erectiuſculi, alterni, bini ad tres uncias longi, teretiuſculi, nudi,

verſus folio ſubjacente
inalis, pauciflora, ovato-
, parva. *Gluma* calycina
ubæqualibus, oblongis,
de viridibus, margine me
ſpica duplo fere breviori
ndum, ex viridi luteolun
obſeſſum.

Ad rariores Germaniæ et Al
nes calidas Galliæ meridion
amat.

†† *Culmo tereti p*

SCIRPUS *lacuſtris*
do, ſpicis ovatis pl
terminalibus. *Linn.*
Pollich. fl. palat. n. 4

Scirpus caule tereti, p
moſa, locuſtis ovatis
n. 1337.

Scirpus paluſtris altiſſim
528. — *Mapp. fl. Alſ.*
Agroſtr. 454.

Juncus lævis maximus.
8. *tab.* 10. *fig.* 1.

Juncus paluſtris major.
565. *Icon.*

n. Oeder. fl. Dan. t. 1

m. Groſse Seebinſe; V
erbinſen.

l. Scirpe des Étangs.

b. Utrinque in ſtagnis
udibus, piſcinis; in ſi

bafin verfus folio fubjacente vaginati. *Spica* terminalis, pauciflora, ovato-fubrotunda, viridis, parva. *Gluma* calycina bivalvis: *valvulis* fubæqualibus, oblongis, dorfo carinatis, pallide viridibus, margine membranaceis, albidis, fpica duplo fere brevioribus. *Semen* fubrotundum, ex viridi luteolum, fetis nonnullis bafi obfeffum.

Ad rariores Germaniæ et Alfatiæ cives pertinet; regiones calidas Galliæ meridionalis et Hifpaniæ præfertim amat.

†† *Culmo tereti polyftachyo.*

68. SCIRPUS *lacuftris* culmo tereti nudo, fpicis ovatis pluribus pedunculatis terminalibus. *Linn. Sp. pl. p.* 72. — *Pollich. fl. palat. n.* 46.

Scirpus caule tereti, panicula laterali ramofa, locuftis ovatis. *Hall. ftirp. helv. n.* 1337.

Scirpus paluftris altiffimus. *Tournef. inft.* 528. — *Mapp. fl. Alf.* 281. — *Scheuchz. Agroftr.* 454.

Juncus lævis maximus. *Morif. hift.* 3. *Sect.* 8. *tab.* 10. *fig.* 1.

Juncus paluftris major. *Tabernæmont. p.* 565. *Icon.*

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 1142.

Germ. Grofse Seebinfe; Weiherbinfe; Wafferbinfen.

Gall. Scirpe des Étangs.

Hab. Utrinque in ftagnis, foffis aquaticis paludibus, pifcinis; in fic dictis *Altwaffern*

[redacted]

aquis ſtagnantibus profundioribus Rheno vicinis: circa *Dachsland* — *Knielingen* — *Schreck* — *Linkenheim* et alibi abunde.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Auguſto, Septembri maturat. ♃

Radix repens, articulata, extus fuſca. ***Culmi*** 5-10 pedales et altiores, erecti, ſpecioſi, ſubteretes, ſimpliciſſimi, glabri, nudi, læte virides, baſi vaginati, medulla continuata albida, molli, ſpongioſa farcti. ***Panicula*** terminalis. ***Involucrum*** diphyllum, *foliolis* inæqualibus, altero longiore. *Spiculæ* ſubpedunculatæ, ex tereti oblongæ. *Corollæ* dorſo nervo eminentiore, apice trifidæ. *Semen* obtuſe triquetrum ventricoſum, baſi villis pluribus cinctum.

Pharm. *Junci Maximi. ſ. Scirpi majoris Radix; Semina.*

Radix adſtringentes, diureticas vires exercet, calculoſis ſæpe ſummo cum fructu in decoctis præſcribitur. Hodie nimis in medicina neglecta.

Hoc Scirpo ſpecioſo teguntur tuguria, infarciuntur clitellæ et ſuſtentantur boves, defectu præſtantioris pabuli. Linn. fl. Suec. p. 16.

Ex medulla in longas laminas ſecta, prelo ſiccata, contrario ductu conglutinata, charta parari poteſt. Du Cheſne.

Medulla ad lampades hinc inde adhibetur, nec non ad ambuſta a quibusdam commendatur.

69. Scirpus *Tabernæmontani* culmo tereti nudo, glauco; ſpicis pedunculatis ovatis, terminalibus; involucri foliolis duobus membranaceis, falcatis, pungentibus.

Scirpus *lacuſtris β. Pollich. fl. palat. n.*

41. — *Roth. fl. Germ.* 2. *p.* 57. — *Hall. ſtirp. helv. n.* 1337. β.

Scirpus paluſtris humilior. *Scheuchz. Agroſtr. p.* 356.

Iuncus ſive Scirpus medius. *C. Bauh. pin.* 12.

Iuncus ſylvaticus. *Tabernæmont. p.* 566. *Icon.*

Germ. Kleinere Seebinſe; Waldbinſe.

Gall. Scirpe des étangs mineur.

Hab. Utrinque in ſtagnis et paludibus præſertim ſylvaticis Rheno vicinis frequens.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Auguſto maturat. ♃

Affinis præcedenti ſpeciei, a qua differt: *Culmis* ſemper humilioribus vix bipedalibus, multo gracilioribus, ex viridi-glaucis, rore quaſi adſperſis. *Involucro* ſub ſpicis pedunculatis triphyllo: altero recto, paniculam triplo excedente lineari, viridi: duobus reliquis minoribus, inæqualibus, ſalcatis, membranaceis, diaphanis, albidis, in mucronem exeuntibus; *Spicis* duplo fere minoribus; *Glumis* calycinis inferioribus ovatis, apice ariſtatis fuſco-ſpadiceis. *Seminibus* minoribus.

Obſ. In horto ex ſeminibus culta, nullam mutationem experta eſt; hinc omni jure ſeparanda a. J. lacuſtri, et pro peculiari ſpecie habenda.

Maxima in abundantia in ſtagnis muriaticis ad mare mediterraneum, nec non in regionibus a mare longe remotis Hiſpaniæ, muria repletis, vidi.

[redacted]

70. SCIRPUS *setaceus* culmo nudo, setaceo, spicis lateralibus subsolitariis, sessilibus. *Linn. Sp. pl. p.* 73. — *Pollich. fl. palat. n.* 47.

Mariscus setaceus, capitulis lateralibus paucissimis. *Hall. stirp. helv. n.* 1345.

Scirpus omnium minimus, capitulo breviore. *Tournef. inst.* 528. — *Mapp. fl. Alf.* 281. — *Scheuchz. Agrostr.* 358

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 311. — *Leers. fl. herb. t.* 1. *f.* 6.

Germ. Borstenartige Binse.

Gall. Scirpe setacée.

Hab. In pascuis udis, inundatis; ad vias sylvaticas, sabulosas, udas hinc inde, utrinque frequens, cum Sagina *procumbente.*

Flor. Majo, Junio ad autumnum. *Semina* Julio, Augusto maturat. ♃

Culmi unciales, digitales, et altiores, erecti, setacei, teretes, acuminati, nudi. *Spiculæ* 1-2-3. exiguæ, ovatæ, pauciflorae, ex culmi fissura infra apicem erumpentes, sessiles vel subpedunculatæ.

Hisce notis facile ab affini S. *aciculari* distinguitur.

Variat. Spiculis fere terminalibus, porro sæpe solitariis fere ex culmo medio ad latus ortis.

Ob setularum ad semina defectum cum S. aciculari ad Mariscum suum recepit Hallerus, a Scirpo separatum.

††† *Culmo triquetro, Panicula nuda.*

71. SCIRPUS *mucronatus* culmo triangulo, nudo, acuminato; ſpicis conglomeratis, ſeſſilibus lateralibus. *Linn. Syſt. veg. ed. Murr. p.* 100. — *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 60.

Scirpo - Cyperus panicula glomerata et ſpicis imbricatis compoſita. *Scheuchz. Agroſtr. p.* 404. *t.* 9. *f.* 14?

Scirpo - Cyperus maritimus humilis caule pallide virens, panicula glomerata. *Michel. gen.* 47.

Juncus acutus maritimus caule triangulo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 232. *Sect.* 8. *tab.* 10. *fig.* 20. — *C. Bauh. prodr.* 22. (*Icon. bona.*)

Germ. Stechbinſe.

Gall. Scirpe piquant.

Hab. Prope *Baden* in prato limoſo, udo.

Flor. Julio. *Semina* Auguſto maturat. ♃

Radix capillacea, fuſca. *Culmi* pedales, ſesquipedales, vix altiores, erecti, trianguli: angulis argutis, nudi, ſtriati, pallide ex luteoviridescentes, in mucronem uncialem, rariter ſesquiuncialem, canaliculatum, ſtrictum, abeuntes. *Spicæ* laterales, nudæ, omnes ſeſſiles, conglomeratæ, 3 - 7, inæquales, ovatæ, acutiusculæ, binas ad quatuor lineas longæ, ex viridi - fuſcæ. *Semen* obtuſe triquetrum, ſplendens, baſi villis cinctum.

Obſ. Planta in horto culta, conſtantiſſima permanſit; minime cum S. triquetro confundenda, nec pro variatione ejus habenda.

Nota. Specimina nostratibus individuis similia, etiam ad mare mediterraneum, et in paludibus muriaticis ibi obvenientibus, nec non in Franconia, prope Erlangam cum perillustri Schrebero, et in Bohemia ad thermas Carolinas legi.

72. SCIRPUS *triqueter* culmo triquetro nudo; spicis lateralibus subsessilibus, centralibus reliquis pedunculatis, mucrone brevioribus.

Scirpus *triqueter* culmo triquetro nudo, spicis subsessilibus, pedunculatisque, mucronem æquantibus. *Linn. Mant.* 29. — *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 59.

Scirpus *mucronatus. Pollich. fl. palat. n.* 48.

Scirpus caule triquetro, panicula laterali ramosa, locustis ovatis. *Hall. stirp. helv. n.* 1343. (exclusis Synonymis.)

Cyperus maritimus capitulis glomeratis. *Mapp. fl. Als. p.* 88. (exclusis Synonymis.)

Scirpo-Cyperus palustris caule molli, atrovirente, panicula sparsa, minore, capitulis subrotundis, pluribus simul junctis subjunctis subfuscis. *Michel. gen.* 47.

Germ. Dreyeckige Sumpfbinse.

Gall. Scirpe triquetre des Marais.

Hab. In pratis udis, stagnis et fossis aquaticis Rheno vicinis hinc inde frequens: prope *Dachsland* — *Knielingen* — *Eckenstein* — *Aue* — *Weissenburg*: prope Argentinam *in dem Rheingiessen* loco paludoso, nec non *bey der grünen Warth* in pratis udis, legi;

in M. S. prope *Neuburg*, *Zinken* et *Binzen* Basileæ inter *Neudorf* et *Hüningen* teste *Lachenalio*. In Palatinatu in paludibus prope *Moguntiam* ad viam versus *Niernstein* et *Oppenheim* post *Pollichium* vidi.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Augusto, Septembri maturat. ♃

Differt a præcedenti specie: *Culmis* semper procerioribus 2 - 4 pedalibus, obscure viridibus, mollioribus: angulis obtusiusculis *Mucrone* supra paniculam duplo fere longiore recto; *Panicula* laterali, composita, *Spicis* mediis seu centralibus sessilibus, conglomeratis; lateralibus seu exterioribus semper pedunculatis, subrotundo-ovatis: *pedunculis* tribus quinisve inæqualibus, canaliculatis, semiunciam ad unciam longis; *Spicis* porro semper copiosioribus 15 ad 25.

Obs. Halleri planta omnino huc pertinet, ut ex Herbario b. Lachenalii amicissimi, certus factus sum.

Nota. Vidi ad mare mediterraneum, passim in Gallia et Hispania, præsertim ad fluviorum ostia, individua majora: Paniculis speciosioribus, mucronem fere æquantibus, cæterum similibus a loco natali muriatico calidiore forsan ortis. Ex tali individuo b. Linnæus sine dubio characteres sumsit.

†††† *Culmo triquetro, panicula foliacea.*

73. Scirpus *maritimus* culmo triquetro, panicula conglobata foliacea, spicularum squamis trifidis: intermedia subulata. *Linn. Sp. pl. p.* 74. — *Pollich fl. palat. n.* 49.

[redacted]

Scirpus locuſtis ovatis, nutantibus, caule triquetro, panicula folioſa, ramoſa, glumis dentatis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1339.

α. Scirpus panicula foliacea, ſparſa, ſpicis pedunculatis, confertis; centralibus ſubſeſſilibus.

Cyperus vulgatior panicula ſparſa. *Tournef. inſt.* 527. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 88.

Gramen cyperoides panicula ſparſa majus. *C. Bauh. pin.* 6.

Cyperus panicula compacta e ſpicis teretibus craſſioribus compoſita. *Scheuchz. Agroſtr.* 400. *t.* 9. *f.* 9-10. (bona.)

β. Scirpus panicula foliacea conglobata, compacta: ſpicis omnibus ſubſeſſilibus.

Scirpus *tuberoſus. Desfont. fl. Atlant.* 1. *p.* 50.

Cyperus rotundus inodorus germanicus. *Tournef. inſt.* 527. — *C. Bauh. prodr.* 24. *Icon.* — *Mapp. fl. Alſ. p.* 88.

Cyperus panicula ſparſa e ſpiculis longioribus tenuioribus compoſita. *Scheuchz. Agroſtr.* 398. *t.* 9. *f.* 7-8.

Icon. *α. Curtis fl. Lond. t.* 284. — *Oeder fl. Dan. t.* 937. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 8. *n.* 85.

Germ. *Meerbinſe.*

Gall. *Scirpe maritime.*

Hab. In pratis paludoſis, paludibus et foſſis cis et transrhenanis Rheno vicinis: prope *Dachsland, Knielingen, Linkenheim, Gra-*

ben, *Mannheim;* ad ſalinas prope *Bruchſal* et alibi. β. in foſſis aquoſis prope *Rintheim*, *Durlach*, *Blankenloch*, *Stutenſee*, nec non ad ſalinas prope *Bruchſal* et alibi non infrequens.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio, Auguſto maturat. ♃

Var. α. *Radix* fibroſa, fuſca. *Culmi* 2-3-4 pedales, erecti, triquetri, foliis longiores, deorſum ſcabri, ad medium fere folioſi, ſuperne nudi; *Folia* carinata mucronata, ſtriata, margine retrorſum ſcabra. *Panicula* ſpecioſa: *Spicis* lateralibus inæqualiter pedunculatis ovato - oblongis teretiuſculis, multifloris: centralibus ſubſeſſilibus, numeroſioribus. *Involucrum* triphyllum: *foliolis* foliaceis, inæqualibus, prælongis. *Corollæ* apice trifidæ: dente medio ſubulato. *Semina* obtuſe triquetra, baſi villis obſeſſa.

Var. β. *Radix* ſæpiſſime bulboſa, ſubrotunda, intur alba, extus fuſca, carnoſa, fibras fuſcas ſpargens. *Culmi* 1 - 2 pedales, quandoque longiores, triquetri. *Panicula* minor: *Spiculis* omnibus ſæpiſſime ſubſeſſilibus, faſciculatis, ovatis, ventricoſis, cinnamomeis; reliqua ut in variatione. α.

Ex radicibus bulboſis ſubdulcibus, farinoſis, farina parari poteſt, ſuibus accepta, qui avide bulbos effodiunt et conſumunt.

Nota var. β. non raro indicat ſolum muriaticum, et viciniam ſalinarum; maxima in abundantia creſcit, ad paludes muria repletos, verſus mare mediterraneum.

74. SCIRPUS *sylvaticus* culmo triquetro folioso, umbella foliacea, pedunculis nudis supradecompositis, spicis confertis. *Linn. Sp. pl. p.* 75. — *Pollich. fl. palat. n.* 50.

Scirpus planifolius, panicula ramosissima, loculis ovatis. *Hall. stirp. helv. n.* 1340.

Cyperus gramineus. *Tournef. inst.* 527. — *Mapp. fl. Als.* 89. — *J. Bauh. hist.* 2. *p.* 504. — *Scheuchz. Agrostr.* 393.

Icon. *Oeder. fl. Dan. t.* 307. — *Leers. herb. t.* 1. *f.* 4.

Germ. *Waldbinse.*

Gall. *Scirpe des bois.*

Hab. Utrinque ad fossas aquaticas, in sylvis pratisque humidis udis prope *Carlsruhe* et alibi frequens.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio, Augusto maturat. ♃

Culmus sesquipedalis et altior, erectus, subtriqueter, foliatus, lævis. *Folia* lato-linearia, carinata, margine et carina hispida. *Involucrum* triphyllum: *foliolis* inæqualibus, foliis similibus. *Umbella* supradecomposita, multiflora. *Pedunculi* inæquales, copiosi, subtriquetri, basi vaginati, bracteolati. *Spiculæ* exiguæ, ovato-subrotundæ, sessiles et pedicellatæ, solitariæ et confertæ, viridescentes, demum e fusco-nigricantes. *Semina* obtuse trigona, basi villis 4-6 brevibus cincta.

Planta recens junior Equis et bobus accepta.

XXV. ERIOPHORUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 95.

Calycis Glumæ undique imbricatæ. *Corolla* nulla. *Germen* minimum. *Stylus* filiformis. *Stigmata* tria, ſtylo longiora reflexa. *Semen* triquetrum, lana ſericea ſimplici longiſſima cinctum.

75. Eriophorum *vaginatum* culmis vaginatis teretibus, ſpica ſcarioſa. *Linn. Sp. pl. p.* 76. — *Pollich. fl. palat. n.* 51.

Eriophorum caule tereti, foliis caulinis vaginalibus, ſpica erecta ovata. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1332.

Juncus alpinus capitulo lanuginoſo, ſeu Schœnolaguros. *C. Bauh. pin.* 12. *prodr.* 23. — *Scheuchz. Agroſtr.* 302. *t.* 7. *f.* 1.

β. Spica ovata denſiore duplo majore.

Juncus alpinus capitulo tomentoſo majore. *Scheuchz. Agroſtr. app. tab.* 7. *fig.* 2. (egregia.)

Icon. Curtis. fl. Lond. t. 219. — *Oeder. fl. Dan. t.* 236.

Germ. Scheidigt-Dungras; Wollgras.

Gall. Linaigrette a gaine.

Hab. In montoſis ſylvaticis turfoſis *auf dem Kaltenbrunn* : *an denen Oehllachen* cum Vaccinio uliginoſo, *auf der Herrenwieſe* in turfoſis abunde et *auf dem trockenen See* ibidem, *auf der Plättie*; iu M. S. *auf dem Nonnmatweyher* rarius; in Alſatia montoſa

am Schwarzen See in turfosis. In Principatu superiore in turfosis Sphagno repletis prope *Wolmadingen* vidi. In Palatinatu circa *Lautern* in paludibus sylvæ *Reisswald;* prope *Hotenbach* in turfosis Sphagno repletis teste *Pollichio*. *β. auf dem Kaltenbrunn.*

Flor. Majo, Junio. *β*. Julio. *Semina* Julio maturat. ♃

Culmi ex una radice plures, palmares, pedales, sesquipedales, obsolete triquetri, inferne ad medium vaginati, superne nudi. *Folia radicalia* culmo breviora, subulata, triquetra, glabra; *culmea* brevissima, vagina suprema dilatata. *Spica* terminalis, solitaria, ovato-subrotunda, erecta, plumbei coloris. *Squamæ calycinæ*, imbricatæ, lanceolatæ, acuminatæ, integræ, glabræ, pellucidæ, dorso nervo albicante præditæ, ex cæruleo-grifeæ. *Semen* triquetrum, lana sericea, simplici, densa, longa, circumvallatum.

Nota. Cæspites præmagnos præsertim in regione allegata Badensi auf der Herrnwiese constituit, ibique indicium turfæ subjacentis omnino præbet; socios habet Vaccinium Oxycoccus, uliginosum, Droseram rotundifoliam Sphagnum palustre et Scirpum cæspitosum.

Obs. In hisce plagis montosis Sphagno repletis sæpe mihi occurrebat Serpens nigredine superfusa: Coluber nempe venenatus: C. Prester Linnæi seu Vipera anglicana nigricans.

76. Eriophorum *polystachion* culmis teretibus, foliis planis, spicis pedunculatis. *Linn. Sp. pl. p.* 76. — *Pollich. fl. palat. n.* 52.

Eriphorum foliis planis, spicis pendulis. *Hall. stirp. helv. n.* 1331.

Linagrostis panicula ampliore. *Tournef. inst. app.* 66. — *Mapp. fl. Alf. p.* 175. *Scheuchz. Agrostr.* 306.

Gramen pratense tomentosum panicula sparsa. *C. Bauh. pin.* 4.

Linagrostis. *Tabernœmont. p.* 540. *Icon.*

β. Culmis brevioribus, spiculisque minoribus.

Linagrostis panicula minore. *Vaill. bot. paris. t.* 16. *f.* 2. — *Mapp. fl. Alf.* 175.

Icon. Curtis fl. Lond. t. 221. — *Leers herb. tab.* 1. *fig.* 5. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 8. *n.* 88.

Germ. Vielähriges Wollgras; Wiesenwolle. Wiesenflachs; Flachsgras.

Gall. Herbe de Cotton; Linaigrette paniculée.

Hab. Hinc inde cum variatione minori in pratis udis, aquosis musco obductis abunde; amat turfosa, uliginosa, præsertim prata montosa circumvallata: in pratis udis Rheno vicinis prope *Dachsland*; *Knielingen. Linkenheim* et alibi non infrequens; in convallibus pratensibus udis *im Bühlerthal* — prope *der Favorite*, *Durrbach* et *Oberkirch;* in M. S. pratis udis prope *Lippurg* et *Seringen*, nec non prope *Schalsingen* et *Vögesheim.*

Flor. Aprili, Majo; Junio, Julio et Augusto lana sericea alba conspicua. ♃

Culmi e radice plures, sesquipedales et altiores, erecti, ex rotundo triquetri, glabri, foliosi. *Folia* vaginantia plana, carinata, glabra,

, margine et carina fcabriufcula. *Panicula* minalis. *Involucrum* monophyllum fubcaritum, fubulatum, firiatum, bafi ventricofum, embranaceum. *Bracteæ* inæquales, bafi vaiantes. *Spiculæ* pedicellatæ 2-7-9, ovatæ, orentes erectiufculæ, maturæ lana inftructæ, edulæ. *Semen* triquetrum, bafi lana fericea, mplici, alba, prælonga, obvallatum.

Nota. Pappus ultrauncialis, fericeus, infervit pulvinaribus, chirothecis, pannis, pileis, et chartis. Schäffer. in Abh der Churfürftl. Acad. der Wiffenfch. t. 2. 1763. — Gleditfch Abhandl. 3. p. 378.

Infulani in Islandia pappum hunc in ellychnia contorquent, et febo obducunt, quæ claritate luminis cætera omnia antecellunt. Simon Pauli Quadrip. bot. p. 325.

Obf. Ubi copiofe venit, femper prata neglecta vel uda, uliginofa, aquofa, et fæpe Turfam fubjacentem indicat.

77. ERIOPHORUM *anguftifolium* culmis teretibus, foliis canaliculato-triquetris, fpicis pedunculatis. *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 63.

Linagroftis paluftris, anguftifolia, panicula fparfa, pappo rariore. *Scheuchz. Agroftr. p.* 308. *n.* 3.

Germ. Schmalblättriges Wollgras.

Gall. Linaigrette à feuilles étroites.

Hab. Cum præcedente præfertim in pratis aquofis uliginofis *im Bühlerthal*, *auf der Herrnwiefe*, nec non in convallibus *Durbacenfibus am Stauffenberg;* in M. S. prope *Lippurg auf der Hexmatte.*

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio, Aug maturat. ♃

Affinis præcedenti, a qua differt: F anguſtioribus, longioribus. *Involucro* pai la longiori. *Panicula* florente magis con bata, breviore. *Spiculis* magis erectis, te oribus, brevioribus.

XXVI. NARDUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 97.

Calyx nullus. *Corolla* bivalvis: *val* altera longe mucronata. *Germen* oblong *Stylus* unicus, longus, pubeſcens. *Sigma* plex. *Semen* unicum, tectum, utrinque a minatum, lineare, oblongum.

78. NARDUS *ſtricta* ſpica ſetacea, r (ſecunda). *Linn. Sp. pl. p.* 77. — *lich. palat. n.* 53. — *Hall. ſtirp. h n.* 1410.

Gramen loliaceum minimum, foliolis ceis, panicula unam partem ſpecta *Tournef. inſt. p.* 517. — *Mapp. fl. p.* 129.

Gramen ſparteum juncifolium. *C. Ba pin.* 5. — *Scheuchz. Agroſtr. p.* 90.

Gramen ſparteum hollandicum, capilla folio et minus. *C. Bauh. prodr. p. n.* 30. — *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 217. *Sec tab.* 7. *fig.* 8. (bona.)

β. Gramen ſparteum Baſileenſe, capilla folio majus. *C. Bauh. prodr. p.* 11. *n.*

con. *Schreber. Græf. p.* 65. *t.* 7. — *Oeder. fl. Dan. t.* 1022. — *Leers. herb. t.* 1. *f.* 7. *Schkuhr. bot. Handb. t.* 9.

Germ. *Borftengras; Pfriemgras.*

Gall. *Narde ferré.*

Hab. In pratis pafcuisque montofis udis circa *die Favorite; auf dem Kaltenbrunn; auf der Herrnwiefe* frequens; in pratis udis Rheno vicinis prope *Eckenftein* et *Graben* paffim; in M. S. pratis prope *Seringen* nec non in monte altiffimo *Belchen*; in Alfatia præfertim *auf Hochfelden, oberhalb Hoch-Andlau, dem Hochgebirg* copiofe, ubi totam illam amœniffimam planitiem herbidam *Hochfeld* dictam in cacumine Vogefi, tefte *Mappo* inveftit. In Palatinatu in arenofis humidiufculis pratis et aggeribus prope *Lautern*; in fylva *Sohn*, juxta vias publicas, inter *Stromberg, Simmern* et *Argenthal* tefte *Pollichio*. In Principatu fuperiore in pratis udis paffim cum Eriophoro *polyftachio*, Trollio *europæo* copiofe vidi. *β. Michelfeldæ* et *auf dem Vogelberg.*

Flor. Majo, Julio. *Semina* Julio, Augufto maturat. ♃

Radix denfa fibrofa; *Culmi* e radice plures, congefti, digitales, palmares, et altiores, ftricti, fubnudi, fcabriufculi, tenues; *Folia radicalia* vaginantia, fafciculata, numerofa, denfe congefta, filiformia, ftriata, fcabriufcula; *Ligula* brevis, ovata. *Spica folitaria* ftricta, fecunda, filiformis, gracilis; *Corollæ* alternæ, fubviolaceæ, fecundæ, erectæ, adpreffæ, fub florefcentia difcedentes: *valvula* exteriore longe majore, ariftato-acuminata, ftricta.

Variatio β. Culmis ultrapedalibus, foliisq longioribus instructa.

Nota. In radicibus ex ovulis quarundam tipular ibi depositis, larvæ excluduntur, quæ radic devastant; has larvas mire amant cornices, radices evellunt, ob tipularum larvas.

Obs. Etiam ab ovibus evellitur sæpe hoc gram quod præsertim in Castilia ad Jldefonsum et Segoviæ pascuis observavi.

XXVII. LEERSIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 105.

Calyx nullus. *Corolla* gluma bivalvis, u flora, clausa. *Valvulæ* naviculares, compı sæ, dorso ciliato - aculeatæ. *Nectarium* diph lum, foliolis lanceolatis acutis. *Germen* o tum compressum. *Styli* duo, capillares, b ves. *Stigmata* plumosa. *Semen* unicum, ovatum, compressum.

79. Leersia *oryzoides* panicula effu spiculis triandris, glumarum carinis liatis. *Schwarz. prodr. p.* 21.

Leersia *oryzoides* panicula effusa, spicu triandris patulis, glumis carina cilia *Willdenow. Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 325.

Phalaris *oryzoides* panicula effusa, glun rum carinis ciliatis. *Linn. Sp. pl. p.*

Homalocenchrus. *Hall. stirp. helv. n.* 14 *Pollich. fl. Palat. n.* 56.

Ehrhartia *clandestina*. *Wiggers. prim.* 64. *n.* 695.

Gramen paniculatum aquaticum, afperum, locuftis planis et orbiculatis. *Pontedera. comp.* 57.

Icon. *Schreber. Græf.* 2. *t.* 22. *p.* 6.

Germ. Reisartige Leerfie.

Gall. Leerfie oryzoide.

Ital. Afperella.

Hab. Hinc inde ad foffas aquaticas, ad paludes et rivulos fegniores, nec non in pratis aquaticis, et circa pifcinas: circa *Carlsruhe* verfus *Scheibenhardt* ad foffas aquaticas, prope *Bulach*; in Rheni vicinia prope *Knielingen*, *Linkenheim*, *Hochftädt*, *Graben* et alibi frequens; prope *Oberkirch* in pratis fæpe inundatis ad fluvium *die Rench* abunde. In Alfatia circa Argentinam in pratis *an der Jll* legi. In Margg. Sup. non longe a Bafilea prope *Friedlingen* et circa *Klein-Riechen* tefte *Hallero*. In Palatinatu circa *Lautern*; prope molam imperialem in aquofis pratis filvæ *Halgrund t. Pollichio.*

Flor. Augufto, Septembri. *Semina* Septembri, Octobri maturat. ♃

Calmus bafi curvatus, demum erectus, 2-3 pedalis, inferne ramofus, foliofus, nodofo-articulatus: articulis villofis. *Folia* vaginantia, plana, linearia, acuta, apice mucronata, deorfum afperrima, glauco viridia, dorfo nervo albicante inftructa. *Panicula* ramofa, primum contracta, in vagina folii fupremi occulta, demum ægre exiens, confpicua, divaricata, e viridi lutefcens.

Obf. Gramen memorabile: flofculis in foliorum vaginis occultis, ibique jam fructificatis: femini-

busque fertilibus; flofculis e contrario e gina exfertis fterilibus. Schreb. l. c. p. 8.

Gramen durum, peffimum in italorum oryzæ a vitium; puellis ibi agros farrientibus manus fæpe nerans. Pöntedera.

XXVIII. PHALARIS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 106.

Calyx duplex, uniflorus; *exterior* glu bivalvis, compreffa, carinata; *interior* bi vis, parva, dorfo corollæ bafi incumbens, pul cens. *Corolla* bivalvis, calyce minor. *ctarium* diphyllum, acuminatum, hyalinu bafi gibbum. *Germen* ovatum. *Styli* duo pillares. *Stigmata* villofa. *Semen* unicum o to-oblongum, fplendens.

80. Phalaris *phleoides* panicula cyl drica fpiciformi fubinterrupta, glu calycinis complanatis, glabris, car fubciliatis, mucronatis.

Phalaris *phleoides* panicula cylindrica, ciformi. *Linn. Sp. pl. p.* 80. — *Polli fl. palat. n.* 54. (exclufis fynonymis.

Phleum *phalarideum. Villars. fl. Del* 2. *p.* 60. (exclufis *Hudfoni*, *Halleri*, *lionii* et *Scheuchzeri* Synonymis.)

Phleum culmo recto, fpicis cylindric glabris, calycibus breviffime mucro tis. *Hall. ftirp. helv. n.* 1531. (excl veterum et *Hudfoni* fynonymis.)

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 531.

Germ. *Lieschgrasartiges Glanzgras.*

Gall. *Phalaris phleoide.*

Hab. In collibus aridis, apricis, pascuis arenosis et calcareo argillaceis utrinque: in monte *Thurnberg* retro *Durlach* nec non in adjacentibus collibus ad viarum versuras frequens; in Alsatia prope Argentinam in pascuis arenosis siccis *bey der Gansau* et *in der Ruprechtsau* vidi.

Flor. Majo et Junio. *Semina* Julio, maturant. ⊙

Radix fibrosa, fibris quandoque dense tomentosis ex fusco-cinerascentibus. *Culmus* ad radicem declinatus, erectus, palmaris, pedalis et altior, simplex, teres, glaberrimus, ex rubello-viridis, 3-4 nodis: *nodis* ex fusco-purpureis, glabris, a radice ultra medium foliis vestitus. *Folia* 1-2 uncialia, 2-3 lineas lata, plana, nervoso-striata, marginibus deorsum aspera, per lentem setoso-serrulata. *Vaginæ* culmum arcte vestientes, sulcato-striatæ, glabræ. *Ligula* brevis, integra, membranacea, diaphana. *Panicula* spicata 1-2-3-4-uncialis, cylindrica, gracilis, glabriuscula, ex albo-viridis, quandoque ex viridi-violaceo-cærulea, in parte insima sæpe plus minusve interrupta. *Ramuli* inæquales, alterni, fasciculati, mnltiflori. *Calycina* gluma bivalvis, uniflora: *valvulis* æqualibus, truncato-incisis, rectis, carinatis, compressis, lanceolatis, acuminatis: *acumine* sublineari erecto, altero subbreviore; *carina* dorsali viridi, nudo oculo subnuda, glabra, per lentem magis minusve ciliata, non aspera; *marginibus* membranaceis, diaphanis, albidis, quandoque ex albido-violaceis. *Corollæ* gluma bivalvis: *valvulis*

82. Phalaris *arundinacea* panicula oblonga, ventricosa. *Linn. Sp. pl. p.* 80. *Pollich. palat. n.* 55.

Arundo *colorata* calycibus carinatis unifloris, corollis glabris basi penicillis duobus lanuginosis, foliis planis. *Aiton. hort. Kew.* 1. *p.* 116. — *Willden. Sp. pl.* 1. *p.* 457.

Arundo locustis unifloris, fasciculatis imbricatis, glumis floralibus nitentibus subhirsutis. *Hall stirp. helv. n.* 1524.

Gramen paniculatum aquaticum, Phalaridis femine. *Tournef. inst.* 523. — *Mapp. fl. Als.* 135. — *Scheuchz. Agrostr.* 126. *t.* 3. *f.* 4.

β. Foliis variegatis seu pictis.

Icon. *Oeder. fl. Dan. t.* 259. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 9. — *Leers. Herb. t.* 7. *f.* 3.

Germ. *Schilfiges Glanzgras.*

Gall. *Phalaris roseau.*

Hab. In pratis aquosis sylvaticis, fossis, ad fluviorum et rivulorum ripas: circa *Carlsruhe am Landgraben*, prope *Beurtheim an der Alb* et alibi utrinque non infrequens.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Julio, Augusto maturat. β. in hortis colitur. ♃

Radix lignosa, fibrosa. *Culmus* 3-4-5 pedalis, erectus, firmus, lævis, foliatus. *Folia* plana, lata, lævia, versus apicem scabra, nervo albo in medio notata, membrana cartilaginea, albida, ad basin utrinque aucta. *Vaginæ* læves, striatæ. *Ligula* magna, inciso-crenulata.

Panicula ſpecioſa, contracta, ſemipedalis, erecta, florens ventricoſa, ampla, verſicolor, ſæpe rubella. *Corolla* baſi piloſa. *Antheræ* variæ, ſæpe roſeæ. *Nectaria* margine exteriore unidentata. *Semen* oblongum, acutum, ſplendidum.

Obſ. Certe magis ad Phalaridis quam ad Arundinis genus ob pappum deficientem pertinet; ad valvularum baſin tantum pili breves conſpiciuntur, quæ neutiquam ultra ſpiculam eminent. Confer. Pollich. l. c.

Gramen in pratis aquoſis ſæpius metendum, quo gratius evadat pecoribus.

XXIX. PANICUM.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 108.

Calyx Gluma biflora, ſubtrivalvis: exterior minima; floſculo altero hermaphrodito, altero neutro ſeu maſculo in ſinu minoris calycis valvulæ. *Nectarium* hermaphroditis et maſculis diphyllum, minimum, gibbum, Neutris nullum. Hermaphroditis *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo capillares. *Stigmata* plumoſa. Neutris nullum. *Semen* unicum tectum, ſubrotundum.

† *Spicata.*

83. PANICUM *verticillatum* ſpica verticillata, racemulis quaternis, involucellis unifloris biſetis, culmis diffuſis. *Linn. Sp. pl. p.* 82. — *Pollich. fl. palat. n.* 57.

Panicum *verticillatum* ſpica tereti glome-

rata, involucellis unifloris bifetis, retrorfum fcabris. *Schreb. Spic. fl. Lipf.* p. 43.

Panicum fpica unica paniculata, fetis paucioribus. *Hall. ftirp. helv. n.* 1543.

Panicum vulgare fpica fimplici et afpera. *Tournef. inft. p.* 515. — *Mapp. fl. Alf. p.* 230.

Gramen paniceum fpica afpera. *Scheuchz. Agroftr. p.* 47.

Gramen geniculatum tertium. *Tabernæmont. hift.* 516. *Icon.*

Icon. Curtis fl. Lond. t. 260.

Germ. Klebgras.

Gall. Panic verticillé.

Hab. Hinc inde in agris, hortorum areis, fæpibus, vineis, non infrequens: circa *Carlsruhe, Durlach, Pforzheim, Emmendingen*; in Alfatia præfertim ad urbes, et pagos frequens.

Flor. Junio, Julio, *Semina* Augufto maturat. ⊙

Culmus 1-2-3 pedalis et altior, erectiufculus, debilis, foliatus, inferne quandoque ramofus. *Folia* vaginantia, plana, acuminata, margine deorfum fcabra, bafi fæpe undulata. *Vaginæ* glabræ, margine albæ, ciliatæ. *Ligula* pilofa. *Panicula* fpicata, cylindrica, bafi quandoque interrupta, viridis, demum ex viridi purpurascens. *Flosculorum* pedicelli ad bafin bifeti: *fpinulis* rigidis minutis deorfum directis armati. *Semen* glabrum per lentem ftriatum, rugulofo-punctulatum.

Nota. Racemuli, immo integræ ſpicæ ob ſpinulas rigidas hamatas, veſtibus tranſeuntium ſæpe adhærere ſolent, hinc Klebgras noſtratibus audit.

Semina in culinis pro pulmento Japanenſibus nota. Thunberg. fl. Jap.

Gramen bonum præbet ovibus pabulum.

84. PANICUM *glaucum* ſpica tereti, involucellis bifloris, faſciculato - piloſis, ſeminibus undulato - rugoſis. *Linn. Sp. pl.. p.* 83. — *Pollich. palat. n.* 58. (ſub P. *viridi.*)

Panicum ſpica tereti, involucellis unifloris fasciculato - ſetoſis, ſeminibus undulato - rugoſis. *Schreb. Spic. fl. Lipſ. p.* 44.

Panicum ſpica unica, floſculis ſeſſilibus, ſolitariis, ſetis numeroſis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1542. (excluſis Synonymis.)

Icon. Schreb. Græſ. 2. *t.* 26. *p.* 21. — *Leers. Herb. t.* 2. *f.* 2. *n.* 39.

Germ. Graues Hirſegras; gelbhaariges Hirſegras.

Gall. Panic glauque.

Hab. In agris poſt meſſem utrinque.

Flor. Julio, Auguſto. *Semina* Septembri maturat. ☉

Culmus erectus, pedalis, ſesquipedalis, quandoque minor, ſoliatus, teres, ſtriatus, glaber, infra ſpicam deorſum ſcabriuſculus. *Folia* latiuſcula, plana, ſtriata, lævia, margine deorſum ſcabriuſcula, vaginantia: *Vaginæ* ſtriatæ, læves, ad nodos ſæpe purpuraſcentes, ad ora

ligulam verſus, pilis longis, albidis inſtructæ. *Spica* terminalis, ſolitaria, cylindrica, contigua, 1-2-4 uncias longa, erecta, ex rutilante lutea. *Floſculi* ſubrotundo-ovati, obtuſi, hinc plani, inde convexi, breviſſime pedicellati, baſi ſetis numeroſis 8-12 fasciulatis, luteis, apice ſæpe rutilantibus, (præſertim in ſpica matura) ſi per lentem obſerves antrorſum per longitudinem ſpinulis, muniti. *Semen* maxima ex parte calyce nervoſo tectum, ſubrotundo-ovatum, obtuſum, hinc planum, inde convexum, majus quam in præcedente et ſequente ſpecie, ſtriis transverſis undulatis maniſeſtis (vel oculo non armato conſpicuis) rugoſum.

Nota. Non confundendum, multo minus pro eadem cum ſequente ſpecie habendum.

Obſ. Color ſpicæ junioris ſæpe viridis, quandoque ex viridi violaceus, in adulta autem ſere ſemper ex rutilo-luteſcens. Semina manifeſte undulato-rugoſa, triplo fere majora, obtuſiora, dorſo magis convexa quam in ſequente ſpecie.

In horto culta quidem major evaſit, ſed quoad ſemina ſemper conſtantiſſima permanſit.

Maxima ſæpe in abundantia in hortorum areis, vineis, et aliis locis cultis venit.

Floſculi et ſemina ſæpe uſtilagine obnoxia ſunt.

Ovibus in agris et arvis poſt meſſem maxime acceptum.

Semina farinoſa, aviculis, præſertim paſſeribus, et muribus acceptiſſima.

85. Panicum *viride* ſpica tereti, involucellis bifloris, fasciculato-piloſis, ſeminibus glabriuſculis.

Panicum *viride* ſpica tereti, involucellis

bifloris fasciculato - pilosis, seminibus nervosis. *Linn. Sp. pl. p.* 83.

Panicum *viride* spica tereti glomerata, involucellis unifloris bisetis inermibus. *Schreb. Spic. fl. Lips. p.* 44.

Panicum sylvestre spica simplici et molliore. *Tournef. inst. p.* 515.

Gramen paniceum s. panicum sylvestre spica simplici. *Moris. hist.* 3. *p.* 189. *Sect.* 8. *tab.* 4. *fig.* 10.

Icon. *Curtis fl. Lond.*. (optima.) — *Leers. Herb. t.* 2. *f.* 2. *n.* 40.

Germ. *Grünes Hirsegras.*

Gall. *Panic verdatre.*

Hab. In argris et arvis argillaceo - glareosis, ad muros calcareo - argilaceos in vineis prope *Durlach*, *Berghausen*, *Grötzingen* et alibi.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Augusto, Septembri maturat. ⊙

Differt a præcedente sqecie: *Culmis* e ra-dice sæpe copiosioribus, debilioribus, versus radicem declinatis. *Pilis* ad ligulam magis ag-gregatis, brevioribus. *Spica* ovato - cylindra-cea, subventricosa, molliore, viridi, uno late-re sæpe violacea. *Flosculis* semper multo co-piosioribus, *setis* numero paucioribus 3 - 5 - 9, longioribus, magis flexuoso - tortis, apice sæpe purpurascentibus. *Calycibus* magis nervosis: *nervis* longitudinalibus prominulis. *Seminibus* gracilioribus, minoribus, utrinque acutiuscu-lis, in parte convexa læviusculis, per lentem subtilissime striatis, ruguloso - punctatis.

Nota. Gramen pro diverſo ſolo natali maxime varians: in regionibus calidioribus: Gallia meridionali, Hiſpania ſæpe vix digitale, Culmis ſimplicibus ramoſisve, plus minusve ad terram declinatis; Spica vix ſemiunciali ventricoſiore, viridi, violacea, cærulefcente; Involucellis floſculos conglomeratos quandoque vix excedentibus, quandoque triplo longioribus.

Hinc ſine dubio P. viride ſpica tereti, involucellis triſetis inermibus Roth fl. Germ. 2. p. 69. ut et P. reclinatum Villarſii fl. Delph. 2. p. 64. n. 3. non à P. viridi Linnaei ſeparanda ſunt.

86. Panicum *Crusgalli* ſpicis alternis conjugatisque, ſpiculis ſubdiviſis, glumis ariſtatis hiſpidis, rachi quinquangulari. *Linn. Sp. pl. p.* 83. — *Pollich. fl. palat. n.* 59.

Panicum ſpica ramoſa, ſetis nullis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1544.

Gramen paniceum ſpica diviſa. *Scheuchz. Agroſtr. p.* 49. — *Moriſ. hiſt.* 3. *Sect.* 8. *t.* 4. *f.* 15.

Panicum vulgare ſpica multiplici aſperiuſcula. *Tourneſ. inſt.* — *Mapp. fl. Alſ.* 230.

β. Ariſtis longis armata.

Gramen paniceum ſpica diviſa, ariſtis longis armata. *C. Bauh. pin.* 8. — *Scheuchz. Agroſtr. p.* 49. — *Moriſ. hiſt.* 3. *Sect.* 8. *tab.* 4. *fig.* 16.

Panicum vulgare ſpica multiplici longis ariſtis circumvallata. *Tourneſ. inſt. Mapp. fl. Alſ.* 230.

Icon.

Icon. *Curtis fl. Lond. t.* 244. — *Oeder fl. Dan. t.* 852. — *Leers. herb. t.* 2. *f.* 3. *n.* 41.

Germ. *Hahnfuſsigt Hirſegras.*

Gall. *Panic à crette de coque.*

Hab. Utrinque in agris arvis ad pagos et urbes, in ruderatis et ſterquiliniis frequens. *β.* in ruderatis, ad foſſas aquaticas prope *Carlsruhe beym Holzmagazin* et alibi in. locis humidiuſculis non infrequens.

Flor. Julio, Auguſto. *Semina* Septembri, Octobri maturat. ⊙

Culmus ſesquipedalis et altior, obliquus, erectiuſculus, craſſus, foliatus, ramoſus, geniculatus: *geniculis* incraſſatis, fuſcis. *Folia* plana, lata, margine hiſpidula. *Vaginæ* ſubcomplanatæ, laxæ. *Spicæ* alternæ, ſubſecundæ, raro conjugatæ, ſubdiviſæ. *Rachis* partialis trigona, ſubflexuoſa, ſubdiviſa, baſi pilis faſciculatis albidis circumvallata. *Flosculi* conferti, ſecundi, breviter pedicellati. *Calyx* trivalvis, nervoſus, ſcaber, pubeſcens: *valvula* tertia plana, ariſtata. *Ariſta* terminali, recta, ſcabra, brevi, in *var. β.* gluma decuplo longiore, prædida. *Semen* hinc planum, inde convexum, ovatum, ſplendens, læve, lente ſubtiliſſime ſtriatum.

Semina farinoſa aviculis accepta.

87. Panicum *ſanguinale* ſpicis digitatis baſi interiore nodoſis, flosculis geminis muticis, vaginis foliorum punctatis. *Linn. Sp. pl. p* 84. — *Pollich. fl. palat. n.* 60.

Digitaria foliis ſubhirſutis, caule debili,

ſpicis verticillatis, ſcapo ancipite. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1526.

Gramen dactylon folio latiore. *Bauh. pin.* 8. — *Scheuchz. Agroſtr.* 101. *t.* 2. *f.* 2. *Tourneſ. inſt.* — *Mapp. ſl. Alſ. p.* 132.

Gramen Mannæ. *Tabernæm. hiſt. p.* 523. *Icon.*

Icon. Schreb. Græſ. 1. *t.* 16. — *Oeder. ſl. Dan. t.* 388. — *Curtis. ſl. Lond. t.* 242. — *Leers Herb. tab.* 2. *fig.* 6. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 10. *n.* 99.

Germ. Wilder Hirſe; Bluthirſe; Blutgras.

Gall. Panic ſanguin.

Hab. Utrinque in agris, arvis, hortis, vineis frequens.

Flor. Julio, Auguſto. *Semina* Auguſto, Septembri maturat. ⊙

Culmi ex radice plurimi, inferne ad terram procumbentes, obliqui, ſoliati, ramoſi, læves, digitales, palmares et ultrapedales. *Folia* latiuſcula, brevia, lævia, quandoque villoſa. *Vaginæ* ſubcompreſſæ, plus minusve ſanguineæ, læves, punctatæ, piliferæ. *Spicæ* terminales 2 - 3 - 5 - 9, lineares, ſubalternæ, 1 - 4 uncias longæ, violaceæ. *Floſculi* gemini, quandoque terni, latere convexo, Rachi adpreſſi. *Calyx* muticus; valvula tertia minima. *Antheræ* violaceo-purpuraſcentes. *Semen* tectum, compreſſum, ovali - oblongum, obtuſum, luteolum.

Obſ. Ratione loci natalis ſiccioris, aridi, arenoſi, calcarei, argillacei, humoſi, humidioris, quoad magnitudinem et colorem maxime variabilis eſt.

Variat. In sterilibus arenosis: Culmis digitalibus procumbentibus, gracilibus. Vaginis foliisque glabris, omni pilositate destitutis, totis violaceis. Spicis 2-3 brevibus, vix uncialibus.

Gluma calycina tertia minima vix conspicua, quapropter Hallerus Gaertnerus aliique passim a Panico separaverunt, et proprium genus ex eo sub Digitaria constituerunt.

Semina farinosa esculenta sunt, in Germania olim, imprimis Bohemia sub nomine Himmelthau, Mannae culta. (Cum seminibus ex Festuca fluitante non confundenda.) Mathiol. epist. p. 124. — Schreb. l. c. p. 123.

Ovibus vernum pabulum praebet.

Pro arenae ligatione commendatur. Gleditsch. Abh. 3. p. 128.

88. Panicum *Dactylon* spicis digitatis patentibus, basi interiore villosis, floribus solitariis, sarmentis repentibus. *Linn. Sp. pl. p.* 85. — *Pollich. fl. palat. n.* 61.

Digitaria stolonibus teretibus, foliis patulis, glabris, spicis digitatis. *Hall. stirp. helv. n.* 1527.

Gramen Dactylon radice repente seu officinarum. *Tournef. inst.* — *Scheuchz. Agrostir. p.* 104. *t.* 2. *f.* 11.

Gramen crucis seu cruciatum tetradactylon. *Barrel. Icon. rar.* 758. *n.* 1.

Germ. *Fingerhirse.*

Gall. *Panic dactyle.*

Hab. In Insula Rheni infra *Klein-Hüningen* teste *Zeyhero.* In locis desertis et ad muros circa *Dürkheim*; prope *Frankenthal,*

I 2

Freinsheim, *Weissenheim am Sand*, *Hauchelheim*, in vineis et agris prope *Worms* et circa *Maynz* teste *Pollichio*. In Sponhemia ad fluvium *die Nohe* prope *Weyler*, *Martinstein* et *Monzingen* in collibus aridis et vineis.

Flor. Junio. *Semina* Julio maturat. ♃

Differt a præcedenti specie: *Radice* perenni; *Stolonibus* longe sarmentosis. *Culmis* magis procumbentibus. *Foliis* copiosioribus, carinatis, angustioribus, brevioribus, firmioribus, ex glauco-viridibus. *Spicis* brevioribus 3-4-5: e culmi apice fasciculatim egredientibus, basi interne villosis. *Glumis* calycinis lanceolatis, mucronatis.

Obs. Nullibi prope Argentinam et in vicinia vidi hanc speciem. Sub Tournefortii synonymo allegato certe comprehendebat Jll. Mappus l. c. p. 132. speciem præcedentem; quæ de usu medico dicit omnino ad P. Dactylon, pertinent.

Radix repens, articulata, in regionibus calidioribus, Italia, Hispania, Gallia meredionali, crassitie fere pennæ anserinæ, ad decocta resolventia, ut in Germania, radix Tritici repentis s. graminis, præscribitur.

89. PANICUM *miliaceum* panicula laxa, flaccida, foliorum vaginis pubescentibus. *Linn. Sp. pl. p.* 86. — *Roth. fl. Germ.* 2. *p.* 75.

Milium semine luteo et albo. *Bauh. pin.* 26.

Icon. *Regnault. botanique.*

Germ. *Ackerhirse; Hirse.*

Gall. *le Millet.*

Hab. In India orientali. Colitur hinc inde in agris humidiusculis.

Flor. Julio, Auguſto et Septembri *Semina* maturat. ☉

Pharm. *Milii Semen.*

Variat Seminibus albis, luteis, et nigris.

Semina farinoſa, nitida, ovata, ſubcompreſſa, molæ ope decorticantur, in forma præcipue pultis aqua vel lacte coquuntur; Etiam panis ex farina in Italia coquitur qui vero mox aridus, digeſtu difficilis; calidus magis arridet: ita per plateas in Verona circumferunt, exclamando: Pan di miglio, caldo, caldo. (Matthiol. in Dioſc. ed C. Bauh. p. 328.)

Ex Oryzæ et Milii ſeminibus fermentatis, ſpiritus deſtillatur apud Chinenſes ſub Samtschoo notus.

Semina avibus granivoris, gallinis et anſeribus gratiſſima.

Nota. Variatio ſeminibus nigris hucusque in regionibus noſtris rarius colitur, quæ præcipue in Argovia frequenter ſeritur, et ob ſemina aliquantum majora, magis farinoſa, ad pultes conficiendas, altero præſtantior eſt.

Amat Milium, ſolum calidiuſculum, humoſo-arenoſum, humidiuſculum bene ſtercoratum. Aprili diſſeminatur.

XXX. PHLEUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 109.

Calyx Gluma uniflora, bivalvis, linearis, compreſſa, apice bicuſpidata. *Corolla* bivalvis calyce brevior. *Nectarium* diphyllum, ovatum, acutum. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo reflexi. *Stigmata* plumoſa. *Semen* unicum ſubrotundum.

90. PHLEUM *pratense* spica cylindrica, longissima, ciliata, culmo erecto. *Linn. Sp. pl. p.* 87. — *Pollich. fl. palat. n.* 64.

Phleum caule erecto, spicis cylindricis longissimis, glumis calycinis oblique truncatis. *Hall. stirp. helv. n.* 1528.

Phleum calycibus linearibus ciliatis, truncatis, aristatisque: aristis brevibus. *Schreber. Gräs. p.* 102.

Gramen spicatum, spica cylindracea longissima. *Tournef. inst. p.* 530. — *Mapp. fl. Als. p.* 130.

Gramen typhoides maximum spica longissima. *Scheuchz. Agrostr. p.* 60.

Icon. Schreb. Gräs. t. 14. *f.* 1. 2. — *Leers. Herb. t.* 3. *f.* 1. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 10. *n.* 102.

Germ. Wiesen-Lieschgras; Timotheus Gras.

Gall. Fleau des prés.

Angl. Cats-tail-grass; Timothy-gras.

Hab. Utrinque in pratis succulentis, riguis, ad versuras, vias sylvaticas graminosas, frequens, nec ficciora respuit.

Flor. Majo, Junio, Julio. *Semina* Julio, Augusto maturat. ♃

Radix ramoso-fibrosa. *Culmus* 2-3-4 pedalis et altior, erectus, foliatus, teres, laevis, striatus. *Folia* plana, latiuscula, superne et marginibus scabriuscula. *Ligula* obtusa, fissa. *Vaginae* striatae, laeves. *Spica* terminalis, solitaria, cylindrica, apice obtusa. 2-3-7 uncias longa, erecta. *Flosculi* densissime conferti,

breviſſime pedicellati. *Antheræ* violaceæ, demum cineraſcentes.

Amat prata ſucculenta. Equis et bobus acceptum, ... Proprietates, culturam et laudes vide in Ill. Schreberi l. c. p. 107. etc.

91. **Phleum** *nodoſum* ſpica cylindrica baſi ſterili, culmo adſcendente, radice bulbifera. *Linn. Sp. pl. p.* 88. — *Pollich. fl. palat. n.* 63.

Phleum caule imo bulboſo, declinato, glumis calycinis oblique truncatis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1350.

Gramen ſpicatum ſpica cylindracea brevi, radice nodoſa. *Tournef. inſt. p.* 520. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 131.

Gramen typhoides aſperum alterum. *Bauh. pin. p.* 4. — *Scheuchz. Agroſtr. p.* 62. *Moriſ. hiſt.* 3. *Sect.* 8. *tab.* 4. *fig.* 3.

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 380. — *Leers. fl. herb. t.* 3. *f.* 2.

Germ. Knotiges Lieſchgras; kleines Acker-Lieſchgras.

Gall. Fleau noveux.

Hab. Utrinque in paſcuis pratisque aridis, in arvis, vineis, et ad agrorum verſuras frequens.

Flor. Majo, Junio, Julio. *Semina* Julio, Auguſto matura. ♃

Radix bulboſa: bulbis concatenatis, baſi fibroſis. *Culmi* palmares, pedales et altiores, articulis infimis nodoſis, divaricatis, obliquis. *Folia* plana, linearia, anguſta, ſcabriuſcula.

Vaginæ compreſſiusculæ, ſuprema ſubventricoſa. *Spica* terminalis, ſolitaria, cylindrica, 1 - 2 uncias longa. *Flosculi* ſubſeſſiles, denſe conferti, infimi emarcidi, ſteriles. *Antheræ* ex cæruleo-violaceæ, quandoque rubellæ, demum albidæ.

Nota. Gramen hoc, ſpecie a præcedente non diverſum eſſe, monet Jll. Schreber l. c. p. 105. Ex ſolo cæſpitoſo pinguiori tranſplantatum, ſubſequenti anno, in Phleum pratenſe tranſiiſſe obſervavit Leers. l. c. p. 17.

Obſ. In Gallia meridionali, et præſertim in diverſis Hiſpaniæ regionibus calidioribus, permultas ex graminum cohorte ſpecies: radicibus bulboſis: e gr. Phalaridem utriculatam, Panicum glaucum, Phleum alpinum (in Pyrenæorum pratis) ut et Phleum pratenſe, Alopecurum pratenſem, agreſtem, Airam caeſpitoſam, Poam trivialem, annuam, et compreſſam, Feſtucam duriuſculam, Bromum arvenſem, Avenam elatiorem, flaveſcentem, pratenſem vidi, et ex eorum ſeminibus in horto botanico plantatis, omnes ſane radices bulboſæ, in veras fibroſas abierunt. Hinc character ſpecificus graminum certus, nunquam ex radice bulboſa, deſumendus eſt.

XXXI. ALOPECURUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 102.

Calyx Gluma uniflora, bivalvis: Valvulæ ovato-lanceolatæ, æquales, baſi connatæ. *Corolla* univalvis, marginibus baſi coadunatis, calyce paullo brevior; *Ariſta* duplo longior, geniculata, dorſo valvulæ verſus baſin inſerta. *Nectarium* nullum. *Germen* ſubrotundum. *Styli* baſi coaliti, calyce longiores. *Stigmata* villoſa.

92. ALOPECURUS *pratensis* culmo spicato, erecto, glumis villosis. *Linn. Sp. pl. p.* 89. — *Pollich. fl. palat. n.* 64.

Alopecurus spica ovata. *Hall. stirp. helv. n.* 1539.

Gramen myurum spica molli candicante. *Scheuchz. Agrostr. p.* 70.

Gramen spicatum, spica cylindracea, longioribus villis donata. *Tournef. inst. p.* 520. — *Mapp. fl. Alf. p.* 131.

Icon. Schreb. Græs. t. 19. *f.* 1. — *Curtis fl. Lond. t.* 296. — *Leers. fl. herb. t.* 2. *f.* 4. *Schkuhr. bot. Handb. t.* 11. *n.* 106.

Germ. Wiesen - Fuchsschwanz.

Gall. Vulpin des prés.

Angl. Meadow Fox - tail - grass.

Hab. Utrinque in pratis copiose; amat prata succulenta, humida, fossarum et rivulorum margines.

Flor. Aprili, Majo, Junio. *Semina* Julio maturat. ♃

Radix fibrosa. *Culmi* 1 - 2 - 3 pedales, erecti, foliati, teretes, læves. *Folia* plana, latiuscula, lævia. *Ligula* ovata, obtusa. *Vaginæ* læves, suprema longa, ventricosa. *Spica* terminalis, solitaria, ovato - cylindrica. *Flosculi* imbricati, brevissime pedicellati: *pedicelli* congesti subramosi 3 - 4 flori. *Calycinæ* glumæ trinerviæ, pubescentes, acutæ, carina ciliatæ. *Corollæ* valvula versus basin arista geniculata duplo longiore prædita. *Antheræ* violaceo - cæruleæ, demum cinerascentes.

Omnium primum in pratis cum Cardamine pratensi præcipue verno tempore venit. Egregium bobus et equis pabulum præbet. Hiftoriam, laudes et culturam hujus graminis dedit præcipue Jll. Schreberus l. c. p. 133 - 139.

93. ALOPECURUS *agreftis* culmo fpicato erecto, glumis nudis. *Linn. Sp. pl. p.* 89. — *Pollich. fl. palat. n.* 65.

Alopecurus culmo recto, calyce ciliato. *Hall. ftirp. helv. n.* 1540.

Gramen fpicatum, fpica cylindracea tenuiffima longiore - et breviore. *Tournef. inft. p.* 520. — *Mapp. fl. Alf. p.* 131. *Scheuchz. Agroftr. p.* 69.

Gramen alopecuroides, fpica longa tenuiore. *Morif. hift.* 3. *p.* 192. *Sect.* 8. *tab.* 4. *f.* 12.

Gramen cum cauda muris purpurafcente. *Bauh. hift.* 2. *p.* 473.

Icon. Schreb. Græf. tab. 19. *fig.* 2. *p.* 140. *Curtis. fl. Lond.* — *Oeder. fl. Dan. t.* 697. *Leers. fl. Herb. t.* 2. *f.* 5.

Germ. Acker-Fuchsfchwanz; Acker-Mäufefchwanz.

Gall. Vulpin des champs.

Hab. In agris et arvis cultis præfertim argillaceo-calcareis, glareofis, hordeaceis: prope *Grötzingen*, *Königsbach*, *Berghaufen*, *Baufchlott*, *Pforzheim*; inter *Heidelberg* et *Ladenburg* in agris ubique tefte *Pollichio*; in M. S. agris limofis et calcareis. Circa Argentinam præfertim in agris prope *Hausbergheim* et hinc inde in Alfatia fuperiore.

Flor. Junio, Julio. Augusto *Semina* maturat. ☉

Differt a præcedenti specie: *Radice* annua. *Foliis* angustioribus, supra scabriusculis. *Spica* tereti, gracili, caudam murinam imitante, longa, ex viridi cæruleo-violacea, glabriuscula. *Flosculis* laxe verticillato-imbricatis, brevissime pedicellatis: *pedicellis* simplicibus. *Calycinis* glumis nudis, tantum carina brevissime ciliatis, purpureo-violaceis. *Aristis* divaricatis.

94. ALOPECURUS *geniculatus* culmo spicato, infracto. *Linn. Sp. pl. p.* 89. *Pollich. palat. n.* 66. — *Hall. stirp. helv. n.* 1541.

Gramen spicatum, aquaticum, spica cylindracea brevi. *Tournef. inst. p.* 520. *Mapp. fl. Als. p.* 132.

Gramen aquaticum geniculatum, spicatum. *C. Bauh. pin. p.* 3. — *Scheuchz. Agrostr. p.* 72.

Gramen fluviatile album. *Tabernæmont. hist. p.* 530. *Icon.*

Icon. Curtis. fl. Lond. t. 339. — *Leers. fl. Herb. t.* 2. *f.* 7. — *Oeder. fl. Dan. t.* 564. (sub Agrosti stolonifera.)

Germ. Kriechender Knoten - Fuchsschwanz; Wasser - Fuchsschwanz.

Gall. Vulpin genouillé.

Hab. Utrinque in fossis, inundatis, udis, ad fontium margines: circa *Carlsruhe* ad fossam *auf der Schiesswiese* et alibi.

Flor. Majo et seq. *Semina* Julio maturat. ♃

Radix fibrosissima. *Culmi* pedales et longiores, geniculati, obliqui, adscendentes, foliati, infracti, (in aquis longiores, ramosissimi magis articulati et foliati cum foliis natantes.) *Folia* plana latiuscula. *Ligula* oblonga, obtusa. *Vaginæ* compressiusculæ, laxæ, læves, suprema ventricosa. *Spica* terminalis, solitaria, cylindrica, unciam ad sesquiunciam longa. *Flosculi* dense imbricati, brevissime pedicellati: pedicelli subramosi. *Calycinæ* valvulæ pubescentes, carina ciliatæ. *Corollæ* valvula nuda, obtusa, crenulata. *Arista* geniculata, calyce sesquilongior. *Antheræ* filamentis longiores, albido-cæruleæ, ætate fulvæ.

XXXII. MILIUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 110.

Calyx Gluma uniflora, bivalvis: *Valvulæ* subæquales. *Corolla* bivalvis, calyce minor: *Valvulæ* ovatæ, altera minore. *Nectarium* biphyllum, ovatum, obtusum basi gibbum. *Stigmata* penicilliformia. *Semen* unicum, tectum, subrotundum, glaberrimum.

95. MILIUM *effusum* floribus paniculatis dispersis, muticis. *Linn. Sp. pl. p.* 90. *Pollich. fl. palat. n.* 67.

Milium paniculis raris, longissime petiolatis. *Hall. stirp. helv. n.* 1525.

Gramen sylvaticum panicula miliacea, sparsa. *Bauh. pin.* 8. — *Scheuchz. Agrostr. p.* 133. — *Moris. hist.* 3. *Sect.* 8. *tab.* 5. *fig.* 10. — *Tournef. inst. p.* 523. — *Mapp. fl. Als. p.* 136.

Icon. *Curtis fl. Lond.. t.* 248. — *Oeder. fl. Dan. t.* 1143. — *Leers. fl. Herb. t.* 8. *f.* 7. *Schkuhr. bot. Handb. t.* 11. *n.* 109.

Germ. *Waldhirse; Fladergras.*

Gall. *Millet épars.*

Hab. Utrinque in sylvis umbrosis præsertim fagineis obscuris, frequens.

Flor. Majo et Junio. *Semina* Julio et seq. maturat. ♃

Radix fibrosa, repens. *Culmus* 2-3-4 pedalis et altior, erectus, tenuis, lævis, subfoliatus. *Folia* plana, latiuscula, scabriuscula. *Ligula* oblonga, truncata. *Vaginæ* striatæ. *Panicula* speciosa, palmaris, pedalis et longior suberecta, laxa, diffusa. *Pedunculi* capillares, flexuosi, subramosi, horizontales, demum reflexi, ad basin nodosi, squamulis minutis bracteati. *Calycinæ* valvulæ trinerviæ, glabræ, acuminatæ. *Antheræ* flavæ. *Stigmata* alba.

Folia siccata odorem suaveolentem Meliloto analogum spargunt.

Gramen pecoribus salubre et acceptum.

Semina farinosa, dulcia, aviculis acceptissima.

Culmi prælongi graciles, straminis loco adhiberi possunt.

XXXIII. AGROSTIS.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 111.

Calyx Gluma bivalvis uniflora, acuminata, corolla paullo minor. *Corolla* bivalvis, acuminata, altera majore. *Nectarium* diphyllum: foliolis acutis, basi gibbis. *Stigmata* longitu-

dinaliter hiſpida. *Semen* unicum, ſubrotundum, utrinque acuminatum.

† *Ariſtatæ.*

96. Agrostis *Spica-venti* petalo exteriore exſerente ariſtam rectam, ſtrictam, longiſſimam. *Linn. Sp. pl. p.* 91. *Pollich. fl. palat. n.* 68.

Avena monantha, panicula adſcendente, multiflora, calyce lævi, florali ariſta longiſſima, panicula patula. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1480.

Gramen capillatum paniculis rubentibus et viridantibus. *J. Bauh. hiſt.* 2. *p.* 462. *Mapp. fl. Alſ. p.* 136.

Gramen ſegetum altiſſima panicula ſparſa. Bauh. *pin. p.* 3. — *Scheuchz. Agroſtr. p.* 144. *t.* 3. *f.* 10.

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 853. — *Leers. fl. Herb. t.* 4. *f.* 1.

Germ. Acker-Strausgras; Acker-Schmiele; Windgras.

Gall. Agroſtis éventé.

Hab. Utrinque in agris ſæpe nimis copioſe.

Flor. Junio, Julio. Auguſto et ſeq. *Semina* maturat. ⊙

Culmus 3-4-5 pedalis, erectus, foliatus. *Folia* plana, latiuſcula, patula, ſuperne ſubpubeſcentia. *Ligula* longa, truncata, fiſſa. *Vaginæ* ſtriatæ, ſcabriuſculæ. *Panicula* maxima, ſæpe ultrapedalis, ampliſſima, patens, demum ſubnutans, viridis, matura ex viridi-purpu-

nascens. *Pedunculi* fasciculatim verticillati, numerosi, ramosissimi, patentes, compressi. *Corollæ* valvula apice bifida, exterior paulo infra apicem *Aristam* tenuem, rectam, longam exserens, albescentem. *Antheræ* pallide luteæ.

Panicula in unum plerumque latus a ventis facillime agitata et inflexa est, hinc Windgras nostratibus audit.

Sæpe maximum hinc inde agrorum vitium, ante maturitatem seminum ex agris removendum.

97. AGROSTIS *interrupta* petalo exteriore aristato, panicula attenuata, coarctata, interrupta. *Linn. Sp. pl. p.* 92. *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 81.

Gramen arvense paniculatum, spica interrupta. *Scheuchz. Agrostr. p.* 146.

Gramen capillatum, paniculis interrupte angustioribus. *Vaill. bot. paris. p.* 88. *t.* 17. *f.* 4.

Germ. *Unterbrochenes Windgras; kleines Ackerwindgras.*

Gall. *Agrostis interrupte.*

Hab. Hinc inde in agris cum præcedente: circa *Carlsruhe*, *Mühlberg* et alibi.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ⊙

Præcedenti nimis affinis a qua tantum differre videtur. *Culmis* brevioribus sesquipedalibus. *Panicula* minore magis contracta. *Ramulis* paniculæ inferioribus, remotioribus. *Corollæ* valvulis integriusculis. *Arista* petalo duplo triplove tantum longiore.

An vera diversa species, a praecedente maxime analoga, cultura in horto docebit.

98. Agrostis *arundinacea* panicula oblonga, petalo exteriore basi villoso arista torta calyce longiore. *Linn. Sp. pl. p.* 91. — *Pollich. fl. palat. n.* 69.

Arundo locustis unifloris, glumis ex imo dorso aristatis. *Hall. stirp. helv. n.* 1522.

Arundo *Agrostis* calycibus unifloris, petalo majore aristato: arista e basi recta, glumis longiore. *Scopol. fl. Carn. ed.* 1. *p.* 201. *n.* 2. *ed.* 2. *n.* 126.

Calamagrostis *arundinacea* panicula oblonga, petalo interiore basi piloso, exteriore glabro, arista e basi torta, calyce longiore. *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 89.

Gramen avenaceum montanum, panicula angusta e dilutissime fusco albente et papposa. *Scheuchz. Agrostr. app. p.* 507.

Germ. *Rohrartiges Strausgras.*

Gall. *Agrostis roseau.*

Hab. In Marggr. superiore in montis *Belchen* parte australi legit *Vulpius*. In monte *Farnspurg* teste *Zeyhero*. In Alsatia circa *Markirch* in montosis teste *Lachenalio*. In Palatinatu in sylvis montosis circa *Lautern*, in ruderibus arcis *Beutelsteiner Schloss*: prope *Steinbach* in adscensu ad montem *Donnersberg* teste *Pollichio*.

Flor. Junio, Julio. Augusto et sequ. *Semina* maturat. ♃

Culmus

Culmus 2-3-4 pedalis, erectus, arundinaceus, teres, glaber. *Folia* plana, acuminata, ſubpubeſcentia, ſubtus nervo albo prædita. *Vaginæ* ſtriatæ, villoſo - ſcabriuſculæ. *Panicula* 5 - 6 - 7 uncialis, erecta, coarctata, floribus dilatata, ex viridi albide flavicans. *Calycinæ* glumæ ſubæquales, lanceolato - acuminatæ, dorſo ſcabriuſculæ. *Corollæ* valvulæ minores, longius acuminatæ, apice bifidae: *exteriore* baſi ſubvilloſa, paullo ſupra baſin ariſtata: *Ariſta* medio geniculata, calyce duplo fere longior: *interiore* ad baſin ſericea, candida. *Antheræ* pallide luteæ.

Nota. Minime confundenda cum Agroſti Calamagroſtis Linn., quæ facile diſtinguitur: Corollæ valvula exteriore tota lanata, non ad baſin, ſed ſemper in apice ariſtata.

Calmucci e culmis hujus graminis ſtragula texunt iisque tuguriola operiunt.

Hinc inde, præſertim in Suecia culmis prælongis, fiſtulas tabacarias purgant.

99. AGROSTIS *Calamagroſtis* panicula incraſſata, petalo exteriore toto lanato apice ariſtato, caule ramoſo. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 92. — *Vill. fl. Delph.* 2. *p.* 78. *n.* 13.

Arundo locuſtis unifloris, ex ſumma gluma ariſtatis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1521.

Gramen arundinaceum, panicula denſa, viridi - argentea, ſplendente, ariſtata. *Scheuchz. Agroſtr. p.* 146. *Seguier. veron.* 3. *p.* 163.

Germ. Aeſtiges Rohrſtrausgras.

Gall. Agroſtis argenté.

Hab. In rupibus ſupra torrentes in monte *Waſſerfall*, *Vogelberg* et ſupra *Reigoltswyl* t. *Zeyhero*. (In arduo littore ad Rheni poſterioris ripam, ſere e regione Caſtri Rhætiæ imæ (*Ræzüns*) ſito, ad viam qua balnea *Fontis Rubri* adeuntur, legit *Scheuchzerus*.)

Flor. Julio, Auguſto. *Semina* Septembri maturat. ♃

Radix fibroſa, arcte flexuoſo - implexa, denſa, ex albido - ſubfuſca. *Culmi* 2 - 3 - pedales, erecti, inferne verſus baſin nodoſo - geniculati, ſubramoſi. *Folia* inferiora vaginas mentientia, brevia, lata, ſtriata, emarcida, ſuperiora pedalia et longiora, binas ad tres lineas lata, vaginantia, linearia, in mucronem attenuata, ſtriata, glabriuſcula, margine ſuperne deorſum ſcabriuscula, ſiccata convoluta. *Ligula* vix ulla, ſeu breviſſima. *Panicula* terminalis, quatuor ad ſex uncias longa, erecta, ſubanguſtata, florens patentiuſcula, ex viridi argentea. *Pedunculi* terni, quaterni, quini, diviſi, erectiusculi, flexuoſi, filiformes, hiſpidi. *Pedicelli* 2 - 4 lineas longi, erecti. *Calycinæ* glumæ inæquales, ultra tres lineas longæ, unifloræ, apice mucronatæ, baſi viridescentes, margine membranaceæ, argenteae, dorſo argute carinatae, hiſpidiusculæ. *Corollæ* valvulæ minores, inæquales: *Valvula* exteriore majore, a baſi ad apicem pilis ſericeis, longis, ſplendentibus, argenteis prædita, in ſummo apice ariſtata. *Ariſta* erectiuscula, hiſpidula, quatuor ad quinque lineas longa: *Valvula* interiore glabra, argentea, ſubdiaphana, mutica.

Nota. Gramen omnium noſtratium rariſſimum, vix adhuc in Germania repertum, alias in alpinis Helveticis, Veronenſibus, et Pyrenaicis, et ſem-

per quidem ſupra torrentes ad rupes proveniens, ubi magnos latosque ceſpites efficit. Minime confundendum cum Agroſti Calamagroſtis Leerſii fl. Herb. Add. p. 285 ſeu Calamagroſti Arundo. Rothii fl. Germ. 2. p. 88. (ubi Synonymon Linnæi et Halleri omnino delendum eſt,) a qua differt: Corollæ valvula exteriore tota lana ſericea longa obſeſſa, non ex dorſi medio, ſed ſemper ex apice ariſtata.

100. AGROSTIS *canina* calycibus coloratis, petalorum ariſta dorſali recurva, culmis proſtratis ſubramoſis. *Linn. Sp. pl. p.* 92. — *Pollich. fl. palat. n.* 70.

Avena monantha, panicula diffuſa, multiflora adſcendente, gluma calycina exaſperata. *Hall ſtirp. helv. n.* 1479.

Gramen paniculatum ſupinum, ad infima culmorum genicula foliorum capillarium faſciculis donatum. *Scheuchz. Agroſtr. p.* 141.

Gramen caninum ſupinum, paniculatum folio varians. *C. Bauh. pin.* 1.

Icon. *Leers fl. Herb. t.* 4. *f.* 2.

Germ. *Hundsſtrausgras.*

Gall. *Agroſtis chien.*

Hab. Utrinque in pratis aquoſis paludoſis, turfoſis Rheno vicinis, circa piſcinas et foſſas hinc inde abunde, præſertim cum Carice *muricata*: nec prata ſicciora reſpuit.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Auguſto et Septembri maturat. ♃

Radix repens, fibroſa. *Culmus* 1 - 2 pedalis, erectus, baſi procumbens, divaricatus,

ſæpe ramoſus. *Folia* inferiora ſuperioribus anguſtiora, et quidem anguſtiſſima, lævia, ſuperiora utrinque ſcabriuſcula. *Ligula* oblonga, fiſſa, prominens. *Panicula* ſtricta, coarctata, florens diffuſa, e violaceo - purpuraſcens, lucens. *Pedunculi* capillares, numeroſi. *Valvula* calycina exterior apicem verſus hiſpidiuſcula. *Corolla* dorſo hiſpida, apice trifida. *Ariſta* dorſalis, albida, recta, demum medio geniculo fuſco tortilis, reflexa, corolla duplo longior. *Antheræ* ex violaceo - cæruleæ.

Nota. Similis Agr. capillari, ſed ut plurimum proſtrata, culmis ſæpe baſi repentibus. Flores quidam, nonnunquam plurimi, mutici, quam ob rem caute diſtinquenda ab Agr. capillari. Schreb. Spic. fl. Lipſ. p. 47.

101. Agrostis *vinealis* calycibus coloratis, petalorum ariſta dorſali longitudine fere calycis, culmis adſcendentibus. *Schreb. ſpic. fl. Lipſ. p.* 47. *Roth. fl. Germ.* 2. *p.* 82.

Avena monantha, panicula ſparſa, ariſta paulo florem ſuperante. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1481.

Gramen caninum vineale. *Scheuchz. Agroſtr. p.* 143.

Germ. Weinbergs-Strausgras.

Gall. Agroſtis des vignes.

Hab. In vinearum viis ſiccis, collibusque aridis, glareoſis: retro *Durlach* in monte *Thurnberg*, circa *Grötzingen* et *Nieſern;* in vineis prope *Baden* et *auf dem Stauſſenberg*; in M. S. in collibus prope *Iſtein.*

Flor. Junio, Julio. *Semina* Julio, Augusto maturat. ♃

Radix repens. *Culmi* sesquipedales et altiores, adscendentes, radicem versus declinati. *Folia* plana, linearia, angusta, acuta, striata, villosiuscula, marginibus deorsum aspera. *Panicula* stricta, 2-3 uncialis, ex spadiceoviridis, sæpe ex violocaceo-purpurascens. *Calycinæ* valvulæ æquales, mucronatæ, coloratæ. *Corolla* calyce paulo brevior, acuminata: *valvula* exterior ex medio dorso *Aristam* tenuissimam, vix nudis oculis conspicuam, inflexam, calyce vix longiorem, exserens.

Nota. Differt a præcedente s. Agr. canina. Spiculis duplo majoribus. Aristis plerumque brevioribus vix calyce longioribus.

Occurrit etiam flosculis plerisque muticis. Schreb. l. c. p. 48. tunc ad Agr. capillarem proxime accedit.

Gramen in pascuis collinis ovibus acceptum.

102. AGROSTIS *dubia* calycibus æqualibus lævibus, corollis infra apicem mucronatis, foliis setaceis. *Leers fl. Herb. p.* 21. — *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 84.

Agrostis *compressa* panicula coarctata, calycibus æqualibus, corollis infra apicem brevissime aristatis. *Willdenow. in Usteri et Römer bot. Magaz.* 11. *p.* 39. — *ej. Sp. pl.* 1. *p.* 568.

Icon. Leers. fl. Herb. t. 4. *f.* 4.

Germ. Zweifelhaftes Strausgras.

Gall. Agrostis dubieuse.

Hab. Hinc inde in collibus aridis apricis: prope *Baden, auf dem Stauffenberg.* In Sponhemia prope *Weyler* et *Martinstein am Kugelfels*: petra nigra ex globis basalticis composita.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ♃

Radix subrepens. *Culmi* pedales, adgregati, adscendentes, erecti, binodes, subfoliati. *Folia* radicalia angustissima, setacea, apice scabra, *culmea* brevia, setacea, scabra. *Vaginæ* læves. *Ligula* obtusa. *Panicula* 1-2-uncialis, subcoarctata, angusta. *Pedunculi* breves, solitarii, inferiores terni. *Calycinæ* valvulæ æquales, spadiceo-virescentes, læves. *Corollæ* valvula exterior, dorso scabra, apice bifida, *Arista* brevissima, oculo nudo vix conspicua, seu mucrone brevi, exstante, infra apicem instructa, valvula interior duplo brevior, retusa.

103. Agrostis *alpina* foliis setaceis, panicula coarctata, calycibus hispidiusculis, coloratis, petalo exteriore arista dorsali geniculata. *Leysser. fl. Halens. n.* 67. — *Scopol. fl. Carn. ed.* 2. *n.* 86.

Agrostis *setacea* foliis setaceis rigidis, panicula erecta, flosculis aristatis. *Villars. fl. Delph.* 2. *p.* 76. *n.* 8.

Avena monantha paniculata, gluma calycina exasperata, arista flori æquali. *Hall. stirp. helv. n.* 1477.

Gramen parvum paniculatum alpinum, panicula spadicea aristatum. *Scheuchz. Agrostr. p.* 140.

Icon. *Scheuchz. prodr. p.* 22. *tab.* 4. *fig.* 1. (optima.)

Germ. *Alpenstrausgras.*

Gall. *Agrostis des alpes.*

Hab. In Marggraviatus superioris cacumine montis altissimi *Belchen* rarius.

Flor. Julio, Augusto. Septembri *Semina* maturat. ⊙

Radix fibrosa, fibris capillaceis albidis, piloso-tomentosis. *Culmi* ex radice numerosi, erecti, stricti, 3-5-7 unciales, filiformes, tenerrimi, seta equina crassiores, subtilissime striati, glabri, binodes, a radice ad medium fere foliati. *Folia* radicalia cæspititia, 1-2 uncialia, angustissima, marginibus reflexa, primo intuitu setas mentientia, recurva, striata, rigidula, deorsum aspera: *culmea* uncialia, erecta, quandoque curvula, acuminata. *Ligula* sublinearis, angusta, bifida, membranacea, diaphana, attenuata. *Vaginæ* striatæ, glabræ. *Panicula* semiunciam ad unciam longa, angusta, coarctata, 3-4 lineas lata. *Pedunculi* capillacei, tenuissimi, bini, terni, flexuosi, erecti, alterni, subdivisi. *Spiculæ* pedicellatæ. *Calyx* bivalvis, uniflorus: *valvulis* concavis, lanceolatis, acutis, nudis, per lentem dorso serrulis hispidis, ex purpureo-violaceis, altera paulo breviore. *Corolla* bivalvis, calyce subbrevior, membranacea, diaphana, albida, valvula exteriore infra dorsi medium aristata: *Arista* medio articulata, calyce longior. *Filamenta* tria capillacea. *Antheræ* maximæ, oblongæ, utrinque bifidæ, luteæ.

Nota. Nullo modo diversum à speciminibus in alpibus helveticis et pyrenaicis lectis.

104. AGROSTIS *festucoides* foliis setaceis mollibus, panicula patula, arista inflexa, calyce duplo longiore corollæ basi inserta. *Villars. fl. Delph.* 2. *p.* 76. *n.* 9.

Agrostis *rupestris Allion fl. Pedem.* 2. *p.* 237. *n.* 2161. — *Willden. Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 369.

Avena monantha paniculata, foliis setaceis, gluma calycina exasperata, arista flore duplo longiore. *Hall. stirp. helv. n.* 1478.

Gramen paniculatum capillaceo folio, locustis parvis spadiceo - fuscis, aristatis. *Scheuchz. Agrostr. p.* 141. *n.* 2.

Germ. *Schwingelartiges Strausgras.*

Gall. *Agrostis festucoide.*

Hab. In M. S. monte altissimo *Belchen* non procul a præcedente perraro.

Flor. Julio, *Semina* Augusto maturat. ⊙

Differt a præcedenti cum qua minime confundenda est: *Panicula* laxa, sparsa. *Ramulis* floriferis longioribus, patentioribus. *Calycibus* e violaceo fuscis, *Arista* ex basi valvulæ corollinæ egrediente, magis reflexa. *Antheris* minoribus.

Nota. Characteristicas notas præcedentis et hujus speciei, egregie dedit Scheuchzerus l. c.

†† *Muticæ.*

105. AGROSTIS *stolonifera* paniculæ ramulis divaricatis muticis, culmo ra-

mofo repente, calycibus æqualibus. *Linn. Sp. pl. p.* 93. — *Pollich. fl. palat. n.* 71.

Poa ftolonifera monantha, calycibus leviter exafperatis. *Hall. ftirp. helv. n.* 1473?

Gramen caninum fupinum minus. *Scheuchz. Agroftr.* 128.

Icon. *Leers. fl. Herb. t.* 4. *f.* 6?

Germ. *auslaufendes Strausgraus.*

Gall. *Agroftis traçant.*

Hab. Utrinque in pafcuis arenofis inundatis, arvis viisque arenofis humidiusculis, nec non ad foffarum margines.

Flor. Junio et fequ. Augufto et Septembri *Semina* maturat. ♃

Culmi ex radice plures, 1-2 pedales, bafi procumbentes, divaricati, fubramofi, demum erectiusculi, debiles, teretes, glabri. *Folia* fuperiora inferioribus anguftiora, plana, acuminata, lævia, fæpe emarcida. *Ligula* brevis obtufa. *Vaginæ* ftriatæ, laxiusculæ, læves. *Panicula* 2-3-4 uncialis, ampla, laxa, primum contracta, demum divaricata, diffufa, e fpadiceo-viridi-purpurafcens. *Pedunculi* capillares, quini ad decem, fasciculatim egredientes, tenerrimi, ex viridi-purpurafcentes, per lentem deorfum fcabriusculi, fetulofi, divifi: *pedicelli* divaricati. *Calycinæ* valvulæ, fubæquales, lanceolatæ, mucronatæ, ex viridi-purpurascentes: *exterior* carina dorfali per lentem hifpidula. *Corollæ* valvula exterior, apice trifida, arifta deftituta. *Antheræ* fæpe purpureæ, quandoque flavæ et albidæ.

Nota. Maxime affinis Agr. capillari. Gramen tenellum, ovibus acceptum. Arenam figit.

106. Agrostis *capillaris* panicula capillari patente, calycibus fubulatis æqualibus hifpidiusculis coloratis, flofculis muticis. *Linn. Sp. pl. p.* 93 — *Pollich. fl. palat. n.* 72.

Agroftis *hifpida* ramis paniculæ patentis verticillatis, calycibus æqualibus hifpidiusculis, flosculis muticis. *Willdenow. ed. Linn. Sp. pl. p.* 370.

Poa monantha caule erecto, panicula diffufa, calycibus exafperatis. *Hall. ftirp. helv. n.* 1475.

Gramen montanum panicula fpadicea delicatiori. *Scheuchz. Agroftr.* 129. — *Bauh. pin.* 8. *prodr. n.* 12. — *Tournef. inft. p.* 524. — *Mapp. fl. Alf.* 136.

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 163. — *Leers. fl. herb. t.* 4. *f.* 3. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 12. *n.* 121.

Germ. Haarförmiges Strausgras.

Gall. Agroftis chevelu.

Hab. Utrinque ad fylvarum marginalia et ad agrorum verfuras, in montofis ficcis, pratis et pafcuis, muris et faxofis.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augufto et Septembri maturat. ♃

Radix fibrofa, fubrepens. *Culmus* 1-2-3 pedalis, erectus, verfus bafin obliquus, fimplex, teres, ftriatus, lævis, foliatus, tenuis. *Folia* plana, latiufcula, mucronata, deorfum

ſcabriuscula. *Ligula* brevis, truncata. *Vaginæ* læves, ſtriatæ, plerumque ex violaceo-purpureæ. *Panicula* 2-3-4-5 uncialis, patens, e ſpadiceo purpuraſcens, demum palleſcens. *Pedunculi* ſubverticillati, patentes, ramoſiſſimi, capillares, per lentem ſetuloſo-hiſpidi. *Calycinæ* valvulæ æquales, lanceolatæ, mucronatæ, e violaceo-purpureæ, albido-pellucido-marginatæ, *exterior* carina dorſali ſetuloſo-hiſpida. *Corollæ* valvulæ calyce paulo minores, læves, ariſta deſtitutæ. *Antheræ* pallide flavæ aut violaceo-purpuraſcentes.

Nota. Gramen pro diverſo ſolo natali altiore et demiſſiori humidiuſculo vel ſicco arido, magnitudine, colore, et hiſpiditate pedunculorum ut et valvulæ calycinæ externæ, maxime variat; proſtant in Alpinis ſiccioribus individua minora, panicula delicatiore minore: glumis calycinis exterioribus, pedunculisque glabriuſculis, ac per lentem quidem ſetuloſo-hiſpidulis. Tale individuum comprehendebat b. Linnæus in fl. Lapponica p. 27. ſub varinatione β., vix ſeparandum aut pro diſtincta ſpecie habendum.

Gramen omnibus pecoribus conveniens, denſum creſcit, etiam in aridis venit et impedit, quo minus muſci naſcantur. Schwed. Abh. der Acad. der Wiſſenſch. 1745.

107. AGROSTIS *alba* panicula laxa, calycibus muticis æqualibus. *Linn. Sp. pl. p.* 93. — *Pollich. fl. palat. n.* 74. — *Hall. ſtirp. helv. n.* 1475. *var.* β.

Agroſtis *paluſtris* panicula coarctata, mutica, calycibus æqualibus, culmo repente. *Hudſ. fl Angl. p.* 27.

Icon. *Leers. fl. Herb. t.* 4. *f.* 5.

Germ. *Weiſſes Strausgras; Sumpfſtrausgras.*

Gall. *Agroſtis blanc; Agroſtis des marais.*

Hab. Utrinque in pratis ſucculentis, udis, paludoſis, ad rivulorum ripas, nec non inter virgulta paludoſa, præſertim in Rheni vicinia frequens..

Flor. Junio, Julio. *Semina* Auguſto, Septembri maturat. ♃

Radix repens, fibroſa. *Culmi* 2 - 3 - 4 pedales, erecti, teretes, ſtriati, læves, inferne ſæpe repentes, aut procumbentes, quandoque ramoſi, foliati. *Folia* plana, binas ad tres lineas lata 4 - 5 - 7 uncias longa, pallide viridia, utrinque ſcabriuscula. *Ligula* oblonga, obtuſa. *Vaginæ* ſtriatæ, læviusculæ, e viridi cinereæ. *Panicula* 3 - 4 - 5 - 9 uncialis, coarctato-patula, ex cinereo viridis, quandoque cæruleo mixta. *Pedunculi* denſe verticillati, inæquales, numeroſi, ex patente erecti, capillares, virides, ſetuloſo-hiſpidi, diviſi: *verticilli* ſubremoti. *Flosculi* copioſi, e viridi-cinereo-albidi, quandoque ex parte, caeruleo mixti, demum cinereo - flaveſcentes. *Calycis* valvulae lanceolatae, ſubaequales, mucronatae, e cinereo virides, margine membranaceae, ex viridi albidae, pellucidae: *exterior* dorſo viridi carinata, ſetuloſo - hiſpida. *Corollæ* valvulae erectae, calyce breviores, ariſta deſtitutae. *Antheræ* pallide luteae, rarius violaceae.

Nota. Maxime affinis Agr. capillari cum qua Jll. Hallerus conjungebat.

Variat. Culmis verſus radicem vix repentibus, ſtatim erectis, aliisque fere tota ex parte repentibus, ad terram procumbentibus.

Bonum præbet armentis pabulum.

108. AGROSTIS *pumila* panicula mutica secunda, culmis fasciculatis erectis. *Linn. Mant. pl.* 31. — *Pollich. fl. palat. n.* 75.

Poa monantha foliis setaceis, calycibus dorso exasperatis. *Hall. stirp. helv. n.* 1475.

Gramen minimum palustre, panicula spadicea, delicata, semine exiguo, rotundo. *Scheuchz. Agrostr. p.* 131.

Germ. *Niedriges Strausgras.*

Gall. *Agrostis nain.*

Hab. Hinc inde in locis inundatis arenosis, arvisque Rheno vicinis sterilioribus: prope *Dachsland*, *Knielingen* et alibi cum Agr. *stolonifera* frequens. In Palatinatu circa *Lautern* in pratis et pascuis arenosis humidiusculis; saepe agros incultos plane obducit teste *Pollichio*.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto et Septembri maturat. ♃

Affinis Agr. *stoloniferae* a qua differre videtur. *Culmis* demissioribus, digitalibus, palmaribus, numerosis. *Foliis* angustioribus fere setaceis. *Panicula* minori, delicatiori, subsecunda, patenti - divaricata. *Flosculis* minoribus. *Seminibus* minoribus, subrotundis, acutiusculis.

Arenam cum Agr. stolonifera figit, pulchellum gramen.

109. AGROSTIS *minima* panicula mutica filiformi. *Linn. Sp. pl. p.* 93. — *Pollich. fl. palat. n.* 76.

Gramen ſpartum, capillaceo folio minimum. *Dillen. cat. Gieſ. app. p.* 173.

Gramen loliaceum minimum elegantiſſimum. *Tourneſ. inſt. p.* 517.

Gramen minimum paniculis elegantiſſimis. *Bauh. pin.* 2. — *Scheuchz. Agroſtr. p.* 40. — *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 200. *Sect.* 8. *t.* 2. *f.* 10.

Gramen minimum Dalechampii. *Hiſt. Lugd.* 425.

Icon. Dillen. Gieſ. app. t. 16. *f.* 1.

Germ. Kleinſtes Strausgras.

Gall. Agroſtis mineur.

Hab. In arvis paſcuisque arenoſis intra *Graben* et *Philippsburg* rarius; ad Rheni ripam in arenoſis paſcuis ſicciſſimis circa *Mannheim* abunde, teſte *Pollichio.*

Flor. Martio et Aprili. *Semina* Majo maturat. ⊙

Radix fibroſa, capillaris. *Culmi* ex una radice plurimi, 1-2 unciales, erecti, filiformes, glaberrimi, ſuperne ſubincraſſati, nudi, inferne folio uno alterove praediti. *Folia* vix unciam longa, filiformia, apice obtuſa, glabra, ex glauco-viridia. *Ligula* membranacea, apice bifida. *Vagina* laevis. *Panicula* filiformis, erecta, ſemiunciam longa, ſecunda, ſubdiſticha, gracilis. *Flosculi* 7-9 uniflori, breviter pedunculati, ſolitarii, exigui, mutici, glabri, ante et poſt floreſcentiam rhachi arcuatim flexuoſae adpreſſi. *Calyx* bivalvis, uniflorus: *valvulis* ſubaequalibus, ovalibus, obtuſis, nervo in medio ſaturate viridi notatis,

margine et apice membranaceis, purpureis, glabris. *Corolla* (in hac ſpecie) univalvis, calyce minor, membranacea, ſericeo-flocculoſa, albida. *Filamenta* tria, calyce longiora. *Antherae* furcatae, albidae, apice ſaepius purpuraſcentes. *Germen* ſubrotundum. *Semen* parvum ſubrotundum.

Nota. Gramen pulchellum minutiſſimum ab omnibus Agroſtios ſpeciebus maxime diverſum, quod ob corollam univalvem, conſtantem, proprium genus conſtituere poſſet: Sturmia nunc audit.

Obſ. Nullibi frequentius quam in Cataloniae ſabuloſis viis. quas ſaepe rubedine procul lucente, in tapetis morem obducit, vidi, ubi certe multum ad arenae ligationem contribuit.

XXXIV. AIRA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 112.

Calyx Gluma biflora, bivalvis: *valvulis* ovato-lanceolatis, acutis, aequalibus. *Corolla* bivalvis calyci ſimillima, absque interjecto rudimento. *Nectarium* diphyllum, acutum, baſi gibbum. *Semen* ſubovatum, tectum. (Numerus flosculorum variat 2-3.)

† *Muticae.*

110. AIRA *aquatica* foliis planis, panicula patente, floribus muticis laevibus, calyce longioribus. *Linn. Sp. pl. p.* 95. — *Pollich. fl. pal. n.* 78.

Poa locuſtis bifloris glabris, florali gluma majori plicata, ſerrata. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1471.

Gramen aquaticum paniculatum miliaceum. *Tournef. inst. p.* 521. — *Mapp. fl. Alf. p.* 135. — *Scheuchz. Agrostr. p.* 176. — *Vaill. bot. parif.* 89. *t.* 17. *f.* 7.

Icon. Curtis. fl. Lond. — *Oeder. fl. Dan. t.* 381.

Germ. Wasserschmiele; Wasserhirse.

Gall. Foin aquatique.

Hab. Utrinque passim in pratis aquosis, fossis et paludibus, rivulisque clarioribus praesertim in Rheni vicinia; ad salinas prope *Bruchsal*; in Alsatia, prope Argentinam in fossa aquatica inter *Oswald* et *Gravenstaden*. In Palatinatu circa *Lautern* passim in pratis aquosis; in piscina prope molam imperialem copiose; in fossis ac paludibus ad salinas circa *Dürckheim* inter *Hartenberg* et *dem Picard* teste *Pollichio*. In Principatu superiore, in pratis ad Lacum, et in piscinis passim frequens.

Flor. Junio et Julio. *Semina* maturat Augusto. ♃

Radix repens, fibrosa. *Culmus* pedalis, sesquipedalis, erectus, basi procumbens, teres, crassiusculus, striatus, mollis, glaber, foliatus. *Folia* plana, linearia, latiuscula, apice obtusiuscula, mollia, glabra. *Ligula* alba, obtusa. *Vaginæ* glabrae, striatae. *Panicula* erecta, 4 - 7 - uncialis, laxa, diffusa, subdimidiato - verticillata: *Pedunculi* 6 - 7 - 8 inaequales, fasciculati, patenti - erectiusculi, divisi, vix flexuosi. *Spiculæ* saepe biflorae, flosculo uno sessili, altero pedunculato, e spadiceo purpureae, apice albidae, pellucidae. *Calycinæ* valvulae

vulae aequales, ſubtruncatae, angulato-plicatae, muticae. *Antheræ* pallide luteae.

Variat. In locis ſiccioribus calycibus interdum 5-6 floris.

Obſ. Spiculæ quædam in apicibus ramulorum caſſæ ſæpius occurrunt. Schreb. ſpic. fl. Lipſ p. 49.

Nota. Gramen hoc ſæpe regiones muriaticas, ſeu ſolum ſale culinari imbutum indicat; ſic maxima in abundantia in Caſtilia et Aragonia cum Samolo Valerandi, muria alba ſeu cinerea conſpurcatis, vidi.

Gr[illegible] ſucculentum, molle, dulce, folioſum, [illegible]m, nutriens, ſiccum et recens pecoribus maxime gratum et ſalubre.

†† *Ariſtatæ.*

111. AIRA *cæſpitoſa* foliis planis, panicula patente, petalis baſi villoſis ariſtatisque: ariſta recta brevi. *Linn. Sp. pl. p.* 96. — *Pollich. palat. n.* 78.

Avena diantha panicula ampliſſima, patula, bicolore. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1487.

Gramen ſegetum panicula arundinacea. *Bauh. pin.* 3. *theatr.* 35. — *Scheuchz. Agroſtr. p.* 244. *t.* 2. *f.* 2. 3.

Icon. *Oeder. ſl. Dan. t.* 240. — *Leers. ſl. Herb. t.* 4. *f.* 8.

Germ. *Raſenartige Schmiele.*

Gall. *Foin élevé.*

Hab. Utrinque in pratis ſucculentioribus riguis et ſylvis humidiuſculis paſſim abunde.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Auguſto et Septembri maturat.

Radix fibrofa. *Culmi* 3-4 pedales, erecti, ftricti, fubfoliati, ftriati, læves. *Folia* plana, linearia, acuminata, fubtus lævia, ftriata, fuperne feptemfulcata, fpinulis minutiffimis, deorfum fcabris prædita. *Ligula* oblonga, obtufa. *Vaginæ* ftriatæ, læves. *Panicula* femipedalis, pedalis, patens, ex fubfusco-argentea, fplendens. *Pedunculi* fubverticillati, angulati, ramofiffimi. *Calycinæ* glumæ inæquales, lanceolatæ, parvæ, ex fufco-purpureo-argenteæ. *Corolla* inferior bafi nuda, fuperior minor, bafi pilofa, pedicellata. *Corollæ* valvula exterior calyce brevior, apice ob[illegible] 3-5 fida, bafi *Ariftam* rectam corolla vix longiorem exferens. *Antheræ* e violaceo-purpurascentes. *Stigmata* alba, plumofa.

Obf. In pratis pinguioribus fucculentioribus: Culmis paniculisque fpeciofioribus, Flofculis fæpe 3-4 floris venit.

Bonum gratumque pecoribus pabulum præbet, denfe crefcit, muscorumque proventum impedit.

Ex hoc gramine prata nodofa inæqualia Act. Holm. 1742. p. 20.

Nota. Cultura hujus graminis in locis montofis, fucculentis, udis, maxime commendanda, fimul folum fpongiofum condenfat.

112. AIRA *flexuofa* foliis fetaceis, culmis fubnudis, panicula divaricata, pedunculis flexuofis. *Linn. Sp. pl. p.* 96. *Pollich. fl. palat. n.* 79.

Avena diantha paniculis flexuofis, floribus bafi villofis, locuftis ovatis. *Hall. ftirp. helv. n.* 1486. β.

Gramen alpinum nemorofum paniculatum, foliis anguftiffimis, locuftis fplen-

dentibus, ariſtatis. *Scheuchz. Agroſtr. p.* 218. *t.* 4. *f.* 16. *app. p.* 24. *t.* 6.

Gramen nemoroſum, paniculis albis, capillaceo folio. *Bauh. pin.* 7. *prodr.* 14. *Moriſ. hiſt.* 3. *Sect.* 8. *t.* 7. *f.* 9.

Icon. Schreb. Græſ. t. 30. — *Oeder. fl. Dan. t.* 157. — *Leers Herb. tab.* 5. *fig.* 1.

Germ. Silberbocksbart; gebogenes Schmielengras.

Gall. Foin tortueuſe.

Hab. Utrinque in ſylvis apricis ſabuloſis, præſertim montoſis, et ericetis frequens: in montoſis paſcuis *am Bühlerthal* — prope *Baden* — nec non *am Stauffenberg*; prope *Oberkirch*; in Marggr. ſuperioris montoſis perinde. Amat ſicca ericeta et rupes.

Flor. Majo, Junio. Julio et Auguſto *Semina* maturat. ♃

Radix fibroſa. *Culmi* 1 - 2 pedales, erecti, filiformes, læves, ſtriati, ſubſoliati. *Folia* ſetacea: *radicalia* varie curvata, lævia, *culmea* recta, ſcabriuſcula. *Ligula* ovata, obtuſa, bifida. *Vaginæ* ex cinereo - ruſescentes, ſtriatæ, ſubſcabræ. *Panicula* digitalis et major contracta, florens patula, pauciflora argentea, ex parte purpuraſcens, ſplendens. *Pedunculi* ſubgemini, angulati, flexuoſi, biſarie diviſi, divaricati. *Calycinæ* glumæ ovato - lanceolatæ, inæquales, e fuſco - purpureæ, nitentes. *Corollæ* baſi ſericeo - piloſæ, apice quadrifidæ, albidæ, ſplendentes, valvula exterior ſupra baſin *Ariſtam* exſerens rectam dein geniculo reflexam, tortilem, calyce ſublongiorem. *Antheræ* e violaceo - purpuraſcentes, denum fulvæ.

Nota. In montofis ericetofis fterilibus jam procul, fplendore argenteo panicularum, oculos delectat.

Obf. Gramen in fterilibus montofis arenofis locis, cum Genifta fagittali præfertim in convallibus am Bühlerthal optimum ibi pabulum vaccis, ovibus et capris præbet, fimulque arenam egregie, continet.

113. AIRA *montana* foliis fetaceis, panicula anguftata, flosculis bafi pilofis, ariftatis: arifta tortili longiore. *Linn. Sp. pl. p.* 96.

Avena diantha paniculis flexuofis floribus bafi villofis, locuftis ovatis. *Hall. ftirp. helv. n.* 1486.

Gramen avenaceum paniculatum alpinum, foliis capillaceis brevibus, locuftis purpureo-argenteis fplendentibus et ariftatis. *Scheuchz. Agroftr. p.* 216. *t.* 4. *f.* 16. *app. tab.* 4.

Gramen avenaceum capillaceum minoribus glumis. *Tournef. inft. p.* 524. *Mapp. fl. Alf. p.* 138.

Icon. Leers. fl. Herb. t. 5. *f.* 2.

Germ. Berg-Schmiele.

Gall. Foin de montagne.

Angl. Muntain hair-grafs.

Hab. Cum præcedente paffim in montofis magis elevatis, fabulofis, ericetofis, rupeftribus; in Alfatiæ montibus prope *Rappolftein*, et retro *Heiligenftein* cum A. *flexuofa* poft *Mappum* vidi.

Flor. Junio, Julio. Augufto et Septembri *Semina* maturat. ♃

Nimis affinis Airæ *flexuosæ* cum qua sub varietate conjunxerunt *Jll. Hallerus*, *Hudsonus* et *Leersius*. Ab ea differe videtur: *Culmis* e radice copiosioribus, magis coloratis. *Panicula* magis angustata et colorata: pedunculis minus flexuosis. *Calycibus* sub florescentia magis hiantibus. *Flosculis* basi magis pilosis. *Aristis* calyce fere duplo longioribus.

Anglis inter egregia pabula sub nomine **Muntain Hair-grass** cum præcedente notum.

114. AIRA *canescens* foliis setaceis: summo spathaceo, paniculam inferne obvolvente. *Linn. Sp. pl. p.* 97. — *Pollich. fl. palat. n.* 80.

Avena diantha foliis setaceis, panicula stricta, aristis clavatis. *Hall. stirp. helv. n.* 1483.

Gramen foliis junceis, radice alba. *Scheuchz. Agrostr. p.* 242.

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 1023. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 12. *n.* 127.

Germ. Bocksbart; graue Schmiele.

Gall. Foin blanchatre.

Hab. In arenosis sterilibus aridis hinc inde frequens: prope *Carlsruhe am Landgraben* versus *Mühlberg*; inter *Mühlberg* et *Dachsland; am Hardthof* abunde; in Palatinatu circa *Lautern* cum Ornithopo *perpusillo* in arvis et ericetis arenosis; inter *Dürckheim* et *Mannheim* terram sabulosam ubique obducit, teste *Pollichio*; prope Argentinam in aridis sabulosis *am Polygon* cum Lichene *lentigero*, nec non *auf der Metzgerau.*

et

pal-

Folia

mucronata.

Vaginæ

spinoſa.

ſupernatum

ſupra

carinata

maxi-

inæquales,

rubello-virides

baſi ariſtata:

violaceo-purpurea. In

ſupra medium e

ſuperans. *Antheræ*

quandoque dilute

...centes,

...ndos et elevatos cæſpites

et optime ſabulum

gratum et con-

nimis rigidum

foliis ſetaceis: vaginis

floribus paniculato-ſpica-

floſculis baſi ariſtatis. *Linn. Sp.*,

— *Pollich. fl. palat. n.* 81.

minimum ſpica brevi habitiore

Scheuchz. Agroſtr. 219.

fl. Lond. t. 146. — *Oeder. fl.*

Sand-Schmiele; *früh*

Flor.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri et Octobri maturat. ♃

Culmi ex radice fasciculati, digitales, palmares et altiores, rigidi, canescentes. *Folia* cæspitosa, setacea, firma, rigida, mucronata, glauca. *Ligula* obtusiuscula, albida. *Vaginæ* striatae, glabrae, glaucae, suprema ventricosa. *Panicula* uncialis et major, ante florescentiam in vagina folii supremi occulta, sub florescentia exiens, patens, deflorata iterum contracta: *Pedunculi* globulo pellucido insidentes, maxime ramosi. *Calycinæ* valvulae subaequales, lanceolatae, ex glauco vel rubello - viridescentes. *Corollæ* valvula exterior basi aristata: *Arista* infra medium violaceo - purpurea, in medio, globulo albo prædita, supra medium e cinereo - candida, calycem superans. *Antheræ* violaceo - purpurascentes, quandoque dilute sulphureae.

Nota. Densos subrotundos et elevatos cæspites sæpe interruptos format, et optime sabulum figit.

Gramen adhuc tenellum ovibus gratum et conveniens pabulum suppeditat; adultum, nimis rigidum et tenax respuunt.

145. AIRA *præcox* foliis setaceis: vaginis angulatis, floribus paniculato - spicatis, flosculis basi aristatis. *Linn. Sp. pl. p.* 97. — *Pollich. fl. palat. n.* 81.

Gramen minimum spica brevi habitiore nostrum. *Scheuchz. Agrostr.* 219.

Icon. Curtis. fl. Lond. t. 146. — *Oeder. fl. Dan. t.* 383.

Germ. Kleine Sand-Schmiele; frühe Sand-Schmiele.

Gall. *Foin præcoce.*

Hab. In pascuis arenosis sterilibus ericetosis inter *Carlsruhe* et *Muckensturm* prope *dem Hardthof* cum Ornithopo *perpusillo* abunde, nec alibi hucusque in patrio solo vidi. In Palatinatu in arvis et pascuis arenosis circa *Lautern* ubique; inter *Reichenbach* et *Weilerbach* in solo sterili arenoso cum Aira *caryophyllea* abunde, teste *Pollichio.*

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio et Augusto maturat. ⊙

Radix fibrosa. *Culmi* 2 - 3 - 4 unciales et altiores, plures, erecti, teretes, laeves. *Folia* radicalia sublinearia, convoluta, emarcida, *culmea* erectiuscula, breviora, obtusiuscula, apice subrecurva. *Ligula* amplexicaulis, longa, alba, in junioribus magna. *Vaginæ* striatae, glabrae, subventricosae. *Panicula* semiuncialis, quandoque fere uncialis, coarctata, spiciformis, ex viridi cinerea, mollis. *Spiculæ* parvae, biflorae, biaristatae. *Calycinæ* valvulae subaequales, ovato - acutae, submembranaceae, dorso carinali scabriusculae. *Corollæ* valvulae subaequales, longitudine calycis: exterior major bicuspidata, *Aristam* infra medium exserens subrectam, corolla duplo longiorem. *Antheræ* parvae pallide flavae.

Nota. Semper solum sterile sabulosum indicat; minime confundenda cum præcedente specie; ad rariores patriæ cives pertinens.

Gramen post Agrost. minimam omnium nostratium minimum, ovibus acceptum; arenam figit.

116. AIRA *caryophyllea* foliis setaceis, panicula divaricata, floribus aristatis

diſtantibus. *Linn. Sp. pl. p.* 97. — *Pollich. fl. palat. n.* 82.

Avena diantha foliis ſetaceis, panicula divaricata. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1482.

Gramen paniculatum minimum molle, *Scheuchz. Agroſtr. p.* 215, *t.* 4, *f.* 5. *Tournef. inſt. p.* 522.

Gramen paniculatum locuſtis purpureo-argenteis, annuum. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 200. *Sect.* 8. *tab.* 5, *fig.* 11.

Caryophyllus arvenſis glaber minimus, *Bauh. pin.* 210. *prodr.* 105.

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 382. — *Leers. fl. Herb. t.* 5. *f.* 7.

Germ. Nägelein-Schmiele; Silbergras.

Gall. Foin œilleté.

Angl. Silver Hair-graſs.

Hab. In ſabuloſis ſterilibus viis, arvis, paſcuis, collibus et ſylvis. Circa *Carlsruhe* in viis, *im Hardtwald*, in arvis prope *Mühlburg* cum Sagina *erecta* et alibi frequens; *auf der Raſtadter Heide* hinc inde in planitie ſabuloſa abunde; in Marggraviatu ſuperiore rarius; in arvis ſabuloſis prope *Zienken* Rhenum verſus; prope Argentinam in ſabuloſis *auf dem Polygon* et alibi frequens. In Palatinatu circa *Lautern*, *Weilerbach*, *Rotenbach*, *Schopp*; in arvis et paſcuis arenoſis abunde; inter *Speyer* et *Oggersheim*; in collibus ſiccis inter *Aſpach* et *Cuſel* teſte *Pollichio*, nec non prope *Mannheim*, *Schwetzingen* et alibi in ſabuloſis ſteriliori-bus abunde, vidi.

Flor. Majo, Junio, Julio. *Semina* Julio, Augusto et Septembri maturat. ⊙

Radix fibrosa. *Culmi* biunciales, digitales, palmares, saepe plurimi, erecti, subbinodes, filiformes, striati, scabriusculi. *Folia* subsetacea, canaliculata, glauco-viridia, deorsum scabriuscula. *Ligula* oblonga, acuminata, bifida. *Vaginae* sulcatae, scabriusculae: suprema subventricosa, paniculam ante florescentiam basi vestiens. *Panicula* uncialis, sesquiuncialis, pulcherrima, florens et deflorata maxime divaricata, e purpureo-argentea, splendens. *Pedunculi* bini, capillares, divisi. *Calycinae* valvulae biflorae, subaequales, ovato lanceolatae, mucronatae, carinatae: carina purpurea, margine membranaceae, albidae, pellucidae, glabrae. *Corollae* valvulae calyce breviores, subaequales, basi subvillosae: *exterior* basi *Aristam* exserens medio flexuosam, calycem duplo fere superans. *Antherae* parvae, luteae.

Pulchellum ob paniculam elegantissimam sero auctumno adhuc conspicuam, maxime divaricatam, gramen. Arenam figit, et ovibus gratum et conveniens pabulum praebet.

XXXV. MELICA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 113.

Calyx Gluma biflora, bivalvis: valvulae aequales ovato-lanceolatae, acutae. *Corolla* bivalvis mutica. *Corpusculum* inter flosculos turbinatum, pedicellatum. *Nectarium* monophyllum horizontale, germen ambiens, carnosum. *Stamina* basi dilatata, connata. *Stigmata* oblonga plumosa. *Semen* ovatum altero latere sulcatum.

117. Melica *ciliata* flosculi inferioris petalo exteriore ciliato. *Linn. Sp. pl. p.* 97. — *Pollich. fl. palat. n.* 83.

Arundo locuſtis biſloris ſpicatis, gluma florali exteriore ciliata. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1517.

Gramen avenaceum, ſpica ſimplici, locuſtis denſiſſimis candicantibus et lanuginoſis. *Scheuchz. Agroſtr. p.* 174. *t.* 3. *f.* 16. *G. H. I. K.*

Gramen avenaceum montanum lanuginoſum. *Tourneſ. inſt. p.* 524. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 137. — *Bauh. pin.* 10. *prodr.* 20.

Germ. Haariges Perlgras.

Gall. Melique ciliée.

Hab. In excelſis aſperis montoſis rupeſtribus, aridis. In Marggraviatu ſuperiore circa *Efringen* et *Iſtein* in rupibus legit *Vulpius*. In *Wallenburgi* muris; in arce *Schauenburg*, *Dornach* nuperrime legit *Zeyherus*. In Sponhemia: circa *Martinſtein* in collibus ſterilibus aridis *am Kugelfels* cum Stipa *pennata* frequens. In Alſatiae montoſis: *in dem Gebürg gegen Waſſerburg* teſte *Mappo*. In Palatinatu in rupibus et montoſis lapidoſis inter *Imbsweiler* et *Winnweiler;* ad altas praeruptas montium rupes circa *Steinbach*, in monte *Donnersberg;* circa *Oppenheim* in monte cui arx inaedificata; prope *Hartenburg* in altis rupibus et vetuſtis muris; in vinearam dumetis circa *Dürckheim;* circa *Bingen*, *Stromberg*, *Bacharach* in muris et rupibus poſt *Pollichium* vidi.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augufto et Septembri maturat. ♃

Radix fibrofa. *Culmi* 2 - 3 pedales, erecti, teretes, ftriati, glabri, sub panicula fubflexuofi, deorfum fcabriusculi, maxima ex parte foliis deftituti. *Folia* linearia, angufta, mucronata, glabriuscula, margine deorfum fcabriuscula. *Ligula* albida, fiffa. *Vaginæ* infimæ ftriatæ, fubvillofæ, fcabriusculæ, fuperiores glabræ. *Panicula* fpicata, erecta, 2 - 3 uncias longa, cylindrica, fericeo - albida, fplendens. *Pedunculi* infimi tenuiffimi, flexuofi, folitarii aut bini, divifi, reliqui breviffimi, fubfolitarii. *Calycinæ* valvulæ bifloræ, lanceolatæ, mucronatæ, inæquales, corolla longiores, ftriatæ, fplendentes, ex viridi - albo - purpurascentes. *Corollæ* inferioris valvula exterior dorfo fcabra, externe ad margines pilis fericeis albis inftructa; interior minor. *Corolla* fuperior minor, pedicellata, glabra, inperfecta, rudimentum floris mentiens. *Antheræ* ex luteo - albidæ.

Obf. Calyces fæpe uniflori, tunc rudimentum fecundi floris pedicellatum, turbinatum, obtusum, ftaminibus et piftillis deftitutum, glaberrimum.

Hujus graminis fpecimina pulcherrima majora; panicula femi pedem longa, locuftis plus minusque pedicellatis, copiofiffimis, gracilioribus, præsertim in Aragonia legi.

Perpulchrum hoc gramen ad rariores patriæ cives pertinet; jam é longinquo panicula fpicæformi argentea et lanuginofo - fericea, dignoscitur.

118. MELICA *nutans* petalis imberbibus, panioula nutante fimplici. *Linn. Sp. pl. p* 98. — *Pollich. fl. palat. n.* 84.

Melica *montana* petalis imberbibus pa-

nicula coarctata, secunda, erecta, subsimplici, floribus pendulis. *Hudſ. fl. Angl. ed.* 2. *p.* 37. *n.* 2.

Poa panicula laxa, locuſtis nutantibus dianthis, alterno flosculo imperfecto. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1472.

Gramen avenaceum locuſtis rubris montanum. *Scheuchz. Agroſtr. p.* 171. *t.* 3. *f.* 16. *D. E. F.*

Gramen avenaceum montanum locuſtis rubris. *Tourneſ. inſt. p.* 524. — *Mapp. Alſ.* 137. — *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 434.

Icon. Schreb. Græſ. t. 6. *f.* 2. — *Oeder. fl. Dan. t.* 962. — *Leers. fl. herb. t.* 3. *f.* 4.

Germ. Ueberhängendes glattes Perlgras.

Gall. Melique penchée.

Hab. Utrinque in ſylvis montoſis, cæduis, rupibusque gramine veſtitis, umbroſis, dumetoſis frequens. Circa *Carlsruhe* in ſylva *Hauacker*, retro *Wolfartsweyher*, prope *Ettlingen* et alibi non infrequens.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Auguſto et Septembri maturat. ♃

Radix fibroſa. *Culmus* 1 - 2 - 3 pedalis, compreſſo-tetragonus, ſcabriusculus. *Folia* linearia, plana, glabra, margine et carina ſcabriuscula. *Ligulæ* loco margo brevis, fuſcus. *Panicula* 3 - 4 - 5 uncias longa, laxa, nutans, ſecunda, ſimpliciuscula. *Pedunculi* inferiores ſolitarii, ſubdiviſi, ſuperiores breviores, ſimpliciusculi. *Calycinæ* valvulæ ſubbifloræ, æquales, ovatæ, glabræ, e fuſco-purpurascentes, margine et apice albidæ. *Corollarum* valvulæ

ſubæquales, ovales, obtuſæ, pallide virideſcentes, ſuperne quandoque purpureæ, glabræ, calyce ſublongiores. *Rudimentum* tertii floris inter floſculos pedicellatum, turbinatum ſtaminibus et piſtillis deſtitutum. *Filamenta* baſi connata. *Antheræ* luteæ

Gramen pecoribus et feris maxime acceptum et conveniens; hinc ejus diſſeminatio et cultura, in locis montoſis petroſis, pratisque ſylvaticis, digna eſt, quam commendemus.

119. MELICA *uniflora* panicula rara, calycibus bifloris, floſculo altero hermaphrodito, altero neutro. *Retz. obſ. bot.* 1. *p.* 10. *n.* 9.

Melica *nutans* petalis imberbibus, panicula ſecunda, nutante, gluma uniflora. *Hudſ. fl. Angl. ed.* 2. *p.* 37. *n.* 1.

Melica *Lobelii* panicula ramoſa, foliorum vagina acuminata oppoſitifolia, radice repente. *Villars. fl. Delp.* 2. *p.* 89. *t.* 3.

Gramen avenaceum rariore grano nemorenſe Danicum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 434. — *Lobel. adverſ. p.* 466.

Icon. Curtis fl. Lond. t. 301. — *Oeder. fl. Dan. t.* 1144.

Germ. Einblumiges Perlgras.

Gall. Melique uniflore.

Hab. In montoſis ſylvaticis humidiuſculis, graminoſis, hinc inde non infrequens. Prope *dem Steinbacher Bad, Baden, auf der Herrenwieſe, auf dem Kaltenbrunn*, et alibi;

in Marggr. ſuperiore, *an dem Kaiſerſtuhl*; in aſcenſu montis *Blauen*, ad metallifodinam *Hausbaden*: in Alſatia prope *Barr auf dem Ottilienberg* legi.

Flor. Julio et Auguſto. *Semina* Septembri, Octobri maturat. ♃

Affinis præcedenti, differt tamen. *Ligula* breviſſima vix ulla. *Foliolo* ovato, acuminato, erecto, colorato, in anteriore parte oris vaginæ inſtructo. *Panicula* pedunculis, inferioribus geminis, altero breviore, 3-4-5 floris, longioribus, ſuperioribus ſolitariis prædita. *Calycibus* bifloris. *Floſculo* hermaphrodito, ſeſſili; *ſterili* pedicellato, imperfecto, ſtaminibus et piſtillis deſtituto.

Obſ. In horto ex ſeminibus culta, quoad floreſcentiæ ſtructuram, nullam mutationem experta eſt.

120. MELICA *cærulea* panicula coarctata, floribus cylindricis. *Linn. Syſt. veg. p.* 113. — *Pollich. fl. palat. n.* 85.

Aira *cærulea* foliis planis, panicula coarctata, floribus pedunculatis muticis convoluto-ſubulatis. *Linn. Sp. pl. p.* 95.

Arundo locuſtis bifloris, floribus conicis, petiolis, ſubvilloſis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1518.

Gramen arundinaceum minus, enode ſylvaticum. *Scheuchz. Agroſtr. p.* 209. *Bauh. pin.* 7.

Gramen paniculatum autumnale panicula anguſtiore ex viridi nigricante. *Tourneſ. inſt.* 525. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 135.

β. major: Gramen paniculatum autumnale panicula ampliore e viridi nigricante. *Scheuchz. Agroſtr. p.* 207. *tab.* 4. *fig.* 11. 12. — *Tourneſ. inſt.* 525. *Mapp. fl. Alſ.* 135.

Icon. *Curtis fl. Lond.* — *Oeder. fl. Dan. t.* 239. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 13. — *Leers. fl. herb. t.* 4. *f.* 7. (ſub Aira.)

Germ. *Blaues Perlgras. Blaue Wieſen-Schmiele.*

Gall. *Melique bleue.*

Hab. In pratis humidis, udis, ad aquas ſtagnantes, in ſylvaticis ſucculentis, udis, utrinque frequens; in pratis inter *Carlsruhe* et *Beuertheim* olim maxime udis, alibique frequens. *β.* præſertim in montoſis paſcuis uliginoſis *auf der Herrnwieſe, auf dem Kaltenbrunn;* in Marggr. ſup. *auf dem Blauen* et *Belchen* abunde. In Alſatiæ montoſis pone *Waſſerburg, Heiligenſtein, in dem Hagenauer Forſt* et alibi.

Flor. Auguſto et ſequente. *Semina* Octobri et Septembri maturat. ♃

Radix ſubbulboſa, baſi fibroſa. *Culmi* plures, 2-3-5 pedales, erecti, teretes, ſtriati, glabri, duri, ad baſin geniculo inſtructi, foliati: cæterum enodes, nudi. *Folia* radicalia culmeis anguſtiora, plana, linearia, longa, firma, ſtriata, apicem verſus involuta, lævia. *Ligulæ* loco villi breves. *Vaginæ* ſtriatæ, læves. *Panicula* 3-4-9-12 uncias longa, erecta, elongata, coarctata, e viridi, cærulea, quandoque e violaceo-ſaturate cærulea. *Pedunculi* plures, erecti, longi, flexuoſi, diviſi. *Ca-*

licynæ valvulæ inæquales 2 - 3 floræ, corolla breviores, violaceæ, uninerviæ. *Corolla* trinervia, marginibus involuta, conica. *Stylus* inter flosculos ex pedicello elongato, nudus, fæpe flosculo imperfecto inftructus. *Nectaria* duo apice crenata. *Antheræ* faturate cæruleæ. *Stigmata* plumofa, purpureo-cærulea. *Semen* oblongum fubfuscum.

α. *minor*: *Culmis* pedalibus fesquipedalibus. *Panicula* 2 - 4 uncias longa. *Calycibus* 1 - 2 floris, e cæruleo - viridescentibus.

β. *major*: *Culmis* fæpe 4 - 5 pedalibus. *Panicula* 7 - 12 uncias longa. *Calycibus* fubtrifloris, atro - cærulescentibus.

Culmi ex variatione majore, prælongi, firmi, fere enodes, ad varia opera commendanda; apud monticolas præsertim ad corbes, fcopas, pileos, tunicas contra pluviam fimpliciffimas, ad naffas piscatorum conficiendas, nec non ad ficcandos caseos adhibentur.

Gramen pecoribus nimis durum, ad firmandam terram fylvaticam fpongiosam, fucculentam maxime utile; hinc per diffeminationem ibi multiplicandum.

XXXVI. POA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 114.

Calyx Gluma multiflora, bivalvis, mutica: valvulae ovatae acuminatae. *Corolla* bivalvis: valvulae ovatae acutiusculae, calyce paullo longiores, margine fcariofae. *Nectarium* diphyllum, acutum feu lacerum, bafi gibbum. *Styli* reflexi, villofi. *Stigmata* fimilia. *Semen* unicum, oblongum, acuminatum.

121. POA *aquatica* panicula diffusa, spiculis sexfloris linearibus. *Linn. Sp. pl. p.* 98. — *Pollich. palat. n.* 86.

Poa altissima foliis latissimis, panicula amplissima, locustis distichis multifloris. *Hall. stirp. helv. n.* 1454.

Gramen palustre paniculatum altissimum. *Scheuchz. Agrostr. p.* 191. *t.* 4. *f.* 1.

Gramen aquaticum paniculatum latifolium. *Tournef. inst. p.* 523. — *Mapp. fl. Als. p.* 134.

Icon. *Curtis. fl. Lond. t.* 330. — *Oeder. fl. Dan. t.* 920. — *Leers. fl. herb. t.* 6. *f.* 5.

Germ. *Wasser-Rispengras.*

Gall. *Paturin aquatique.*

Hab. Utrinque ad fluviorum ripas, in paludibus, stagnis, piscinis, fossis aquaticis cum Stachy *palustri* et Lythro *Salicaria*: prope *Carlsruhe am Holzweg* versus et prope *Gottsau*; in stagnis ad Rhenum abunde.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri, Octobri maturat. ♃

Radix maxime repens. *Culmus* 3-4-5 pedalis, erectus, basi quandoque incurvus, teres, crassus, striatus, laevis, foliatus. *Folia* plana, latissima, nervo dorsali albo instructa, mucronata, deorsum scabra, saepe apicem versus undulata. *Ligula* longa obtusa. *Vaginae* subcompressae, striatae, glabrae. *Panicula* palmaris, pedalis, speciosissima, patens, diffusa. *Pedunculi* 4-5-7, maxime divisi, triquetri, scabri, superne flexuosi. *Spiculae* subcompressae, ovato-

lineares: inferiores subsexfloræ, superiores 7-9-10 floræ, ex viridi-purpurascentes, glabræ. *Calycinæ* valvulæ ovatæ, obtusæ, margine albidæ. *Antheræ* e violaceo-purpureæ.

Gramen durum quidem, sed prima ætate resectum et recens et siccatum pecoribus tamen imprimis bovibus bonum alimentum præbet.

Nota. Ob radices longe lateque per terram spongiosam repentes, in locis aquosis, succulentis, spongiosis, nec non in paludibus cultura ejus ad firmandam sensim terram, maxime commendanda.

122. POA *alpina* panicula diffusa ramosissima, spiculis sexfloris cordatis. *Linn. Sp. pl. p.* 99.

Poa latifolia culmo debili locustis quadrifloris, calycis glumis æqualibus, floralium dorso sericeo. *Hall. stirp. helv. n.* 1456.

Gramen alpinum paniculatum majus, panicula speciosa, variegata. *Scheuchz. Agrostr. p.* 186. — *App. t.* 3. (bona)

β. Poa *alpina vivipara.*

Gramen alpinum latifolium, panicula laxa foliacea, foliolis in panicula paucioribus et magis crispis. *Scheuchz. Agrostr. p.* 212. *t.* 4. *f.* 14.

Germ. Alpen-Rispengras.

Gall. Paturin des alpes.

Hab. In Marchionatus superioris monte *Belchen* in aridis.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri maturat. ♃

Radix fibrofa: fibris capillaribus. *Culmi* palmares et altiores, plurimi, erecti, teretes, ftriati, e viridi - cinerafcentes, glabri, fubfoliati. *Folia* radicalia cæfpitofa, plana, fubangufta, culmea breviora, apice mucronata, glabra, e cinereo viridia, marginibus deorfum afpera. *Ligula* membranacea, obtufa, albida, fubdiaphana. *Vaginæ* ftriatæ, glabræ. *Panicula* diffufa, ovata, denfa, uncialis et fefquiuncialis. *Pedunculi* fubbini, flexuofi, ramofi. *Spiculæ* ovatæ, pedicellatæ, confertæ, difttichæ, 3 - 4 - 5 - 6 floræ, ex viridi - violaceo - luteo - albido variæ. *Calycinæ* valvulæ fubæquales, ovatæ, acuminatæ, glabræ. *Corollæ* valvulæ dorfo fubvillofæ. *Antheræ* violaceo - cæruleæ.

β. vivipara, germinibus monftrofis in petala foliacea excrefcentibus.

Obf. Quandoque in eadem panicula flores fertiles et abortivi inveniuntur.

Egregium exhibet in alpinis, ovibus pabulum.

123. Poa *laxa* panicula contracta, fpiculis trifloris bafi dorfoque pubescentibus, culmo debili. *Hänke. Sudet. p.* 118. *Willdenow. Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 386.

Poa caule erecto, panicula rara, folliculis trifloris, bafi dorfove villofis. *Hall. ftirp. helv. n.* 1457.

Gramen alpinum paniculatum minus panicula fpadiceo - viridi elegans. *Scheuchz. Agroftr. p.* 163. — *App. t.* 4. (bona)

Germ. Schlaffes Alpen - Rifpengras.

Gall. Paturin laxe des alpes.

M 2

Hab. Et floret cum præcedente, in montis *Belchen* pafcuis. ♃

Affinis præcedenti, a qua autem differt. *Culmo* debiliore. *Foliis* anguftioribus magis viridibus. *Panicula* fimpliciori magis contracta. *Pedunculis* paucioribus laxioribus, magis flexuofis, fimplicioribus 1 - 2 - 3 floris. *Spiculis* 3 - 4. floris. *Calycinis* glumis longioribus, mucronatis. *Corollæ* valvulis bafi et carina manifefte villofo - pubefcentibus.

Nota. Individua noftratia perfecte fimilia fpeciminibus in Helvetia nec non in Pyrenæis lectis.

124. Poa *trivialis* panicula fubdiffufa, fpiculis ovatis obtufis fubtrifloris bafi pubescentibus, vaginis foliisque fubtus fcabris.

Poa *trivialis* panicula fubdiffufa, fpiculis trifloris bafi pubefcentibus, culmo erecto tereti. *Linn. Sp. pl. p.* 99.

Poa *pratenfis. Pollich. fl. palat. n.* 90. *Leyffer. fl. halenf. n.* 91. — *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 113.

Poa *dubia. Leers. fl. Herb. n.* 69. *t.* 6. *f.* 5.

Poa *fcabra. Ehrh. gram.* 72.

Poa *paluftris. Hoffm. fl. germ. p.* 29.

Poa panicula diffufa, locuftis trifloris villofis. *Hall ftirp. helv. n.* 1462. (*exclufo Scheuchzeri Synonymo.*)

Icon. Curtis fl. Lond. (*optima!*)

Germ. Gemeines Rifpengras; dreyblüthiges Rifpengras.

Gall. *Paturin commun; Paturin a trois fleurs.*

Angl. *Rough-ſtalked Meadow-Graſs.*

Hab. Utrinque in pratis, cultis, pomariis aggeribus, foſſis paſcuisque humidis præſertim in Rheni vicinia hinc inde abunde.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio, Auguſto maturat. ♃

Radix fibroſa, capillacea. *Culmus* 1-2-3 pedalis et longior, erectus, baſi ſub terra et ex parte ſupra terram repens, teres, ſtriatus, foliatus, ſuperne nudus, ſcabriusculus. *Folia* linearia, plana, latiuscula, ſubtus læviuscula, ſuperne marginibusque ſcabra. *Ligula* magna, longa, acuminata! *Vaginæ* ſubcompreſſæ, ſtriatæ, ſcabræ. *Panicula* digitalis, palmaris, erecta, diffuſa. *Pedunculi* 5-6-7-9 verticillato-faſciculati, diviſi, patentes, flexuoſi, baſi ſubincraſſati, ſcabri. *Spiculæ* parvæ 2-3-4 floræ, ovato-acuminatæ, ſubcompreſſæ. *Calycinæ* valvulæ inæquales, acuminatæ, dorſo-carinatae, ſcabrae. *Corollæ* valvulae calyce paullo majores, baſi et dorſo villoſo-lanuginoſæ. *Antheræ* violaceae, demum cinerae.

Nota. Hæc eſt vera P. trivialis Linnaei quæ peculiari in omnibus fere partibus ſcabritie, et Ligula maxima ab affini Poa angustifolia et P. pratensi diſtinguitur.

Obſ. Quando valvulæ corollinæ ex calycinis glumis extrahuntur lanugo conſpicitur, huic et P. pratensi quousque observavi propria. Curtis l. c.

Gramen egregium pecoribus alimentum præbet, etiam ovibus acceptum.

125. POA *angustifolia* panicula diffusa, spiculis subquadrifloris pubescentibus, foliis infimis filiformibus involutis.

Poa *angustifolia* panicula diffusa, spiculis quadrifloris pubescentibus, culmo erecto tereti. *Linn. Sp. pl. p.* 99. *Pollich. fl. palat. n.* 89. — *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 112. — *Leers fl. Herb. n.* 67. *t.* 6. *f.* 3.

Poa spiculis quadrifloris pubescentibus, culmo erecto tereti lævi, membrana foliorum brevi truncata, foliis radicalibus filiformibus involutis. *Leysser. fl. halens. n.* 90.

Poa *glabra. Ehrh. gram.* 62.

Poa foliis duris se convolventibus, locustis quadrifloris villosis. *Hall. stirp. helv. n.* 1460.

Gramen pratense paniculatum majus angustiore folio. *Bauh. pin.* 2. *prodr.* 5. — *Scheuchz. Agrostr.* 178.

β. *Minor*: panicula unciali biunciali; foliis brevioribus magis angustatis: radicalibus recurvis.

Poa *trivialis. Pollich. fl. palat. n.* 88. *Leers. fl. Herborn. n.* 66. *t.* 6. *f.* 2. *Roth. fl. Germ.* 2. *p.* 112. — *Hoffm. fl. Germ. p.* 29.

Poa panicula stricta locustis bifloris, folliculis basi pilosis. *Hall. stirp. helv. n.* 1468.

Germ. Schmalblättrichtes Rispengras.
Gall. Paturin a feuilles étroites.

Hab. Utrinque in pratis, dumetis, aggeribus, ad viarum verfuras circa *Carlsruhe* et alibi frequens. β. in pascuis montofis, collinis aridis, arenofis et calcareis tenui gramine veftitis cum Alyffo *campeftri*, Thymo *ferpyllo* et Poa *criftata:* retro *Durlach auf dem Thurnberg*, in collibus retro *Grötzingen*; in collibus praealtis prope *Iftein* in Marchionatu fuperiore cum Stipa *pennata* et Melica *ciliata*; in Sponhemia prope *Weyler*, *Martinftein* et *auf der Abtey* in collibus ficcis.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio et Augufto maturat. ♃

α. *major:* *Culmi* 1-2-3 pedales, erecti, bafi quandoque incurvati, teretes, laeves. *Folia* radicalia erectiuscula, anguftiffima, longa, pagina fuperiore fubpubescentia, demum involuta, filiformia, culmea latiuscula, plana, obtufiuscula, firma, laevia, fubtus ftriata glabra. *Ligula* brevis truncata. *Vaginæ* longae, ftriatae, glabrae. *Panicula* 4-6 uncias longa, erecta, diffufa, maxime ramofa. *Spiculæ* ovato-lanceolatae, compreffae, 3-4-5 florae, ex viridi-albo-purpurascentes, quandoque pallide virentes. *Glumæ calycinæ* corollinis paulo minores. *Corollæ* valvulae bafi et dorfo villofae. *Antheræ* e purpureo-violaceae, demum pallide luteae.

β. *minor:* *Culmi* e radice copiofiores, palmares, pedales, vix altiores, erecti, ftricti, laeves. *Folia* radicalia brevia, angufta, demum involuta, filiformia, recurva, culmea latiuscula, erecta, ftriata, margine deorfum fcabriuscula. *Ligula* brevis truncata. *Vaginæ* glabrae, ftriatae, ex glauco vel purpureo-vi-

ridescentes. *Panicula* erecta, subdiffusa, 1-2 uncialis, vix major. *Pedunculi* subbini, terni, raro quini, scabriusculi, divisi. *Spiculæ* 3-4-5-7florae, ovato-lanceolatae, spadiceo-purpureae. *Flosculi* magis colorati, splendentes quam in α. dorso et basi villosiusculi.

Varietate α. prata sæpe abundant et egregium pecoribus recens et siccata pabulum præbet.

Varietas β. in collibus sterilibus, nec non in aridis sabulosis magis multiplicanda, egregium et peracceptum ovibus pabulum exhibet; simulque arenam figit.

Obs. β. vix separanda à P. angustifolia, in quam quidem in horto culta, abiit.

126. Poa *pratensis* panicula diffusa, spiculis quinquefloris glabris, culmo erecto tereti. *Linn. Sp. pl. p.* 99.

Poa *trivialis* spiculis trifloris basi pubescentibus, culmo erecto tereti, membrana foliorum brevi, truncata, foliis planis, vaginis glabris. *Leysser. fl. halens. n.* 89.

Poa *serotina*. *Ehrh. gram.* 82.

Poa panicula diffusa, locustis trifloris glabris. *Hall. stirp. helv. n.* 1465.

Gramen pratense paniculatum majus. *Bauh. theatr. p.* 28. — *Scheuchz. Agrostr. p.* 177. *t.* 3. *f.* 17. A.

Gramen pratense paniculatum majus, latiore folio, Poa Theophrasti. *Bauh. pin.* 2. — *Tournef. inst.* — *Mapp. Als.* 133.

Icon. *Curtis. fl. Lond.* — *Leers. fl. Herborn.* *t.* 6. *f.* 4. (bona)

Germ. *Wiesen-Rispengras.*

Gall. *Paturin des Prés.*

Angl. *Great-Meadow-grass.*

Hab. Utrinque in pratis ſucculentioribus, aquoſis, riguis, ad rivulorum ripas frequens. Amat prata fertiliſſima.

Flor. Julio, Auguſto. *Semina* Septembri maturat. ♃

Radix repens. *Culmi* 3-4-5 pedales, erecti, ſtricti, teretes, ſtriati, glabri, foliati. *Folia* latiuscula, plana, margine ſcabriuscula, laete viridia. *Ligula* brevis, obtuſa, ſaepe fiſſa. *Vaginæ* ſtriatae, glabrae. *Panicula* ſpecioſa, 5-7 uncialis, ſubdiffuſa, erecta. *Pedunculi* longi, patentes, hiſpiduli, diviſi. *Spiculæ* ſaepe quinqueflorae, quandoque triflorae, rarius biflorae, ovato-lanceolatae, acutae, compreſſae. *Calycinæ* valvulae inaequales, exterior, mucronata, carina per lentem hiſpidula. *Corollæ* valvulae ſubaequales, altera concava, dorſo carinata, ſcabriuscula, altera planiuscula, baſi villoſo-lanuginoſae. *Antheræ* rubello-violaceae, caeruleae, demum ochroleucae.

Nota. Specimina in loco ſucculentiori riguo obvenientia, ſpecioſiora: Panicula 7—8 unciali, Spiculis ſæpiſſime trifloris inſtructa ſunt; talia a quibusdam ſub Poa paluſtri ventilantur. A Poa triviali ſtatim Ligula obtusa brevi diſtinguitur.

Egregium in pratis gramen, prata fertiliora indicans; bonum et pecoribus maxime acceptum pabulum præbet.

[illegible]. *Poa [illegible]* panicula diffusa, spiculis [illegible] glumis acutissimis. *[illegible] pal. n. 8[illegible].*

Poa [illegible] panicula diffusa, spiculis [illegible] scabris: [illegible] gluma exteriori tri- interiori [illegible]. *Schrad. Spic. fl. germ. p. 3. — Willdenow. Linn. Sp. pl. 1. p. [illegible].*

Poa trinervata. Ehrh. Beitr. 6. p. 131.

Germ. Wald - Rispengras.

Gall. Paturin des bois.

Hab. Hinc inde in sylvaticis montosis retro *dem Bad Steinbach*, prope *Herrenalb, Frauenalb, Baden, Lichtenthal*; in Marchionatu superiore in sylvaticis prope *Müllheim* legit *Vulpius*; in Palatinatu circa *Heidelberg* et *Neckargemünd* teste *Pollichio.*

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto et Septembri maturat. ♃

Radix fibrosa, e fusco - albida. *Culmi* e radice plurimi, 2 - 3 pedales, erecti, teretes, striati, glabri, glauco - viridescentes. *Folia* linearia, plana, latiuscula, striata, deorsum scabriuscula, dorso nervo albo instructa. *Ligula* laciniata, membranacea, albida. *Vaginæ* striatæ, glabræ, retrorsum scabriusculæ. *Panicula* erecta, diffusa, ante et post florescentiam conferta, ex albido - viridis. *Pedunculi* gemini, filiformes, hispiduli, diviti. *Spiculæ* 4 - 5 - 6-floræ, ovato - oblongæ, compressæ. *Calycinæ* valvulæ inæquales, lanceolatæ, carinatæ, acuminatæ, glabræ: valvula altera breviori magis

angustata. *Corollæ* valvulæ subæquales, calyce longiores, lanceolato-acuminatæ, per lentem hispidulae, exterior compressa, trinervata, interior binervata, margine diaphana.

Bonum feris et pecoribus pabulum præbet, simulque terram sylvaticam firmat.

128. POA *salina* panicula diffusa, spiculis septemfloris linearibus, culmo basi subrepente, spicularum glumis omnibus obtusissimis. *Pollich. fl. palat. n.* 89.

Poa *distans* paniculae ramis subdivisis, floribus quinquefloris: flosculis distantibus obtusis. *Linn. Mant.* 32.

Germ. *Salz-Rispengras.*

Gall. *Paturin des salines.*

Hab. Praesertim ad salinas in pratis et ad pratorum fossas: prope *Bruchsal* ad salinas, frequens. Amat terram muria repletam. In Palatinatu in pratorum fossis ad salinas circa *Dürckheim*, *Creutznach*, *Mannheim*, prope *Friedberg* abunde; passim quoque in agris circa *Worms*, *Lambsheim* reperitur teste *Pollichio*.

Flor. Majo, Junio. *Semina* maturat Julio, Augusto. ♃

Radix repens, fibrosa. *Culmi* 2-3-4 pedales, erecti, basi decumbentes, teretes, glabri, molles, ex glauco-virides, foliati, inferne saepe ramosi. *Folia* linearia, plana, latiuscula, striata, deorsum scabriuscula, glauco-viridia. *Ligula* obtusa, albida. *Vaginæ* striatae, glabrae. *Panicula* 4-6-9 uncialis, erecta,

contracta, florens diffusa. *Pedunculi* 6-7 fasciculati, filiformes, subflexuosi, inaequales, divisi, per lentem hispiduli. *Spiculae* saepe 5-7, quandoque 3-4-8 florae, sublineares, compressae, glabrae, viridescentes, apice albidae, purpureo mixtae. *Calycinae* valvulae inaequales, ovatae, obtusae, glabrae, cum Corollae valvulis margine et apice membranaceae, splendentes, albidae. *Antherae* pallide luteae.

Nota. Non confundenda cum Aira aquatica cum qua promiscue crescit.

Obs. In horto ex seminibus culta, mutationi non succubuit ulli. Specimina Austriaca, Viennae ab amico lecta, mihi missa, a nostrate nullo modo differunt.

Nota. Semper fere indicat solum muria repletum; etiam in regionibus calidioribus, in Hispaniae, praesertim Aragoniae et Cataloniae salsis vidi.

Egregium pecoribus exhibet pabulum, maxime acceptum et salubre.

129. POA *annua* panicula diffusa angulis rectis, spiculis obtusis culmo obliquo compresso. *Linn. Sp. pl. p.* 99. — *Pollich. fl. palat. n.* 89.

Poa culmo infracto, panicula triangulari, locustis trifloris glabris. *Hall. stirp. helv. n.* 1466.

Poa *humilis*. *Ehrh. germ.* 115.

Gramen pratense paniculatum minus. *Bauh. pin.* 2. — *Scheuchz. Agrostr.* 189.

Gramen pratense paniculatum minus album. *Tabernaem. hist. p.* 519. *Icon. Bauh. pin.* 3. — *Mapp. fl. Als.* 134.

β. Gramen pratenſe minus rubrum. *C. Bauh. pin.* 3. — *Mapp. fl. Alſ.* 134.

Gramen paniculatum minus rubrum. *Tabernæmont. hiſt. p.* 519. *Icon.*

Icon. α. *Curtis. fl. Lond.* — *Leers. fl. Herb. t.* 6. *f.* 1.

Germ. *Einjähriges Riſpengras.*

Gall. *Paturin annuelle.*

Angl. *Annual Meadow-Graſs.*

Hab. Utrinque in hortis, cultis, viis, abunde. β. In Alſatia ſuperiore inter *Hohen-Königsberg* et *Oberneh* teſte *Tabernæmontano*, *auf dem Hochgebirg auf Hochfelden* teſte *Mappo*.

Flor. a Martio per totam æſtatem et adhuc hyeme ſæpe ſub nive. ⊙

Radix maxime fibroſa. *Culmi* digitales, palmares et altiores, plures, ſemiprocumbentes, ſubinfracti, quandoque inter alia gramina ſuberecti, ex tereti compreſſiuſculi, glabri, teneri, inferne quandoque ramoſi. *Folia* carinata, brevia, glabra, ſæpe transverſe undulata, margine deorſum aſperiuscula. *Ligula* acuminata, ſæpe fiſſa, alba. *Vaginæ* compreſſæ, læves, ſtriatæ. *Panicula* triangularis, compreſſiuscula, diffuſa, ſesquiuncialis, ſubſecunda. *Pedunculi* ſubbini, inæquales, apice ſolitarii, patentes. *Spiculæ* 3-4-5-floræ, ovato-lanceolatæ, obtuſæ, compreſſæ, ex viridi-albo-purpurascentes, quandoque albide-virentes. *Flosculi* baſi tomentoſo-ſubvilloſi. *Styli* duo ramoſiſſimi, pellucidi. *Antheræ* bifurcæ, flaveſcentes.

Gramen per totum fere annum floridum, in hortis saepe ob nimiam abundantiam vitium; ovibus et pecoribus gratum; simul arenam figit.

Nota. Variationem rubram β. non vidi; secundum Tabernaemontanum autem simillima variationi α. abs qua modo differre videtur Culmis spiculisque rubellis; non confundenda cum Gramine pratensi paniculato minore rubro. Scheuchzeri Agrostr. p. 190.

130. POA *compressa* panicula secunda, coarctata, culmo obliquo compresso. *Linn. Sp. pl. p.* 101. — *Pollich. fl. palat. n.* 93.

Poa culmo compresso declinato, locustis distichis sexfloris. *Hall. stirp. helv. n.* 1455.

Gramen murorum radice repente. *Bauh. pin.* 2. *prodr.* 2.

Gramen paniculatum radice repente, culmo compresso. *Vaill. bot. paris.* 91. *t.* 18. *f.* 5.

Gramen paniculatum radice repente, culmo compresso, locustis distichis pulchellis. *Scheuchz. Agrostr. p.* 198.

Icon. *Leers. fl. Herb. t.* 5. *f.* 4.

Germ. *Zusammengedrücktes Rispengras.*

Gall. *Paturin comprimé.*

Angl. *Flat-stalked-Meadow-Grass.*

Hab. Utrinque in agris, vineis, muris, rupibus frequens.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto, Septembri maturat. ♃

Differt a præcedenti. *Radice* fubrepente, perenni. *Culmis* altioribus, pedalibus, fesquipedalibus, magis compreffis, plurimis geniculis inftructis. *Ligula* obtufa. *Panicula* coarctata, fecunda. *Spiculis* 5-6-7-9 floris, magis approximatis, acutiusculis.

Gramen adhuc tenellum ovibus acceptum; arenam figit.

131. POA *Eragroftis* panicula patente pedicellis flexuofis, fpiculis ferratis, decemfloris. *Linn. Sp. pl. p.* 100.

Poa locuftis diftichis decemfloris, calycibus acutis. *Hall. ftirp. helv. n.* 1450. (*exclufo Morifoni fynonymo*, quod ad Brizam *minorem* pertinet.)

Gramen paniculis elegantiffimis minimum, *Tournef. inft. p.* 522. — *Scheuchz. Agroftr. p.* 192.

Gramen phalaroides fparfa brizæ panicula minus. *Barrel. Icon.* 44. *f.* 2.

Icon. Schreb. Gräf. 2. *t.* 38. *p.* 81.

Germ. Liebliches Rifpengras; mittleres Amurett-Gras.

Gall. Paturin Eragrofte.

Hab. In arenofis, et muris: circa Bafileam ad fepes, viarum aggeres et in arenofis, tefte *Lachenalio*; in arenofis ad *Wiefæ* fluvium vidi.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augufto, Septembri maturat. ☉

Radix fibrofa, albida. *Culmi* 3-4-9 unciales, plurimi, bafi procumbentes, debiles,

teretes, striati, glabri. *Folia* linearia, plana, quinquenervia, superne margineque scabra, basi pilis albidis prædita. *Ligula* brevis, apice fissa, pellucida. *Vaginæ* striatæ, rariter pilosæ. *Panicula* 2-3-4-uncias longa, angusta. *Pedunculi* subsolitarii, distichi, divisi. *Spiculæ* 5-10-15 floræ, distichæ, imbricatæ, lanceolato-subulatæ, compressæ, viridescentes, sæpe fusco-purpurascentes. *Calycinæ* valvulæ inæquales, carinatæ, glabræ, corolla breviores. *Corollæ* valvula exterior ventricosa, compressa, glabra, trinervia. *Antheræ* subrotundæ, albidæ.

Nota. Non confundenda cum affini P. pilosa, quam hucusque in patrio solo frustra quæsivi, et quæ per plures annos, quasi spontanea cum P. Eragrostide et affini altera: Briza Eragrosti, hinc inde in viis horti Botanici Carlsruhensis crescebat.

132. Poa *nemoralis* panicula attenuata spiculis subbifloris, mucronatis, scabris, culmo incurvo. *Linn. Sp. pl. p.* 102. — *Pollich. fl. palat. n.* 94.

Poa culmo debili, panicula nutante, locustis bifloris, folliculis subvillosis. *Hall. stirp. helv. n.* 1469.

Gramen paniculatum angustifolium alpinum locustis rarioribus et angustioribus, non aristatis. *Scheuchz. Agrostr. p.* 164. *app. t.* 2.

β. Culmis brevioribus flosculis sæpe sterilibus; spongia villosa circa genicula.

Gramen cirrhosa et villosa spongia ad singula genicula donatum, panicula-

tum

tum minimum alpinum. *Boccon. muf.* 2. *p.* 70. *t.* 59. — *Pollich. l. c.*

Icon. *a.* *Leers. fl. Herb. t.* 5. *f.* 3.

Germ. *Feines Wald-Rifpengras.*

Gall. *Paturin des bois fin.*

Hab. Utrinque ad radices montium fylvaticas, umbrofas, in muris, rupibus, dumetis et fylvis: retro *Wolfartsweyher*; in fylvaticis montofis prope *Ettlingen* et alibi non infrequens.

Flor. Majo, Junio, Julio. *Semina* maturat Augufto et Septembri. ♃

Radix fubrepens, fibrofa. *Culmi* 1-2-3-pedales, teretes, glabri, debiles, erecti, bafi quandoque incurvi, apice cum panicula antrorfum curvati. *Folia* linearia, plana, angufta, fuperne deorfum fcabra. *Ligula* breviffima, obtufa. *Vaginæ* obfolete carinatæ, ftriatæ, glabræ, inferiores fcabriufculae. *Panicula* 3-7 uncialis, lanceolata, angufta, coarctata, florens patens, nutans. *Pedunculi* tenelli, 4-5 fafciculati, divifi, fubflexuofi, pauciflori. *Spiculæ* biflorae, rarius triflorae, compreffæ, lanceolatæ, dilute fufcæ, demum lutescentes. *Calycinæ* valvulæ lanceolatæ, mucronatæ, fcabræ, longitudine corollæ. *Corollæ* valvulæ mucronatæ, fcabræ, bafi fublanuginofæ. *Antheræ* fusco-purpurafcentes, demum fulvæ.

Varietas β. minor: *Panicula* pauciflora, fuberecta, fere racemofa. *Flosculis* plerumque fterilibus. Ex inferioribus geniculis et quidem e culmi fiffura, fibræ enafcuntur numerofæ, purpurascentes, glomeratim arcte implexæ, nodum et culmi par-

tem undique ambientes; veræ funt excrefcentiæ fibrarum radicalium, a nimio fucco nutritio enatæ, quibus deciduis gramen forte propagatur. *Leers. l. c. p.* 31.

Egregium in fylvis pabulum feris præbet.

133. Poa *bulbofa* panicula fecunda patentiuscula, fpiculis quadrifloris. *Linn. Sp. pl. p.* 102. — *Polliah. fl. pal. n.* 95.

Poa foliis bulbofis, panicula diffufa, locuftis quadrifloris, folliculis fubvillofis. *Hall. ftirp. helv. n.* 1461.

β. *prolifera:* panicula crifpa monftrofa.

Gramen paniculatum proliferum. *Tournef. inft. p.* 523. — *Mapp. fl. Alf. p.* 134.

Gramen arvenfe panicula crifpa. *Bauh. pin.* 3, *prodr.* 6. *Icon.*

Gramen arvenfe anguftifolium panicula denfa foliacea, foliolis in panicula anguftiffimis. *Scheuchz. Agroftr. p.* 211. *t.* 4. *f.* 13. *A. B. C.*

Icon. α. *Monti. prodr.* 38. *t.* 13. β. *Barrel. Icon. t.* 703.

Germ. Knollen-Rifpengras.

Gall. Paturin bulbeux.

Hab. In arvis agrisque aridis fabulofis, collibus et vineis. Circa *Carsruhe* in arvis fabulofis Rhenum verfus prope *Eckenftein* et *Graben* rarius; in Marchionatu fuperiore in agris fabulofis prope *Zienken* rariffimam legit *Vulpius*; in agris ficcisque locis ad

ripam Rheni et Wiesæ legit olim *C. Bauhinus;* in Alsatia prope Argentinam in pascuis duris lapidosis *juxta dem Rheingiessen* teste *Mappo;* in Palatinatu in agris frumentaceis circa *Steinbach;* in collibus siccis juniperinis proxime *Dürckheim, Umstein, Calstadt, Herxheim;* prope *Lauterecken* in vineis; in monte *Oppenheimensi* cui arx inædificata, teste *Pollichio.* In Principatu superiore in sabulosis siccioribus ad Lacum passim vidi. In Sponhemia in agris, collibus aridis, et vineis ad Mosellam et fluvium *die Nahe* frequentem vidi.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio et Augusto maturat. ♃

Radix fibrosa. *Culmi* palmares, pedales, erecti, basi ad genicula subcurvati, striati, glabri, basi incrassati, bulbosi. *Folia* angusta, fere setacea, brevia, ad radicem conferta, cæspitosa, fasciculata, ex bulbulis compactis quasi prodientia. *Ligula* acuminata, alba. *Vaginæ* glabræ, striatæ, sæpe more foliorum purpurascentes. *Panicula* 1 - 2 uncialis, erecta, densa, multifaria, plus minusve crispata aut undulata. *Pedunculi* subbini, breves, divisi. *Spiculæ* subquadrifloræ, cordato - lanceolatæ, compressæ, subdistichæ, sæpe maxime proliferae, longæ, appendiculatæ, foliaceæ, ex glauco - viridi - violaceæ. *Calycinæ* valvulæ inæquales, lanceolatæ, acuminatæ. *Corollæ* valvulæ inæquales, exterior major, lanceolata, carinata, apice sæpissime in folium unciale undulato-flexuosum sese terminans. *Flosculi* fere omnes in individuis nostratibus steriles: antheris stylis, seminecque destitutis: supremi bulbiferi, proliferi, foliacei.

Gramen adhuc tenellum ovibus acceptum, simul arenam figit.

134. POA *cristata* panicula spicata, calycibus subpilosis subquadrifloris, pedunculo longioribus, petalis aristatis. *Linn. Syst. veg. p.* 94. — *Pollich. fl. palat. n.* 96.

Aira *cristata* panicula spicata, calycibus subtrifloris pedunculo longioribus, petalis subaristatis inæqualibus. *Linn. Sp. pl. p.* 94.

Festuca locustis bifloris mucronatis, confertis, imbricatis, paniculatis in spicam congestis, *Hall. stirp. helv. n.* 1444.

Gramen spica cristata subhirsutum. *Scheuchz. Agrostr. p.* 166. — *Tournef. inst. p.* 519. — *Mapp. fl. Als. p.* 131.

Icon. Leers. fl. Herborn. t. 5. *f.* 6.

Germ. Kammartiges Rispengras.

Gall. Paturin à crete.

Hab. Utrinque præsertim in marginalibus sterilibus tenui gramine vestitis, calcareo argillaceis, collibus sterilibus aridis, et sabulosis, juniperitis frequens; in monte *Thurnberg* et tractu montium adjacentium.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio et Augusto maturat. ♃

Radix fibrosa, densa. *Culmi* 1-2-3-4 pedales, erecti, stricti, teretes, glabri, a basi ad medium fere foliati. *Folia* infima angustio-

ra, culmea plana, latiora, ſubtus nuda, ſupra pubescentia, marginibus ſubciliatis, ſcabris. *Ligula* breviſſima, truncata, ſubciliata, e purpureo-fusca. *Vaginæ* inferiores villoſiusculæ, ſuperiores longæ, ſtriatæ, nudæ, ſcabriusculae. *Panicula* 1-2-3-7 uncialis, ſpicaeformis, florens patula, ante et poſt florescentiam contracta, ſpicam aemulans teretem. *Pedunculi* infimi ſubgemini, breves, pubescentes, ſcabri, diviſi. *Spiculæ* 2-3 rarius 4-florae, ovatae, acuminatae, compreſſae, purpureo-argenteo, ſplendentes. *Calycinæ* valvulae inaequales, compreſſae, carinatae, mucronatae, pellucidae, ſubciliatae, ſcabrae. *Corollæ* valvulae longitudine calycis, ſubariſtatae, dorſo ſcabrae. *Antheræ* violaceo-purpuraſcentes, demum pallide luteae.

Variat. Spiculis nudis laevibus.

Bonum et acceptum ovibus in collibus ſterilibus aridis pabulum. Arenam figit. et viarum verſuras præruptas condenſat; hinc ejus diſſeminatio in locis hujus indolis, præſertim ad vias publicas maxime commendanda.

135. Poa *dura* panicula ſecunda; ſpiculis alternis, ſeſſilibus, obtuſis, adpreſſis, rigidis, ſoliis carinatis.

Poa *dura*. *Scopol. fl. carn. ed.* 2. *n.* 101. *Roth. fl. Germ.* 2. *p.* 121,

Feſtuca *dura*. *Villars. fl. Delph.* 2. *p.* 94. *n.* 2.

Cynoſurus *durus* ſpiculis alternis ſecundis, ſeſſilibus rigidis, obtuſis appreſſis. *Linn. Sp. pl. p.* 105, — *Pollich. fl. palat. n.* 100.

Lolium procumbens, ſpica diſticha, locuſtis teretibus trifloris. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1419.

Gramen loliaceum majus ſupinum ſpica multiplici. *C. Bauh. prodr. p.* 19.

Gramen arvenſe polypodii panicula craſſiore. *Barrel. Icon. t.* 50.

Icon. *Pollich. ſl. palat. t.* 1. *f.* 1.

Germ. *Hartes Riſpengras; hartes Kammgras.*

Gall. *Paturin rude; Cynoſure rude.*

Hab. Ad ſabuloſas vias prope *Graben* rarius; in Sponhemiae viis ſabuloſis circa *Winningen* ad Moſellam, prope *Monzingen* et *Martinſtein* ad fluvium *die Nahe*; in Palatinatus parte transrhenana ad vias arenoſas inter pagum *Standebühl* et *Berſtadt*, inter *Staudernheim* et *Odernheim*; in viis gramineis inter *Alzey* et *Alwig* cum Cochlearia *Coronopo* teſte *Pollichio.*

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio, Auguſto maturat. ☉

Radix fibroſa. *Culmi* 2-3-5 unciales, plurimi, decumbentes, obſolete ex tereti compreſſi, ſtriati, duri, glabri, inferne ſaepe ramoſi. *Folia* plana, carinata, glabra. *Ligula* obtuſiuſcula, alba. *Vaginæ* glabrae, ſtriatae, ſubcompreſſae. *Panicula* ſemiunciam ad unciam longa, erecta, lanceolata, compreſſa, ſpicata, unilateralis, diſticha, dura. *Pedunculi* breviſſimi, ſubſolitarii, alterni, ſubconferti. *Spiculæ* ſubtriflorae, lineari-lanceolatae, compreſſae, obtuſae, imbricatae, rigidae, durae. *Calycinæ* valvulae maxime inaequales, ovato-

lanceolatae, obtusae, carinatae, striatae, compressae, dorso virides, margine membranaceae, albidae. *Corollae* valvulae calyce majores illique similes. *Antherae* pallide luteae, demum albidae.

Nota. Ob absentiam receptaculi proprii unilateralis foliacei Cynosuro proprii, omni jure à Cynosuri genere removenda.

Obs. Sic et Cynosurus Lima receptaculo proprio destitutus, Poae generi reddendus. Ill. Loefling qui hoc pulcherrimum gramen primus observavit, calycum valvulas majores, in altera parte spicae quasi pinnam vel receptaculum commune mentientes, sine dubio pro peculiari parte agnovit.

XXXVII. BRIZA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 115.

Calyx gluma multiflora bivalvis, patens flores in spiculam cordatam distícham colligens. *Corolla* bivalvis: valvula superior plana minima. *Nectarium* diphyllum lineare, crenulatum. *Stigmata* plumosa. *Semen* unicum subrotundum, compressum, minimum.

136. Briza *media* spiculis ovatis calyce flosculis (7) breviore. *Linn. Sp. pl. p.* 103. — *Pollich. fl. palat. n.* 97.

Poa petiolis tenuissimis, locustis ovatis. *Hall. stirp. helv. n.* 1448.

Gramen paniculatum tremulum majus locustis candicantibus et phoeniceis *Tournef. inst. p.* 523. — *Mapp. fl. Als. p.* 136.

Gramen tremulum majus. *Bauh. pin.* 2. *theatr. p.* 22. — *Scheuchz. Agroſtr. p.* 205. *t.* 4. *f.* 9.

Gramen leporinum, gramen tremulum. *Tabernæmont. p.* 231. *Icon.*

Icon. Oeder. ſl. Dan. t. 258. — *Leers. ſl.* Herborn. *t.* 7. *f.* 2. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 14. *n.* 144.

Germ. Wieſen-Zittergras; Haſenbrod.

Gall. Brize tremblante. Amourettes tremblantes.

Angl. Middle Quaking-graſs. Cow-quakes. Shakers. Ladies-hair. Birds-eyes.

Hab. Utrinque in pratis ſiccioribus. Amat praeſertim prata montoſa.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio et Auguſto maturat. ♃

Radix fibroſa. *Culmus* 1-2 pedalis, erectus, teres, ſtriatus, glaber, Foliatus. *Folia* linearia, plana, anguſta, ſuperiora ſcabriuscula. *Ligula* truncata, brevis, prominula. *Vaginæ* ſtriatae, laeves. *Panicula* 2-3-4 uncialis, triangulari-ſubrotunda, florens maxime divaricata. *Pedunculi* bini, capillares, flexuoſi. *Spiculæ* in panicula 20-35 ſeptemflorae, ovato-cordatae, nitidae, glabrae, coloratae, nutantes, tremulae. *Antheræ* purpureo-violaceae aut luteae.

Variat. Spiculis 9-11 floris minus coloratis ex viridi-albidis.

Bonum et acceptum pecoribus et ovibus præſertim in pratis montanis ſiccioribus pabulum.

137. BRIZA *minor* ſpiculis triangulis, calyce flosculis (7) longiore. *Linn. Sp. pl. p.* 102. — *Desfont. fl. Atlant.* 1. *p.* 77. — *Villars. fl. Delph.* 2. *p.* 137. *n.* 2.

Poa petiolis tenerrimis, locuſtis triangularibus. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1449?

Gramen paniculatum minus locuſtis parvis tremulis. *Tournef. inſt. p.* 523. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 136?

Gramen tremulum ſeu phalaroides minus, lata ſparſa panicula. *Barrel. Ic. t.* 16.

Gramen tremulum minus locuſta deltoide. *Moriſ. hiſt.* 3. *Sect.* 8. *tab.* 6. *fig.* 47. (*optima.*)

Germ. *Kleines Zittergras.*

Gall. *Brize tremblante mineur.*

Hab. In Alſatia circa Argentoratum in pratis aridis *vor der Ganſau, in dem Eckbolsheimer Wald; in dem Oſtwinkel* (?) referente *Mappo.*

Flor. Majo, Junio. Julio *Semina* maturat. ♃

Nota. Gramen certo delendum ex flora Helvetiæ Alſatiæ et Germaniæ. Specimina a C. Bauhino, Scheuchzero, Hallero, Mappo, Rothio aliisque in Germaniæ paſſim floris allegata, non huc, ſed ad variationem levidensem Br. mediæ pertinent.

Obſ. I. Mappi gramen in regione Argentoratenſi plantarum ditiſſima Ostwinkel dicta. ante viginti jam annos cum b. Herrmanno profeſſore, præceptore amiciſſimo maxime venerando, ſub Briza

minore lectum, in herbario meo hucusque servatum: est Briza media spiculis subminoribus pallide albidis.

Br. minorem veram in arvis aridis, ad viarum versuras et margines Galliæ meridionalis et Hispaniæ legi. Differt a Br. media: Culmis demissioribus magis exsuccis, basi incurvis, majoribus geniculis instructis, Foliis mollibus, pubescentibus. Panicula magis ovata, delicatula. Pedunculis capillaribus tenerrimis magis divaricatis. Spiculis 5 - 7 floris, in panicula semper copiosioribus 60 - 70 - 80 - 95. exacte triquetris, obtusis, duplo fere minoribus, sæpissime pallide ex luteo-albidis. Antheris exiguis albidis.

Obs. II. In horto é seminibus ex Hispania allatis culta, nullam mutationem passa est.

XXXVIII. DACTYLIS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 117.

Calyx Gluma multiflora bivalvis flosculos in spiculam ovato - oblongam colligens; valvula interiore majore. *Corolla* bivalvis: valvula inferior major acuta mucronata s. aristata; interior acute bifida. *Nectaria* duo lanceolata, acuminata basi gibba. *Styli* patentes. *Stigmata* plumosa. *Semen* unicum, oblongum, hinc sulcatum.

138. DACTYLIS *glomerata* panicula secunda glomerata. *Linn. Sp. pl. p.* 105. *Pollich. fl. palat. n.* 98.

Bromus locustis tetranthis fasciculatis, imbricatis. *Hall. stirp. helv. n.* 1512.

Bromus glomeratus. *Scopol. fl. carn. ed.* 2. *n.* 111.

Gramen paniculatum, ſpicis craſſioribus et brevioribus. *Tourneſ. inſt. p.* 521. *Mapp. fl. Alſ. p.* 133.

Gramen ſpicatum folio aſpero. *C. Bauh. pin.* 3. *prodr.* 9.

Icon. Schreb. Græſ. t. 8. *f.* 2. *p.* 68. — *Leers. fl. Herb. t.* 3. *f.* 3. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 14. *n.* 146.

Germ. Rauhes Hundsgras.

Gall. Dactyle pelotonné.

Angl. Rough-Cocks-foot-graſs. Rough-graſs. Orchard-graſs.

Hab. Utrinque in pratis, dumetis, pomariis et ad viarum marginalia frequens.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Auguſto et Septembri maturat. ♃

Radix fibroſa. *Culmi* 2-3-4 pedales, erecti, teretes, foliati, ſuperne nudi, ſcabri. *Folia* plana, lata, e viridi glauca, utrinque ſcaberrima. *Ligula* fiſſa, oblonga, obtuſa. *Vaginæ* ſubcompreſſae, carinatae, ſtriatae, ſcabrae. *Panicula* 2-3-6 uncialis, coarctata, ſubſpicata, florens ſaepe patentiuscula, ſecunda, ſubcolorata. *Pedunculi* ſubſolitarii, alterni, angulati, ciliato-ſcabri, diviſi, infimus remotior, longior, patens. *Spiculæ* geminatim glomeratae, 3-rarius 4 florae, oblongae, obtuſae, adpreſſae, florentes divergentes. *Calycinæ* valvulae, carinatae, ciliatae, ſcabrae, ſubariſtatae. *Antheræ* purpureae, demum albidae.

Variat. Paniculis ſcabris et pubeſcentibus, rubellis et viridibus, coarctatis et patentibus, longioribus et brevioribus.

Equis gratum, reliquis autem pecoribus, nimis durum gramen. Canibus folia infante praesertim pluvia maxime quaesita et deglutita, vomitum cient.

XXXIX. GYNOSURUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 118.

Receptaculum commune unilaterale pectiniforme. *Calyx* gluma bivalvis multiflora. *Valvulae* lineares, aequales acuminatae. *Corolla* bivalvis: exterior longior aristata; interior mutica. *Nectarium* diphyllum, ovatum, acutum, basi gibbum. *Styli* villosi reflexi. *Stigmata* simplicia. *Semen* unicum oblongum utrinque acuminatum.

139. CYNOSURUS *cristatus* bracteis pinnatifidis. *Linn. Sp. pl. p.* 105. — *Pollich. fl. palat. n.* 99.

Cynosurus involucris pinnatis retusis. *Hall. stirp. helv. n.* 1545.

Phleum *cristatum. Scopol. fl. carn. ed.* 2. *n.* 81.

Gramen pratense cristatum, seu spica cristata laevi. *Scheuchz. Agrostr. p.* 79.

Gramen spicatum glumis cristatis. *Tournef. inst.* 519 — *Mapp. fl. Alsf. p.* 131.

Icon. Schreb. Graf. t. 8. *f.* 1. *p.* 69. — *Oeder. fl. Dan. t.* 238. — *Leers. fl. herb. t.* 7. *f.* 4. *Schkuhr. bot. Handb. t.* 15. *n.* 147.

Germ. Steiffes Kammgras.

Gall. Cynosure à Crête.

Angl. *Crested Dogs-tail-grass. Cocks-comb-grass.*

Hab. Utrinque in pratis, aggeribus, pomariis frequens.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto et Septembri maturat. ♃

Radix fibrosa. *Culmi* 1-2-3 pedales, erecti, stricti, teretes, striati, foliati, læves. *Folia* plana, linearia, angusta, striata, laevia. *Ligula* brevis, truncata, fissa. *Vaginæ* striatæ, læves. *Spica* composita, 2-3-4 uncialis, secunda, obtusa. *Rachis* flexuosa, torta. *Pedunculi* solitarii, breves, alterni, duplici serie unilaterales: Spiculis tribus, rarius quinque, Bracteisque semper tribus instructæ. *Bracteæ* subsessiles, pennatæ; pinnulis 7-9 compositae. *Spiculæ* bi rarius triflore, bracteis minores. *Antheræ* purpureæ seu violaceæ.

Gramen pecoribus et ovibus acceptum; ad verveces saginandos perutile, carnem eorum sapidam reddit. Schreb. l. c. p. 71.

XL. SESLERIA.

Involucrum commune triphyllum: *Foliolis* ovali-orbiculatis, concavis, integris, coloratis, superne lacero-denticulatis. *Calyx* gluma bivalvis, biflora; valvulis subaequalibus, coloratis breviter aristatis. *Corolla* bivalvis inaequalis: valvula exterior major dorso carinata, ciliato-serrata, apice tricuspidata: cuspide medio duplo longiore, aristata; interior brevior, planiuscula, apice bicuspidata.

Filamenta capillaria elongata. *Antherae* insidentes utrinque fissae. *Styli* filiformes superne penicilliformes. *Stigmata* simplicia. *Semen* unicum ovatum corolla tectum.

140. Sesleria *caerulea* spica oblongo-ovata.

Cynosurus *cœruleus*, bracteis integris. *Linn. Sp. pl. p.* 106. — *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 156. — *Jacqu. miscell. austr.* 2. *p.* 66.

Sesleria locustis unifloris imbricatis, calyce tricorni. *Hall. stirp. helv. n.* 1446.

Sesleria *cœrulea* calycis gluma utrinque aristata. *Scopol. fl. carn. ed.* 1. *p.* 189. *ed.* 2. *n.* 90.

Sesleria *cærulea* culmo simplici, spica subcylindrica. *Arduin. sp.* 2. *p.* 18. *t.* 6.

Gramen glumis variis. *Bauh. pin.* 10. *prodr.* 21. — *Scheuchz. Agrostr. p.* 83. *t.* 2. *f.* 9. *A. B.* — *Tournef. inst. p.* 519. *Mapp. fl. Als. p.* 130.

Icon. Jacqu. Icon. rar.

Germ. Blaue Sesleria.

Gall. Seslerie bleue.

Hab. In montosis rupestribus arenosis *auf dem Kaltenbrunn* et *auf der Herrnwiese* non infrequens. In Alsatiae aridis et siccis *des Hochgebirgs Rappolstein* teste *Mappo*; in montosis circa *Montembelgardum* teste *J.*

Bauhino. In montis *Dornach* rupibus abunde *Zeyherus* legit.

Flor. Martio, Aprili et Majo. *Semina* Junio, Julio maturat. ♃

Radix teretiuscula, multiceps, sublignescens, oblique descendens, fibrillis aucta. *Culmi* plurimi, palmares, pedales, et altiores, erecti, teretes, compressiusculi, enodes, nudi, ad radicem foliosi. *Folia* radicalia cespitosa, linearia, plana, carinata, acuta, firma, nuda, culmis subbreviora. *Spica* terminalis, oblongo-ovata, uncialis, compacta, saturate e violaceo-cœrulea, nitens, pulcherrima, basi involucrata: *Bracteis* tribus sessilibus, saturate cœruleo-violaceis, margine albidis. *Spiculæ* subsessiles, imbricatae. *Calyx* bi-rarius triflorus, violaceus, margine albidus. *Corollæ* valvula exterior basi viridis, medio violacea, margine albida; interior albida, dorso nervis duobus viridibus percussa. *Antheræ* flavae.

Nota. Ob conformationem partium fructificationis a Cynosuro maxime diversis, Scopolio, Hallero, Arduino, Adansonio auctoribus removi.

Arenam in rupestribus figit.

Obs. Foliorum emarcidorum residua sibi mutuo incumbentia, orbes gramineos latiores constituunt, Saltus Tritonum (Hexenkreise, Hexensprünge nostratibus) nominatos. Alia et magis cognita constat adhuc formatio circulorum graminorum in pratis aliisque locis gramineis obvenientium, a Talpa derivanda, quæ ab insectarum larvis terram subjacentem circuli in modum delibera; hinc illi circuli vegetissimo gramine obsessi sunt.

XLI. FESTUCA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 119.

Calyx gluma multiflora, bivalvis, erecta, flosculos in fpiculam tenuem continens: valvulis fubulatis acuminatis: inferiore minore. *Corolla* bivalvis: valvula inferior major mucronata, calycem fuperans. *Nectarium* diphyllum, lanceolatum, acutum, bafi gibbum. *Styli* reflexi. *Stigmata* fimplicia. *Semen* unicum tenui oblongum, utrinque acuminatum, fulco longitudinali notatum.

† *Panicula fecunda.*

141. FESTUCA *ovina* panicula fecunda coarctata, ariftata, culmo tetragono nudiusculo, foliis fetaceis. *Linn. Sp. pl. p.* 108. — *Pollich. fl. pal. n.* 101.

Feftuca foliis peranguftis, panicula ftricta, locuftis quinquefloris fubhirfutis. *Hall. ftirp. helv. n.* 1442.

Gramen loliaceum minus, capillaceo folio fpica brizae longiffima. *Tournef. inft. p.* 517. — *Mapp. fl. Alf. p.* 129.

Gramen foliis junceis brevibus majus, radice nigra. *Scheuchz. Agroftr. p.* 230. — *Bauh. pin.* 5.

Icon. Leers. fl. Herb. t. 8. f. 3. p. 32.

Germ. Schaaffchwingel; Schaafgras.

Gall. Fetuque ovine.

Angl. Sheeps - Fefcue - grafs.

Hab.

Hab. Utrinque in apricis collibus, verſuris ſterilibus aridis arenoſis, paſcuis montoſis et arvis frequens.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio et Auguſto maturat. ♃

Radix fibroſa, denſa, nigricans. *Culmi* palmares, pedales et altiores, erecti, ſtricti, tenues, inferne ſubteretes, ſuperne ſubtetragoni, læves, ſubnudi. *Folia* radicalia cæſpitoſa, ſetacea, dorſo ſcabriuscula. *Ligula* brevis, margine prominula. *Vaginæ* ſtriatæ, læves. *Panicula* 1 - 2 - 3 uncialis, ſecunda, coarctata. *Pedunculi* ſolitarii, breves, uniflori, inferior 3 - 4 florus. *Spiculæ* 3 - 4 - 5 floræ, pedicellatæ, tereti - ſubcompreſſæ, ſæpe ariſtatæ, pubescentes, quandoque glabræ, florentes ſubdiſtichae, ſubviolaceae. *Corollæ* apice ariſtatae, quandoque muticæ, calyce majores, pubescentes, dorſo et margine ſcabræ, quandoque ſetuloſo - ciliatæ, interdum læves. *Antheræ* violaceae.

Variat. Spiculis majoribus et minoribus, pubescentibus et glabris. *Floſculis* ariſtatis aut muticis.

Optimum, primarium, et convenientiſſimum ovibus pabulum; hinc præſertim in regionibus ſiccioribus, collibus, aridis, ovibus dicatis, magis diſſeminandum et multiplicandum.

Obſ. Nullibi frequentius quam in pascuis aridis collinis Caſtiliæ, præſertim Segoviæ et ad Ildefonsum vidi, ubi oves lana ſubtiliſſima maxime criſpata denſiſſima præditi, per æſtatem in pascuis aridis, tenellis maxime graminibus obſitis, aluntur. Hinc ſine dubio lanæ præſtantia, maxima ex parte derivanda.

142. FESTUCA *cinerea* foliis setaceis recurvis, panicula secunda, spiculis subquinquefloris aristatis, villosis.

Festuca *cinerea* foliis subulatis recurvis, panicula subsecunda, spiculis subhirsutis et aristatis quinquefloris. *Villars. fl. Delph.* 2. *p.* 98. *n.* 8.

Germ. *Grauer Schaafschwingel.*

Gall. *Fétuque cendrée.*

Hab. In collibus aridis rupestribus prope *Baden*, *Lichtenthal*, *Bühl* et *auf dem Stauffenberg im Amt Stauffenberg*, nec non in collibus prope *Oberkirch*.

Flor. Aprili, Majo. *Semina* maturat Junio, Julio. ♃

Affinis F. *ovinæ*, a qua tamen differt. *Colore* e cinereo-glauco. *Foliis* brevioribus, rigidis, recurvis, magis cæspititiis. *Flosculis* semper aristatis, villosis, per lentem setuloso-ciliatis.

Nota. Nulla sane certa Synonyma, excepto Villarsii allegato mihi nota sunt, et illa a Villarsio dubitanter allegata, sine dubio ad aliam Festucæ speciem alpinam pertinent.

Obs. Gramen ex seminibus in horto cultum, ibi constantissimum permansit.

Copiose præsertim in pascuis collinis rupestribus Galliæ meridionalis et Hispaniæ vidi, ubi jam Martio floret, et ovibus peracceptum est.

Minime confundendum cum Festuca glauca Lamarckii, specie etiam peculiari, quæ Parisiis et Argentorati in hortorum botanicorum areis, buxi loco colitur.

143. FESTUCA *rubra* panicula fecunda, scabra, spiculis sexfloris, aristatis, flosculo ultimo mutico, culmo semitereti. *Linn. Sp. pl. p.* 109. — *Pollich. fl. palat. n.* 103.

Festuca foliis peranguſtis, locuſtis teretibus quinqueflòris ariſtatis, ore membranaceis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1440.

Gramen alpinum panicula duriore laxa, locuſtis majoribus. *Scheuchz. Agroſtr. p.* 287. *t.* 6. *f.* 9.

Icon. Leers. fl. Herb. p. 33. *var. α.* & 8. *f.* 1.

Germ. Rother Schwingel.

Gall. Fétuque rouge.

Angl. Purple Fescue-graſs.

Hab. Utrinque in paſcuis aridis, collibus tenui gramine veſtitis, arvis, muris, ad viarum verſuras frequens.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio et Auguſto maturat. ♃

Affinis F. *ovinæ* a qua differt: *Culmis* altioribus, ſesqui immo bipedalibus, inferne teretibus, ſuperne ſemiteretibus: altero latere planiuſculis. *Panicula* longiore. *Pedunculis* ſetuloſo-ſcabris: infimo gemino, multifloro. *Spiculis* 5-6-floris, ſublongioribus, ſcabris, defloratis cum culmo e violaceo-rubris. *Floſculis* ariſtatis: ultimo imperſecto, ſterili.

Bonum præſertim in collibus et ad viarum verſuras, ovibus pabulum præbet.

144. Festuca *pratensis* foliis hirsutis latiusculis, spiculis paniculatis quinquefloris aristatis glabris. *Schreb. Spic. fl. Lips. p.* 57. — *Hall. stirp. helv. n.* 1435.

Festuca *rubra.* var. *β. Pollich. l. c.* — *Leers. l. c.* — *Roth. fl. germ. p.* 125.

Gramen pratense paniculatum elatius panicula laxa heteromalla. *Scheuchz. Agrostr. p.* 289.

Germ. Wiesen-Schwingel.

Gall. Fétuque des prés.

Hab. Utrinque passim in pratis humidiusculis, riguis: circa *Ettlingen*, prope *Herrnalb*, *Frauenalb*, *Baden*, *Bühl*, *Durrbach*, *Oberkirch* frequens.

Flor. Junio, Julio: *Semina* Augusto et Septembri maturat. ♃

Differt a F. *rubra*: *Culmis* altioribus, tripedalibus, ex eadem radice copiosioribus. *Foliis* longioribus, latioribus, hirsutis. *Panicula* longiore, patente, magis ramosa. *Pedunculis* longioribus, glabriusculis. *Spiculis* 5-6 floris, glabriusculis, longius aristatis, sæpe muticis, maturis cum culmo non rubris, sed e spadiceo-viridibus. Denique loco natali non arido, sicco, sed demissiori, pratensi, riguo, humoso.

Obs. In horto culta, nullam memorabilem mutationem passa est, multo minus in F. rubram abiit, hinc omni jure speciem peculiarem sistit.

Pecoribus bonum præbet pabulum.

145. FESTUCA *heterophylla* foliis radicalibus setaceis, caulinis planis latioribus, panicula secunda rara, spiculis quinquefloris aristatis lanceolatis glabriusculis.

Festuca (*heterophylla*) panicula secunda laxiuscula, spiculis viridantibus subquinquefloris, aristatis, foliis radicalibus longis capillaceis; caulinis latioribus. *Lamarck. Encyclop. bot.* 2. *p.* 459.

Festuca (*heterophylla*) foliis laxis, radicalibus setaceis, caulinis planis latioribus, panicula rara, secunda: spiculis subsexfloris, lanceolatis, glabris, aristatis. *Jacqu. Collect.* 2. *p.* 93. — *Willdenow. Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 421.

Festuca foliis radicalibus setaceis, caulinis latioribus, locusta septiflora. *Hall. stirp. helv. n.* 1438.

Gramen avenaceum minus, foliis inferioribus capillaceis, superioribus vero latioribus. *Tournef. inst p.* 525. — *Vaill. bot. paris. p.* 94.

Germ. Verschieden - blättriger Schwingel.

Gall. Fétuque heterophylle.

Hab. In Marggraviatu superiore: in umbrosis sylvaticis prope *Schweighof*, et in sylva *Krindel* prope *Lippurg* legit *Vulpius.*

Flor. Junio, Julio. *Semina* maturat Augusto ♃

Radix fibrosa, densa, fusco - nigricans. *Culmi* 2 - 3 pedales, erecti, basi subincurvi,

teretes, subtilissime striati, glabri, 2 3 nodes, ultra medium foliosi. *Folia* radicalia cespititia, setacea, angusta, compressiuscula, erecta, 5-6-8 uncialia, margine deorsum scabriuscula; *caulina* sensim latiora, linearia, lineam ad sesquilineam lata, radicalibus breviora, stricta, striata, pallide viridia, glabriuscula. *Ligula* minima, vix conspicua. *Vaginæ* laxiusculæ, striatæ, glabræ. *Panicula* subsecunda, erecta, rara, 3-4-5 uncias longa, pallide vividis. *Pedunculi* longiusculi, remoti, subsolitarii, erecti, ramosi, inæquales, subtriquetri, deorsum setuloso-scabri. *Spiculæ* in panicula circiter 35-41, pedicellatæ, lanceolatæ, distichæ, compressæ, sæpissime quinqueflorae, perraro 6-7 floræ, semiunciam vix longæ, ultra lineas duas latæ, pallide virescentes. *Calycis* valvulæ inæquales, lineari-lanceolatæ, angustæ, acutæ, dorso carinatæ, per lentem setulosæ, corollis breviores. *Corollæ* valvula exterior lanceolata, cylindrica, margine membranacea, albida, apice *Aristam* exserens rectam bilinearem, scabram, cinerascentem; *interior* plana, lanceolata, albida, scariosa, apice subbifida. *Antheræ* luteæ. *Stigmata* plumosa.

Obs. Individua nostratia lectis in Helvetia et in Pyrenæis simillima sunt.

146. FESTUCA *duriuscula* panicula secunda oblonga, spiculis sexfloris oblongis lævibus, foliis setaceis. *Linn. Sp. pl. p.* 108. — *Pollich. fl. palat. n.* 102.

Festuca foliis perangustis, panicula stricta, locustis distichis, aristatis, gla-

bris, septemfloris. *Hall. stirp. helv. n.* 1433.

Gramen pratense panicula duriore laxa, unam partem spectante. *Scheuchz. Agrostr. p.* 285.

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 848. — *Leers. fl. Herb. p.* 33. *t.* 8. *f.* 2.

Germ. Harter Schwingel.

Gall. Fétuque durète.

Hab. Utrinque in pascuis aridis tenui gramine vestitis, ad viarum versuras, in muris et collibus arenosis siccis frequens.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio et Augusto maturat. ♃

Affinis F. *rubræ*, a qua differt: *Foliis* setaceis. *Panicula* contractiore, densiore, duriuscula. *Spiculis* ovatis, copiosioribus, minoribus.

Nota. Pro diverso solo natali, habitu, magnitudine et colore maxime variat.

Bonum in collibus exhibet ovibus pabulum.

147. FESTUCA *bromoides* panicula secunda, spiculis erectis lævibus, calycis altera valvula integra, altera aristata. *Linn. Sp. pl. p.* 110.

Festuca panicula erecta secunda laxiuscula, spiculis lævibus, aristis flore duplo longioribus. *Lamarck. Encycl. bot.* 2. *p.* 461.

Gramen paniculatum bromoides minus, paniculis aristatis unam partem spe-

etantibus. *Plucken. Alm.* 174. *t.* 33. *fig.* 10. — *Tournef. inft. p.* 518. — *Scheuchz. Agroftr. p.* 297.

Gramen exile junceum mollius feftucea panicula, radice rufa. *Barrel. Icon.* 100.

Germ. Trespartiger Schwingel.

Gall. Fétuque bromoide.

Hab. In arenofis ficcioribus fterilibus fylvaticis circa *Carlsruhe im Hardtwald*, amat viarum marginalia fylvatica, non infrequens præfertim *in der Stuttenfeer Allé.*

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio et Augufto maturat. ☉

Affinis Vulpiæ *myuro* feu Feftucæ *myuro Linn.* a qua differt: *Culmis* humilioribus digitalibus palmaribus, vix altioribus, filiformibus, tenerioribus. *Panicula* erecta 1-2 unciali. *Spiculis* rarioribus, in fingula panicula 2- fæpe 3- ad 6- fecundis, folitariis, fubquinquefloris. *Calycibus* bivalvibus, maxime inæqualibus, rectis: altera minuta fetacea, mutica; altera longiore, apice ariftata. *Corollis* glabris, ariftatis: *Ariftis* terminalibus, femiunciam longis, rectis, fcabris, pallide violaceis. *Antheris* tribus, pallide luteis.

Variat. Spica fæpe unica in regionibus fterilioribus. *Antheris* fæpe nullis.

Obf. Gramen in horto ex feminibus cultum, nullam mutationem paffum eft.

Individua noftratia lectis paffim in Gallia meridionali et Hifpania fimillima funt.

Jll. Linnaeus l. c. optime poft F. myuros posuit, noftrates bene multi minus recte ante F.

ovinam, cum qua certe nullam habet similitudinem.

Nota. Arenam figit, et ovibus tenellum et acceptum pabulum præbet.

†† *Panicula æquali.*

148. FESTUCA *decumbens* panicula erecta, spiculis subovatis muticis, calyce flosculis majore, culmo decumbente. *Linn. Sp. pl. p.* 110. — *Pollich. fl. palat. n.* 105.

Festuca locustis teretibus, muticis, octofloris, flosculis alternis imperfectis. *Hall. stirp. helv. n.* 1434.

Poa *decumbens*. *Scopol. fl. carn. ed.* 2. *n.* 98.

Gramen montanum avenaceum, locustis muticis tumentibus, pilosum. *Scheuchz. Agrostr. p.* 170. *t.* 3. *f.* 16. *A. B. C.*

Gramen triticeum palustre humilius, spica mutica breviore. *Moris. hist.* 3. *p.* 177. *Sect.* 8. *t.* 1. *f.* 6.

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 162. — *Leers. fl. Herborn. t.* 7. *f.* 5. *p.* 34.

Germ. Niederliegender Schwingel.

Gall. Fétuque inclinée.

Hab. Utrinque in locis graminosis, pascuis, ad sylvarum marginalia: circa *Carlsruhe* inter *Mühlburg* et *Dachsland*. In Alsatia circa Argentinam im *Ostwinkel* et alibi.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto et Septembri maturat. ♃

Radix ſubrepens, denſa, fibroſa. *Culmi* palmares, pedales et altiores, teretes, ſtriati, foliati; decumbentes: florentes adſcendentes. *Folia* radicalia culmeis longiora, plana, linearia, ſubanguſta, ſupra præſertim baſi piloſa. *Ligula* breviſſima, villoſa. *Vaginæ* ſtriatæ, ſuperne villoſæ. *Panicula* ſimpliciſſima, ſpicata, unciam ad ſesquiunciam longa. *Pedunculi* alterni; ſolitarii, breves. *Spiculæ* 5-6-7 ovatæ, tumidæ, erectæ, 3-4, perraro 5-floræ, e viridi violaceæ, quandoque e viridi-flavicantes. *Calycis* valvula exterior ipſa ſpicula ſæpe longior. *Flosculi* baſi piloſi. *Valvula* exterior 5-nervia, margine ciliata, apice obtuſa, trifida.

Arenam figit, pecoribus bonum præbet pabulum.

149. Festuca *elatior* panicula ſecunda erecta, ſpiculis ſubariſtatis exterioribus teretibus. *Linn. Sp. pl. p.* 111. *Pollich. ſl. palat. n.* 106.

Poa foliis latis, aſperis, locuſtis teretibus, muticis, glumarum oris membranaceis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1451.

Feſtuca panicula ſecunda erecta, ramoſa, ramis binatis, ſpiculis ovatis ſubariſtatis, foliis planis. *Hudſ. ſl. Angl. p.* 47.

Gramen paniculatum elatius, ſpicis longis muticis ſquamoſis. *Scheuchz. Agroſtr. p.* 202. — *Tourneſ. inſt.* 522.

Icon. Schreb. Græſ. tab. 2. *p.* 34. — *Leers. ſl. Herb. t.* 8. *f.* 6. *p.* 35.

Germ. Hoher Schwingel.

Gall. Fétuque élevée.

Hab. Hinc inde in pratis fertilibus frequens, nec non ad agrorum marginalia.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio et Augusto maturat. ♃

Radix articulata, descendens, maxime fibrosa. *Culmi* 2-3-4 pedales, erecti, teretes, striati, læves, foliati. *Folia* linearia, latiuscula, patentia, sæpe involuta, supra scabriuscula. *Ligula* brevissima vix conspicua. *Vaginæ* striatæ, glabræ. *Panicula* palmaris, pedalis, subsecunda, patula, erecta. *Pedunculi* gemini, semiteretes, hispidi, superiores solitarii. *Pedicelli* brevissimi. *Spiculæ* tereti-lanceolatæ, rectiusculæ, seu curvatæ: florentes compressæ, squamosæ, 5-7-9-11 floræ. *Calyx* corolla minor: *valvulis* inæqualibus, lanceolatis, margine membranaceis, albis. *Corollæ* muticæ, margine membranacae, albae, apice saepe subaristatae. *Nectaria* duo, oblonga, acuminata.

Variat. In locis sterilioribus siccioribus: *Culmis* pedalibus, sesquipedalibus. *Panicula* simpliciori, subspicata: *Spiculis* 5-6-7 floris, paucioribus, alternis, solitariis, patentibus, inferioribus geminis.

Egregium bobus et equis præsertim in pratis humidiusculis fertilioribus pabulum; hinc ejus cultura cumprimis in pratis pinquioribus, et pascuis in convallibus aquosis jacentibus, sæpe neglectis, maxime commendanda. Cultura eadem, quæ Avenæ elatioris, quam optime dedit Jll. Schreber l. c. p. 28. seq.

150. Festuca *arundinacea* panicula erecta subcontracta, spiculis aristatis, paucifloris, oblongis, compressis.

Festuca *arundinacea* panicula rigida, spiculis compressis aristatis subsexfloris. *Villars. fl. Delph.* 2. *p.* 106. *n.* 16.

Festuca *arundinacea* panicula spicata, stricta, spiculis oblongis erectis paucifloris, aristatis, calycibus angustatis. *Schreb. Spic. fl. Lips. p.* 57. — *Gmel. fl. Sibir.* 1. *p.* 111.

Bromus *arundinaceus* panicula erecta, contracta, spiculis oblongis scabris subaristatis, paucifloris. *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 141.

Bromus panicula laxa, locustis quadrifloris brevissime aristatis. *Hall. stirp. helv. n.* 1511.

Gramen arundinaceum, locustis viridi-spadiceis loliaceis brevius aristatis. *Scheuchz. Agrostr. p.* 266. *t.* 5. *f.* 18.

Germ. *Rohrschwingel.*

Gall. *Fétuque roseau.*

Hab. In Marggraviatu superiore prope *Mooswald* inter *Opfingen* et *Haslach* in sylva humida, legit *Vulpius*; circa Basileam in locis umbrosis prope *Rothhaus* teste *Lachenalio* et *Zeyhero.*

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ♃

Differt ab affini specie praecedente: *Culmis* speciosioribus 4-5-6-pedalibus, basi obliquis, crassioribus, magis profunde striatis, arundinaceis. *Foliis* durioribus, siccatis convolutis, striato-sulcatis, deorsum scabris. *Panicula* pedali, sesquipedali, contracta: floren-

te patente; laxa. *Spiculis* in panicula copiosioribus, oblongis, brevioribus 3 - 4 - sæpissime 5 - 6 - floris. *Calycum* valvulis angustioribus, lineari - lanceolatis. *Corollæ* valvula exterior oblonga, a medio ad apicem membranacea, pellucida, albida violaceo mixta, quinquenervia: nervis per lentem setulosis, deorsum scabris, apice intra membranam acute bifidam, *Aristam* semper exserens brevem, rectam, sublinearem.

Obs. Gramen in horto ex seminibus cultum, constantissimum permansit.

Ob Aristam in nostratibus individuis tam spontaneis quam cultis, semper ex apice egredientem, certe ad hoc nec ad Bromi genus pertinet.

Halleri Synonymon, huc omnino pertinere, extra omne dubium mihi posuit amicissimus Lachenal.

151. FESTUCA *fluitans* panicula ramosa erecta, spiculis subsessilibus teretibus muticis. *Linn. Sp. pl. p.* 111. — *Pollich. fl. palat. n.* 107.

Poa locustis teretibus multifloris, glumis floralibus exterioribus truncatis, interioribus bifidis. *Hall. stirp. helv. n.* 1453.

Gramen aquaticum fluitans, multiplici spica. *Scheuchz. Agrostr. p.* 199. *t.* 4. *f.* 5.

Gramen paniculatum aquaticum fluitans. *Tournef. inst.* 521. — *Mapp. fl. Als.* 133.

Gramen fluviatile. *Tabernæmont. p.* 530.

Icon. *Schreb. Græſ. t. 3. p. 37. — Curtis. fl. Lond. — Oeder. fl. Dan. t. 237. — Leers. fl. Herb. t. 8. f. 5. — Schkuhr. bot. Handb. t. 15. n. 157.*

Germ. *Manna-Gras. Schwimmender Schwingel.*

Gall. *Fêtuque flottante.*

Angl. *Flot Feſcue-graſs. Manna-graſs.*

Hab. Utrinque in ſtagnis, paludibus, foſſis aquaticis quas ſæpe obtegit, abunde.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Auguſto et Septembri maturat. ♃

Radix articulata, profunde repens, fibroſa. *Culmi* baſis terram aquoſam profunde perforans, ex nodis gemmas radiculasque verticillatas fibroſas emittit. *Culmi* 3-4-5 pedales, compreſſiusculi, læves, inferne ramoſi, obliqui, ſuberecti; in aquis ſtagnantibus natantes, rarius florentes. *Folia* linearia, plana, latiuſcula, ſuperne ſcabriuscula, caulina radicalibus longiora, aquis hyeme proſtrata. *Ligula* oblonga. *Vaginæ* compreſſæ, læves. *Panicula* palmaris, pedalis et longior, ramoſa, patens, ſecunda. *Pedunculi* ſemiteretes, ſcabriusculi, erecti: florentes exacte horizontales, in individuis natantibus omnes erecti. *Spiculæ* ſubſeſſiles, teretes, lineares, compreſſiusculæ 7-9-11-12 floræ, ſub floreſcentia culmo parallelæ, adpreſſæ, ſuperiores plures, ſolitariæ, alternæ, inferiores geminæ, quarum una longius pedicellata, pedicello ſæpe bifloro. *Calycis* valvulæ inæquales, membranaceæ. *Corollæ* valvula exterior ſeptinervia, obtuſiuscula, margine albida, ſæpius eroſa; *interior* lanceolata, apice bicuſpidata. *Nectarium* monophyllum,

squamiforme, plano-concavum, subemarginatum, horizontaliter antrorsum a germine discedens. *Antheræ* oblongæ, flavæ, aut purpurascentes. *Styli* subulati, reflexi. *Stigmata* plumosa, ramosissima. *Semen* oblongum, bicorne, olivaceum, nudum, nitidum.

Variat. *Panicula* simplicissima, spicam simplicem elongatam distichám mentiens. *Spiculis* alternis remotis, subsessilibus. A quibusdam tanquam peculiaris species sub Festuca *elongata Ehrh.* seu F. *loliacea Willdenow. Linn. Sp. pl.* allegata est.

Semina, Grana Mannæ, Manna-Schwaden dicta a glumis separata, albido-lutea, parva, sapidissima, bene nutrientia. Colligendi modum et præstantiam, cumprimis dedit Ill. Schreber in opere citato.

Gramen recens et siccatum, equis et suibus gratum præbet pabulum. Furfures equos vermibus liberant. Loeselius.

Nota. Ejus cultura in regionibus Rheno vicinis aquosis, sæpe inundatis, ubi jam abunde idque sponte crescit, maxime, tam ob pabulum graminis, quam ob semina hucusque apud nostrates plane neglecta et incognita, in cibum oryzae loco recipienda, et colligenda, commendari debet.

XLII. BROMUS.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 120.

Calyx Gluma bivalvis multiflora, patens, flosculos in spiculam colligens: *valvulis* ovato-oblongis, acuminatis muticis: inferiore minore. *Corolla* bivalvis: *valvula* inferior major, magnitudine calycis, bifida, infra apicem ari-

ſtata: ſuperior parva mutica. *Nectarium* diphyllum, ovatum, acutum, baſi gibbum. *Semen* unicum oblongum, tectum, hinc convexum, inde ſulcatum.

152. **Bromus** *ſecalinus* panicula patente, ſpiculis ovatis: ariſtis rectis, ſeminibus diſtinctis. *Linn. Syſt. pl.* 1. *p.* 208. — *Roth. fl. Germ.* 2. *p.* 133. — *Pollich. fl. palat. n.* 108.

Bromus *vitioſus* panicula nutante, ſpiculis ovatis compreſſis: glumis nudis diſtinctis, ariſtis ſubulatis brevioribus flexuoſo-rectis. *Weig. obſ. bot. p.* 4. *t.* 1. *f.* 2. *n.* 2.

Bromus foliis glabris, locuſtis duodecimfloris var. β. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1502.

Gramen avenaceum ſegetale majus, gluma turgidiore. *Moriſ. hiſt.* 3. *Sect.* 8. *tab.* 7. *f.* 17.

Feſtuca graminea glumis glabris. *Scheuchz. Agroſtr. p.* 251. *t.* 5. *f.* 10.

Gramen avenaceum locuſtis glabris purpuraſcentibus et ariſtatis. *Tourneſ. inſt. p.* 525. — *Mapp. fl. Alſ.* 138.

Gramen Gros Montbelgardenſium ſpicis glabris. *J. Bauh. hiſt.* 2. *p.* 438.

Germ. Roggen-Treſpe; Dort; Twalch.

Gall. Brome ſeglin.

Hab. Utrinque in agris ſecalinis ſæpe nimis copioſe, nec prata reſpuit.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio et Auguſto maturat. ☉

Radix

Radix fibrosa. *Culmus* 2 - 3 - 4 pedalis, erectus, teres, ſtriatus, glaber. *Folia* linearia, plana, latiuscula, glabra, margine deorſum aſpera. *Ligula* ovata, dentata. *Vaginæ* ſtriatæ, glabræ, ad oras earum et in baſi foliorum pili rari, breves. *Panicula* ſemipedalis et ultra, patens, demum nutans. *Pedunculi* terni, quini, ſeni, ramoſi, ſimpliciusculive, longi, compreſſi, ſcabri, apice incraſſati. *Spiculæ* ſpecioſae, ovatae, compreſſæ, 7 - 9 florae. *Calycinæ* valvulae glabriusculae, altera apice ſubariſtata, altera ſubmutica brevior. *Corollæ* valvula exterior oblonga, concava, obtuſa, glabra, apice bifida, *Ariſtam* infra apicem exſerens flexuoſo-rectam 4 - 5 linearem, ſcabriusculam; interior mutica, margine membranacea, albida ciliata.

Variat: Panicula breviore. *Spiculis* paucioribus 5 - 7 floris, muticis, quandoque breviſſime ariſtatis.

Maximum ſæpe ſecalis vitium annis pluvioſis in agris depreſſioribus, ubi hyeme aquæ ſtagnarunt, ſæpe vera peſtis, ſecale ſuperans; hinc paſſim ab agricolis transmutatione ex ſecali nasci creditur.

Secali immixtum, panem ingratum amarumque reddit.

153. Bromus *multiflorus* panicula patente, ſpiculis lanceolatis, compreſſis: glumis nudis marginatis, imbricatis, apicibus acuminatis, ariſtis capillaribus aequalibus rectis. *Weigel. obſ. bot. p. 2. n. 1. t. 1. f. 1.*

Bromus *ſecalinus β. hordeaceus* panicula erecta, coarctata. *Linn. Sp. pl. 1. p. 112. Pollich. fl. palat. app. 3. p. 318.*

Bromus foliis glabris locuftis duodecimfloris. *Hall. ftirp. helv. n.* 1502.

Feftuca graminea glumis hirfutis. *Scheuchz. Agroftr.* 250. *t.* 5. *f.* 9.

Gramen Gros Montbelgardenfium. *Bauh. hift.* 2. *p.* 438.

Icon. Leers. fl. Herb. t. 11. *f.* 2. *p.* 36. (fub Bromo fecalino.)

Germ. Vielblüthige Trespe. Dort.

Gall. Brome multiflore.

Hab In agris præfertim hordeaceis, fecalinisque, pratis et ad viarum verfuras, cum præcedente paffim frequens.

Flor. Majo, Junio. *Semina* maturat Julio, Augufto. ⊙

Affinis præcedenti cum qua multi auctores forfan non immerito conjunxerunt. Differt *Foliis* anguftioribus molliusculis. *Vaginis* pubescentibus. *Spiculis* lanceolatis, mox pubefcentibus, mox glabriusculis fæpe longioribus. *Flosculis* fæpe plurimis 7-9-12-13. *Glumis* imbricatis, margine membranaceis albis. *Ariftis* rectis.

Variat. Flosculis muticis arifta deftitutis.

Magna fæpe in agris hordeacis demiffioribus peftis.

154. Bromus *mollis* panicula erectiuscula, fpicis ovatis pubescentibus: ariftis rectis, foliis molliffime villofis. *Linn. Sp. pl. p.* 112. — *Pollich. fl. palat. n.* 110.

Bromus *mollis* panicula erecta, fpicu-

lis ovatis compressiusculis: glumis pubescentibus marginatis, imbricatis, apicibus acutis; aristis capillaribus æqualibus rectis. *Weig. obs. bot. p.* 7. *tab.* 1. *fig.* 4.

Bromus hirsutus locustis septifloris, ovato-conicis. *Hall. stirp. helv. n.* 1504.

Gramen avenaceum locustis villosis angustis, candicantibus et aristatis. *Scheuchz. Agrostr.* 254. *t.* 5. *f.* 12. (excluso Tournefortii Synonymo.)

Gramen avenaceum pratense panicula squamata et villosa. *Moris. hist.* 3. *p.* 213. *Sect.* 8. *tab.* 7. *f.* 18.

Icon. Schreb. Gräs. t. 6. *f.* 2. *p.* 60. — *Curtis. fl. Lond.* — *Leers. fl. Herb. t.* 11. *f.* 1. *p.* 37. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 16.

Germ. Weicher Tresp.

Gall. Brome mole.

Hab. Utrinque ad vias sabulosas, agrorum versuras, in pratis siccis et agris præsertim hordeaceis frequens.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Augusto, Septembri maturat. ♂

Radix fibrosa. *Culmi* palmares, pedales, bipedales et altiores, erecti, teretes, striati, villosi, e viridi - canescentes, quandoque læves, superne tantum villosi. *Folia* linearia, plana, latiuscula, striata, margine villosa. *Ligula* brevis, membranacea, albida. *Vaginæ* striatæ, dense villosæ, mollissimæ. *Panicula* erecta, ovata, contracta, densiuscula, villosa, mollissima, canescens. *Pedunculi* simplicíuscu-

li, compressi, breves, pubescentes. *Spiculæ* ovatæ, erectæ, subcompressæ, pubescentes, 6-7-10 floræ. *Corollæ* valvula exterior ovato-lanceolata, margine membranacea, albida, apice bifida, *Aristam* infra apicem exserens rectam, tenuem, corolla duplo fere longiorem.

Variat. In locis sterilibus apricis sabulosis: *Culmis* 2-7 uncialibus, paucifloris: *Spiculis* 1-2-3 subpedunculatis, læviusculis; hanc meram depauperatam variationem comprehendit sub *Br. nano Weigelius. l. c. p.* 8. *t.* 1. *f.* 9.

Junior planta ovibus accepta. Ad arenam confirmandam valet.

155. BROMUS *squarrosus* panicula nutante spicis ovatis, (glabris) aristis divaricatis. *Linn. Sp. pl. p.* 112.

Avena locustis novemfloris, aristis reflexis. *Hall. stirp. helv. n.* 1501.

Gramen avenaceum locustis amplioribus candicantibus glabris aristatis. *Tournef. inst. p.* 525.

Festuca graminea glumis vacuis. *Bauh. pin.* 9. — *Scheuchz. Agrostr.* 251. *t.* 5. *f.* 11.

Gramen phalaroides majus acerosum, nutante spica. *Barrel. Icon.* 24. *n.* 1. *obs.* 1225.

Germ. Sparriger Tresp.

Gall. Brome squarreuse.

Hab. In Marggraviatu superiore inter segetes

prope *Krenzach* et *Weil* circa Basileam, teste *Hallero*, *Lachenalio* et *Zeyhero*.

Flor. Junio. *Semina* maturat Julio. ⊙

Radix fibrosa. *Culmi* pedales, sesquipedales, adscendentes, erectiusculi, teretes, glabri. *Folia* linearia, angusta, striata, pubescentia. *Ligula* membranacea, multifida, albida. *Vaginae* striatae, tomentoso - villosae, incanae. *Panicula* rara, laxa, nutans. *Pedunculi* inferiores subterni, superiores solitarii, filiformes, versus apicem incrassati, retrorsum asperi, nutantes. *Spiculae* in pedunculis solitariae, unciam ad tredecim lineas longae, tres ad quatuor lineas latae, ovato - lanceolatae, ex tereti complanatae, glaberrimae, nutantes, 14 ad 19 florae. *Calycis* valvulae inaequales, ovali - oblongae, acutae, muticae, striatae, glabrae. *Corollarum* valvula exterior ovata, obtusiuscula, apice subbifida, margine membranacea, albida, glaberrima, nitida, infra apicem *Aristam* exserens validam, quinque linearem, patentem.

Obs. Gramen in horto cultum constantissimum.

Individua nostratia illis lectis in Hispania et Gallia meridionali, simillima sunt.

156. Bromus *villosus* panicula nutante, laxa, spiculis subnovemfloris, ovato-lanceolatis, villosis; aristis divaricatis.

Bromus *squarrosus* var. β. *Linn. Sp. pl.* p. 112.

Avena locustis novemfloris, aristis reflexis. β. *Hall. stirp. helv. n.* 1501.

Gramen festuceum majus locustis crassis lanuginosis. *Buxbaum. cent.* 5. *p.* 19. *t.* 38. *f.* 1.

Germ. *Feinhaariger Tresp.*

Gall. *Brome villeuse.*

Hab. In Marggraviatu superiore: iisdem cum praecedente locis.

Flor. Junio. *Semina* Julio maturat. ⊙

Maxime affinis praecedenti, a quo differt. *Culmis* inferne articulis copiosioribus et crassioribus instructis. *Spiculis* subbrevioribus, semper villosis, incanis, 9-13 floris. *Aristis* maxime divaricatis.

Obs. Gramen in horto cum præcedente cultum, constantissimum; hinc summo jure peculiarem speciem constituit.

Minime confundendum cum Bromo Alopecuro, Vahlii Symb. bot. 2. p. 22.

157. BROMUS *inermis* panicula erecta, spiculis subteretibus subulatis, nudis submuticis. *Linn. Syst. pl.* 1. *p.* 210. *Pollich. fl. palat. n.* 111.

Bromus *inermis* panicula diffusa, spiculis subteretibus subulatis nudis muticis aristatisque. *Leyss. fl. hal. p.* 90. *Schreb. Græs.* 1. *p.* 97.

Festuca *speciosa* panicula diffusa spiculis teretibus subulatis muticis aristatisque. *Schreb. Spic. fl. Lips. p.* 59.

Festuca locustis teretibus multifloris glumis semimembranaceis breviter aristatis. *Hall. stirp. helv. n.* 1433.

Icon. *Schreb. Græs.* 1. *t.* 13. *p.* 97.

Germ. *Quecktresp.*

Gall. *Brome inerme.*

Hab. Ad agrorum viarumque margines, in pratis, pomariis paſſim rarius: prope *Dachsland* et *Knielingen* juxta pratorum margines ac dumeta. In Marggraviatu ſuperiore prope *Weil;* circa Baſileam teſte *Lachenalio.* In Sponhemia prope *Sprendlingen* et *Winningen* ad Moſellam. In Palatinatu inter *Hartenburg* et *Dürckheim* juxtra pratorum margines ac dumeta; ad agrorum margines inter *Dürckheim* et *Herxheim:* prope *Klein-Niedesheim* et *Worms*; circa *Maynz* ad vias:. inter *Alzey* et *Niederulm* ad viarum margines, teſte *Pollichio.*

Flor. Junio, Julio. Auguſto *Semina* maturat. ♃

Radix repens, articulata, fibroſa, denſa. *Culmi* 1 - 2 - 3 pedales, erecti, baſi ſubincurvi, ſtriati, glabri. *Folia* linearia, plana, latiuscula, acuminata, glabra, dorſo carinata. *Ligula* truncata, membranacea, albida. *Vaginæ* ſtriatae, nervoſae, glabrae, inferiores quandoque villoſiusculae. *Panicula* ſpecioſa, expanſa, 5-6 - 9 uncialis, ante floreſcentiam contracta. *Pedunculi* 4 - 5 - 6 ſimul e culmo prodeuntes, longi, ſimpliciusculi, quandoque diviſi, nutantes. *Spiculæ* ſubunciales, ſubteretes, compreſſiusculae, ſubulatae, nutantes 7 - 8 - 10 florae. *Calycinæ* valvulae inaequales, lanceolatae, glabrae, ſtriatae, ex viridi - fuscae, margine ſplendentes, albidae. *Corollæ* valvula exterior concava, obtuſa, ſeptemnervia, margine argentea, infra apicem breviter ariſtata, aut mutica. *Antheræ* utrinque ſurcatae, luteae.

Ob radices maxime repentes, ad pratorum foſſas confirmandas inſervire poterit. Schreb. l. c. p. 100.

158. BROMUS *asper* panicula nutante scabra, spiculis villosis aristatis, foliis scabris. *Linn. Suppl. p.* 111.

Bromus *asper* panicula ramosa, nutante scabriuscula, spiculis linearibus subteretibus decemfloris pilosis aristatis, culmo foliisque hirtis. *Aiton. hort. Kew.* 1. *p.* 109.

Bromus *dumetorum* panicula laxa nutante scabra; spiculis oblongis strigosis novemfloris, aristis brevibus. *Lamarck. Encycl. bot.* 1. *p.* 467. *n.* 5.

Bromus *versicolor* panicula patente, spiculis angustis linearibus arista longioribus. *Pollich. fl. pal. n.* 109.

Bromus *nemorosus* hirsutus panicula subnutante ramosissima, spiculis oblongis villosis longius aristatis, decemfloris. *Villars. fl. Delph.* 2. *p.* 117.

Bromus foliis hirsutis per oras asperrimis locustis glabris teretibus novemfloris. *Hall. stirp. helv. n.* 1503.

Icon. Curtis. fl. Lond. (sub Bromo hirsuto.)

Germ. Rauchhariger Tresp.

Gall. Brome vélue. Brome des Buissons.

Hab. Utrinque in dumetis, ad agrorum versuras, in agris frequens: retro *Durlach* prope *Berghausen* et *Grötzingen* in dumetis collium calcareo - argillaceorum, et alibi.

Flor. Majo, Junio, Julio. *Semina* maturat Julio, Augusto. ♃

Radix fibrosa, flavescens; fibris flexuosis. *Culmus* 2 - 3 - 4 pedalis, erectus, teres, striatus, geniculatus; genicula 3 - 4 pubescentia. *Folia* linearia, plana, lata, acuminata, deflexa, striata, rarioribus pilis ad marginem et mediam costam præcipue prædita, deorsum aspera, inferiora superioribus latiora, magis pilosa. *Ligula* membranacea, pellucida, fissa, margine scariosa. *Vaginæ* striatæ, pilis longis, copiosioribus, rigidiusculis, deorsum versis hirsutæ. *Panicula* palmaris, pedalis, sparsa, nutans. *Pedunculi* bini aut terni, quandoque quaterni, longi, tenues, patentes, nutantes, retrorsum scabri, sæpe flexuosi, compresso - triangulares, divisi. *Spiculæ* in panicula 25 - 37, compresso - teretiusculæ, lineari - lanceolatæ, unciam ad quatuordecim lineas longæ, lineam circiter latæ, nutantes, 7 - sæpe 9 - 10 ad 11 floræ. *Calycinæ* valvulæ inæquales: *exterior* minor, lineari - acuminata, angusta, concava, mucronata, dorso carinata, scabra, per lentem retrorsum setulosa, viridis, marginibus membranaceis pellucidis albidis, purpureo mixtis, binas lineas longa; *interior* trinervata: nervis scabris, elevatis, viridibus, marginibus coloratis purpurascentibus, quatuor lineas longa, apice bifida, mucronata. *Corollæ* valvulæ majores, *exterior* lanceolata, utrinque attenuata, dorso carinata, trinervata scabra, margine membranacea, albida, purpureo-mixta, mox infra apicem bifidum scariosum *Aristam* producens rectam, tenuem, scabram, trilinearem.

Variat. Spiculis modo magis coloratis e viridi - albo - purpureo mixtis, modo magis viridibus.

Nota. Facile dignoscitur Vaginis foliorum pilis

longis copiosis, deorsum versis hirsutis. Spiculis gracilibus teretiusculis nutantibus.

159. BROMUS *sterilis* panicula patula spiculis oblongis distichis, glumis subulato-aristatis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 113. *Pollich. fl. palat. n.* 112.

Bromus *grandiflorus* panicula nutante, spiculis dilatatis compressis: glumis lineari-lanceolatis in aristam longiorem subulatam continuatis; apicibus minutis. *a.* culmo erecto altiore subnudo panicula breviore diffusa. *Weig. obs. bot. p.* 9. *p.* 6.

Bromus panicula nutante, locustis septifloris, glumis argute lanceolatis lineatis, subhirsutis. *Hall. stirp. helv. n.* 1505.

Gramen avenaceum panicula sparsa, locustis majoribus et aristatis. *Tournef. inst.* 526. — *Scheuchz. Agrostr.* 258. *Mapp. fl. Alf.* 137.

Festuca avenacea sterilis elatior. *Bauh. pin.* 9. — *Moris. hist.* 3. *p.* 212. *Sect.* 8. *tab.* 7. *fig.* 11.

Icon. Curtis. fl. Lond. — *Leers. fl. Herborn. t.* 11. *f.* 4. *p.* 37.

Germ. Tauber Tresp.

Gall. Brome sterile.

Hab. Utrinque ad sepes, muros, vias, aggeres frequens: circa *Carlsruhe im Fasanengarten* copiose.

Flor. Junio, Julio et Augusto. *Semina* Augusto et Septembri maturat. ☉

Radix fibrosa. *Culmi* 1-2-3 pedales, erectiusculi, teretes, læves, striati, ad basin obliqui, foliati. *Folia* linearia, plana, acuminata, basi scabriuscula, pagina superiore subpilosa. *Ligula* triangularis, squarrosa, laciniata. *Vaginæ* inferiores striatæ, subvillosæ. *Panicula* speciosa, 5-10 uncialis, laxa, rara, nutans, patens. *Pedunculi* 4-5-6 simul e culmo prodeuntes, elongati, filiformes, compressiusculi, scabri, simplices, uniflori, patentes. *Spiculæ* in panicula circiter 9-13-21, prælongæ, cum aristis biunciales, lineari-lanceolatæ, é tereti compressiusculæ, nutantes, scabrae, saepe 7-8, quandoque 10-florae, flosculo ultimo brevius aristato, sterili. *Calycinæ* valvulae inaequales, lineari-lanceolatae, carinatae, mucronatae. *Corollæ* valvula *exterior* septemnervia: nervis viridibus, scabris, margine alba, infra apicem acutissimum, bifidum, albidum, *Aristam* exserens rectam, ultra uncialem, retrorsum scabram; *interior* planiuscula, ciliata. *Nectarium* diphyllum ovatum, margine interiore crenulatum.

Semina rarius ad maturitatem perveniunt. In regionibus sabulosis sterilibus apricis aridis sæpe gramen totum é purpurascente castaneum est.

Arenam figit; non ingratum armentis præbet pabulum.

160. Bromus *tectorum* panicula nutante, spiculis linearibus. *Linn. Sp. pl.* *p.* 114. — *Pollich. fl. palat. n.* 114.

Bromus *grandiflorus* β. culmo brevi piloso panicula elongata propendente in matura planta. *Weigel. obs. bot.* *p.* 10.

Bromus hirſutus panicula nutante pauciflora, locuſtis quinquefloris, hirſutis; glumis acute lanceolatis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1508.

Gramen avenaceum locuſtis villoſis anguſtis candicantibus et ariſtatis. *Tournef. inſt. p.* 526. — *Mapp. fl. Alſ.* 137.

Icon. Leers. fl. Herb. t. 10. *f.* 2. *p.* 38.

Germ. Sand-Treſp; Mauer-Treſp.

Gall. Brome des Sables.

Hab. Utrinque in muris, ad vias et aggeres, in collibus aridis lapidoſis abunde.

Flor. Majo, Junio, Julio, Auguſto. *Semina* Julio Septembri maturat. ⊙

Differt a praecedente: *Culmis* brevioribus. *Foliis* anguſtioribus. *Vaginisque* utrinque piloſo-villoſis, mollibus, *Panicula* compactiore, denſiore, minore, matura antrorſum nutante. *Pedunculis* brevioribus ſubdiviſis. *Spiculis* copioſioribus, brevioribus, villoſis, ſubquinqueſloris. *Ariſtis* brevioribus.

Gramen defloratum terræ ſæpe incumbit, e fuſcorufum.

Tenellum adhuc ovibus acceptum et gratum pabulum præbet; ad arenam firmandam conducit.

Upſaliæ tecta (ex terra conſtructa) tegit inſtar agri frumento conſiti. Linn. fl. Suec. p. 34.

161. BROMUS *pratenſis* panicula erecta ſimpliciuſcula, ſpiculis oblongis ſubſeptemfloris, hirſutis, ariſtis rectis gluma brevioribus: foliis radicalibus, caulinis duplo anguſtioribus hiſpidulis.

Bromus *pratensis* panicula erecta, subsimplici, spiculis oblongis, novemfloris; aristis rectis gluma brevioribus. *Lamarck. Encycl. bot. p.* 468. *n.* 10.

Bromus *perennis* foliis duris, culmis rectis, panicula erecta, subtruncata, spiculis oblongis hirsutis, aristatis, subquinquefloris. *Vill. fl. Delph.* 2. *p.* 122. *n.* 13.

Bromus *agrestis*. *Allion. fl. Pedem.* 2. *p.* 249.

Bromus *erectus*. *Hudſ. fl. Angl.* — *Smith. fl. Britann.*

Bromus hirsutus, angustifolius, locustis quinquefloris, aristis folliculo brevioribus. *Hall. stirp. helv. n.* 1507.

Gramen bromoides pratense foliis præter culmum angustissimis rara lanugine villosis. *Scheuchz. Agrostr.* 255. *tab.* 5. *fig.* 13.

Festuca pratensis lanuginosa. *C. Bauh. pin.* 10. *prodr.* 19. *n.* 68. — *Vaill.* 93.

Icon. Vaillant. bot. parif. tab. XVIII. f. 2.

Germ. Wiesen-Tresp; aufrechter Tresp.

Gall. Brome à épillets droits.

Hab. Passim in pratis ficcioribus Marggraviatus superioris inter *Weil* et Basileam. Basileæ in pratis passim teste *C. Bauhino.*

Flor. Junio, Julio. *Semina* Julio, Augusto maturat. ♃

Culmi sesquipedales, bipedales et altiores, erecti, teretes, 3-4 nodes, striati, glabri, pal-

lide viridescentes. *Folia radicalia* copiofa, linearia, plana, caulinis duplo anguftiora, femilineam circiter lata, acuminata, retrorfum fcabra. *Culmea* vaginantia, breviora, rariter villofo-hirfuta. *Vaginæ* ftriatae, inferiores fuperioribus magis ex albido-villofo-hirfutae. *Ligulæ* membranaceae, pellucidae, albidae, margine fcariofae, fiffae, parvae. *Panicula* erecta, fimpliciusculа, coarctata, 4 ad 7 uncias longa, unciam ad fesquiunciam lata. *Pedunculi* 3-4-5 fimul e culmo prodeuntes, inaequales, femiunciam ad binas uncias longi, triquetri, tenues erecti, fcabri, apice fubincraffati. *Spiculæ* lineari-oblongae, 5-7 rariffimae 9 florae, lineas feptem ad unciam longae, diftichae, erectae, virides, quandoque purpureo-mixtae. *Glumæ calycinæ* bivalves, inaequales, *exterior* minor, lineari-lanceolata, dorfo carinata, acuminata, glabra, margine membranacea, ex purpureo albida; *interior* major, 3-4 lineas longa, femilineam vix lata. *Corollæ* calycinis glumis majores: valvula exterior lineari lanceolata, dorfo carinata, angufta, acuminata, plus minusve hirfuta, 4 ad 5 lineas longa, mox infra apicem *Ariftam* producens, tenuem, rectam fcabram, 2-3 linearem. *Antheræ* initio purpureae, demum luteae.

Obf. Folia siccata, fefe convolvunt. In horto culta conftantiffima permanfit planta.

Individua bene multa hujus in Gallia, Hifpania præfertim Catalonia, nec non in Helvetia prope Bernam vidi.

Variat in regionibus calidioribus panicula fimpliciffima, ftricta: Pedunculis alternis, folitariis. Spiculis 5-6-7 magis villofis ex viridi purpurascentibus aut variegatis.

162. **Bromus** *arvensis* panicula nutante, spiculis ovato-oblongis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 113. — *Pollich. fl. palat. n.* 113.

Bromus panicula subnutante, spiculis ovato-oblongis; glumis glabris marginatis imbricatis subaristatis; apicibus obtusis; aristis subulatis brevioribus flexuoso-rectis. *Weig. obs. bot. p.* 6. *n.* 3. *t.* 1. *f.* 3.

Bromus glaber locustis octifloris nutantantibus, glabris, glumis marginatis. *Hall. stirp. helv. n.* 1509.

Festuca graminea effusa juba. *Scheuchz. Agrostr.* 262.

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 293. (spiculis muticis) *Leers. fl. Herb. t.* 11. *f.* 3. *p.* 38.

Germ. Acker-Tresp.

Gall. Brome des champs.

Hab. Utrinque ad agrorum margines frequens: circa *Carlsruhe, Ettlingen, Durlach, Berghausen* et alibi.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio et Augusto maturat. ☉

Radix fibrosa. *Culmi* 2-3-pedales et altiores, erecti, ad basin saepe incurvi, teretes, striati, glabri. *Folia* linearia, plana, latiuscula, inferne marginibusque scaberrima, superne albido-villosa. *Ligula* membranacea, acutiuscula, multifida. *Vaginae* striatae, villosae, superiores nudiusculae. *Panicula* palmaris, pedalis, subnutans. *Pedunculi* longi, filiformes, compressi, hispidi, basi nodosi, qui-

ni, feni, divifi: *Pedicelli* longi, flexuofi. *Spiculæ* cum ariftis circiter unciam longæ, ovato-lanceolatæ, teretiusculæ. 6 - 7 - 9 floræ, nutantes, coloratæ, hinc incano - virides, inde fpadiceo - purpureæ, glabræ. *Calycis* valvula exterior major, lanceolata, acuta, carinata, bilineata. *Corollæ* valvula exterior mox infra apicem *Ariftam* exferens rectiusculam 2 - 3 lineas longam. *Antheræ* rubentes, ætate flavæ.

Variat. *Spiculis* 7 - 8 - 10 floris ariftatis, muticisque fæpe quinquefloris, magis minusque coloratis.

Bonum pecoribus pabulum.

163. BROMUS *giganteus* panicula nutante, fpiculis quadrifloris ariftis brevioribus. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 114. *Pollich. fl. pal. n.* 115.

Bromus *giganteus* panicula nutante, fpiculis lanceolatis: ariftis longis flexuofis. *Schreb. Græf.* 1. *p.* 88.

Bromus panicula nutante, fpiculis lanceolatis, glumis fubhirfutis, apicibus acutis minutis; ariftis longioribus capillaribus. *Weig. obf. bot. p.* 11. *t.* 5. *n.* 7.

Bromus glaber locuftis quadrifloris nutantibus, ariftis longiffimis. *Hall. ftirp. helv. n.* 1510.

Gramen bromoides aquaticum latifolium panicula fparfa, tenuiffime ariftata. *Scheuchz. Agroftr.* 264. *tab.* 5. *fig.* 17.

Gramen

Gramen ſylvaticum glabrum, panicula recurva. *Vaill. bot. pariſ. p.* 93. *tab.* 18. *fig.* 3. *bona.*

Icon. Schreb. l. c. t. 11. — *Curtis. fl. Lond. t.* 344. — *Leers. fl. Herb. t.* 10. *f.* 1. *p.* 39.

Germ. Groſser Futtertreſp.

Gall. Brome gigantesque.

Hab. Utrinque in ſylvis umbroſis humidis, et ad aquarum foſſas dumetoſas: circa *Carlsruhe* in ſylva *Hauacker* et alibi.

Flor. Julio, Auguſto. *Semina* maturat Septembri, Octobri. ♃

Radix fibroſa, lutescens. *Culmi* 3 - 4 - 5 pedales, erecti, ſubſtriati, læves, foliati; *genicula* 5 - 6 fusca, incraſſata, glabra. *Folia* prælonga, ſemiunciam et ultra lata, apice nutantia, baſi utrinque membrana dura, cartilaginea, acuta aucta, disco et margine retrorſum aſpera. *Ligula* brevis, truncata, fusca. *Vaginæ* teretes, ſtriato - ſulcatæ, inferiores ſcabræ. *Panicula* ſpecioſa, rara, pedalis et altior, patens, nutans. *Pedunculi* bini, terni, elongati, angulato - compreſſi, ſcabri, nutantes, ultra medium diviſi. *Spiculæ* teretiusculæ: florentes lineari - lanceolatæ, ſubcompreſſæ 3-4 ſæpiſſime 5 - 6 - 7 floræ, glabræ, dilute virentes, cum ariſtis unciam longæ. *Calycinæ* valvulæ inæquales, corollis breviores. *Corollæ* valvula exterior 5 - nervia, albido marginata, mox infra apicem ſubbifidum minutum, *Ariſtam* exſerens tenuiſſimam, ſubflexuoſam, criſpatam, corolla longiorem 5 - 7 lineas longam; *interior* lanceolata, exteriori ſæpe longior. *Antheræ* oblongæ, pallide luteæ.

Ob culmos ſucculentos et folia magna ſatis mollia optime pro pabulo coli poſſet. Schreb. l. c.

164. **Bromus** *montanus* panicula nutante, ſpiculis ſubſexfloris, ariſtis longioribus. *Pollich. fl. palat. n.* 116.

Bromus glaber panicula nutante, locuſtis quadrifloris, glumis ſubhirſutis? *Hall. ſtirp. helv. n.* 1506.

Gramen bromoides montanum hirſutum, panicula minus ſparſa corniculata. *Scheuchz. Agroſtr.* 263. *tab.* 5. *fig.* 16.

Germ. Berg - Treſp.

Gall. Brome de montagne.

Hab. Hinc inde in ſylvis montoſis, lapidoſis præruptis: in Palatinatu, in ſylvis montoſis circa *Heidelberg* et *Neckargemünd*, teſte *Pollichio.* In montoſis ſylvaticis præruptis lapidoſis retro *Ettlingen* prope *Frauenalb* et alibi. In Marggraviatu ſuperiore in nemoroſis perinde prope *Müllheim* et *Oberweiler* legit *Vulpius.*

Flor. Junio, Julio. *Semina* Auguſto et Septembri maturat. ☉

Maxime affinis præcedenti, a quo differt: *Radicibus* annuis. *Culmis* ſcabriuſculis. *Foliis* anguſtioribus, 4 - 6 lineas latis, brevioribus, margine villoſiuſculis. *Ligula* brevi alba. *Vaginis* inferioribus ſcabris, villoſis. *Spiculis* 4 - 5 ſæpe 6 - 7 floris, ſcabriuſculis, ſubvilloſis, viridibus, quandoque rubellis. *Ariſtis* minus flexuoſo - criſpatis, 4 - 5 linearibus.

Nota. Panicula et spiculæ quoad formam et magnitudinem Br. giganteô simillimæ.

Minime confundendum cum Br. aspero.

Bonum pecoribus pabulum, hinc ejus propagatio præsertim in convallibus lapidosis præruptis dumetosis, sæpe incultis, maxime commenmendanda.

165. **Bromus** *pinnatus* culmo indiviso spiculis alternis subsessilibus teretibus subaristatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 115. *Pollich. fl. palat. n.* 117.

Bromus spica terminali erecta: spiculis alternis approximatis lanceolatis compressiusculis pubescentibus; aristis brevioribus. *Weig. obs. bot. p.* 14. *n.* 9. *t.* 1. *f.* 10.

Festuca *pinnata. Huds. fl. Angl. p.* 48.

Triticum spicis distichis, locustis teretibus hirsutis, aristatis duodecimfloris. *Hall. stirp. helv. n.* 1431.

Gramen loliaceum corniculatum. *Scheuchz. Agrostr. p.* 35.

Gramen loliaceum altissimum spica brizæ prælonga aristis brevibus donata. *Tournef. inst. p.* 517. — *Mapp. fl. Als.* 130.

Gramen spica brizæ majus. *C. Bauh. prodr.* 18. *Icon.*

Icon. Leers. fl. Herborn. t. 10. *f.* 3. *p.* 39.

Germ. Gefiederter Tresp.

Gall. Brome pinné.

Hab. Utrinque passim in sylvis montosis, ju-

nipacetis, in collibus dumetosis præsertim calcareo-argillaceis, in vineis ad viarum marginalia: prope *Durlach auf dem Thurnberg*, prope *Grötzingen*, *Berghausen* et alibi in collibus dumetosis frequens.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto et Septembri maturat. ♃

Radix teres, articulata, multiplex, squamata, fibrosa. *Culmus* 3-4 pedalis et altior, erectus, teres, striatus, lævis. *Genicula* 3-4 villosa. *Folia* linearia, plana, latiuscula, utrinque subpilosa, flavo-viridia. *Ligula* brevis, obtusa. *Vaginæ* striatæ, villosæ. *Spica* terminalis, disticha, compressa, 3-4-5-6 uncias longa, erecta. *Spiculæ* alternæ, bifariæ, teretiusculæ, 8-9-10 flavescentes, pubescentes, 9-11-13 floræ, unciam ad quatuordecim lineas (aristis non comprehensis) longæ: superiores sessiles, inferiores subpedunculatæ, ante et post florescentiam erectæ, receptaculo communi adpressæ: florentes horizontales: terminali erecta. *Corollæ* valvula exterior lanceolata, pubescens, ex apice exserens *Aristam* rectam, tenuem 4-6 linearem, lutescentem. *Nectaria* duo, oblique truncata, multifido-ciliata. *Antheræ* flavæ.

Nota. Cum et in hac et sequente specie Aristæ terminales inveniantur; majori jure a Bromo separabis et sub Festucæ genere reddes.

Folia juniora ovibus bonum pabulum præbent.

Gramen ob radices multiplices articulatas facile se multiplicans, in regionibus præruptis ad viarum marginalia excavata, terram mobilem egregie confirmat, ibique ob hanc caussam magis propagandum.

166. BROMUS *gracilis* spica terminali debili: spiculis alternis remotis teretibus

subulatis glabris; aristis longioribus. *Weigel. obs. bot. p.* 15. *n.* 10. *tab.* 1. *fig.* 11.

Bromus *pinnatus* var β. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 115.

Bromus *sylvaticus* spiculis sessilibus, culmo indiviso, aristis folliculi glumas longitudine æquantibus. *Pollich. fl. palat. n.* 118.

Festuca *sylvatica* spicata, spiculis alternis subdistichis sessilibus aristatis. *Hudf. fl. Angl. p.* 48.

Triticum locustis remotis, hirsutis, teretibus exiguis, culmis floriferis gracilibus. *Hall. stirp. helv. n.* 1432.

Gramen loliaceum corniculatum, spica partiali subhirsuta fragili. *Scheuchz. Agrostr. p.* 38.

Gramen loliaceum corniculatum spicis villosis et glabris. *Tournef. inst.* 516. *Mapp. fl. Alf.* 129.

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 164. (sub Br. *pinnato*)

Germ. Magerer Tresp.

Gall. Brome gracile.

Hab. Passim in sylvis montosis et dumetis: retro *Wolfartsweyher*, prope *Grünwettersbach*, *Ettlingen* et alibi; in Alsatia: prope Argentoratum in dumetis *am Ostwinkel*, circa *Gravenstaden* et *Osswald;* in montosis prope *Heiligenstein*.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto, Septembri et Octobri maturat. ♃

Distinguitur a Br. *pinnato: Culmis* e radice pluribus, demissioribus, pedalibus, sesquipedalibus, debilioribus, viridibus. *Foliis Vaginisque* laete viridibus, utrinque piloso-molliter villosis. *Spicis* laxioribus, subnutantibus, viridibus. *Spiculis* 7-8-9 remotioribus, gracilioribus, omnibus sessilibus, glabris, quandoque villosis, 9-10 floris. *Aristis* tenuioribus, viridibus, longitudine corollae.

Variat. Spiculis villosis.

Bonum praesertim capris pabulum.

XLIII. STIPA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 121.

Calyx Gluma uniflora bivalvis, laxa, acuminata. *Corolla* bivalvis: valvula exterior apice longissime aristata: *Arista* tortili basi articulata, recta; valvula interior mutica, linearis. *Nectarium* diphyllum, lineari-lanceolatum, membranaceum, basi gibbum. *Semen* unicum oblongum tectum.

167. STIPA *pennata* aristis lanatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 115. — *Pollich. fl. palat. n.* 120.

Stipa aristis plumosis. *Hall. stirp. helv. n.* 1514.

Gramen spicatum aristis pennatis. *Tournef. inst.* 518. — *Scheuchz. Agrostr.* 153. *t.* 3. *f.* 13. *B.*

Gramen sparteum pennatum majus. *Barrel. Icon.* 46.

Spartum auſtriacum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 221.

Icon. *Schkuhr. bot. Handb. t.* 16. *n.* 168.

Germ. *Gefiedertes Strausgras.*

Gall. *Stipe empenné.*

Hab. In collibus Marggraviatus ſuperioris aridiſſimis prope *Iſtein* ubi legit *Vulpius.* In Sponhemiæ collibus apricis lapidoſis circa *Martinſtein* et *auf der Abtey* cum Melica *ciliata.* In vinearum collibus ſiccis ericetis juniperinis circa *Dürckheim, Umſtein, Calſtadt, Herxheim,* in campis prope *Nierſtein* teſte *Pollichio.*

Flor. Majo et Junio. *Semina* Julio maturat. ♃

Radix fibroſa. *Culmi* plures, 2-3 pedales, erecti, teretes, ſtriati, glabri. *Folia* radicalia cespititia, lineari-ſetacea, convoluta, mucronata, dura; glauco-viridia, glabra; caulina ſimilia. *Ligula* obtuſa, ſubbifida, alba. *Vaginæ* ſtriatæ, glabræ. *Panicula* terminalis, contracta, ſesquipedalis. *Pedunculi* bini, quandoque ſolitarii, ſimpliciusculi, erecti. *Spiculæ* lanceolatæ, glabræ. *Calycinæ* valvulæ lineari-lanceolatæ, carinatæ, patentes, apice in Ariſtam terminantes rectam ſesquiuncialem. *Corollæ* valvula exterior lineari-lanceolata, inferne villoſa, ex apice *Ariſtam* exſerens ſpecioſiſſimam, pedalem et longiorem, inferne tortam, nudam, viridi-flavicantem, cæterum plumis ſericeis, albidis, patentibus, ornatam, rectam, denuum arcuatim curvatam.

Gramen pulcherrimum ariſtis plumoſis ſericeis albis leviſſimo æris motu, hinc inde mobilibus, jam é longinquo cognoscitur.

Obſ. Nullibi freqnentius quam in collibus rubentibus ſelenitico-argillaceis regni Valentini et Arragoniæ

cum aliis Stipæ ſpeciebus hucusque nondum omnibus deſcriptis vidi.

168. STIPA *capillata* ariſtis nudis incurvatis, calycibus ſemine longioribus, foliis intus pubescentibus. *Linn. Sp. pl. 1. p. 116. — Pollich. fl. palat. n. 121.*

Stipa ariſtis nudis flexuoſis, calyce ſemine longiore. *Hall. ſtirp. helv. n. 1522.*

Feſtuca longiſſimis ariſtis. *Bauh. pin. 10. theatr. 153.*

Germ. *Haarähnliches Strausgras.*

Gall. *Stipe capillée.*

Hab. In Sponhemia in vinearum collibus ad Moſellam prope *Winningen* et *Trarbach*; in collibus ad fluvium die *Nahe* prope *Monzingen* et *Martinſtein*. Juxta vias publicas circa *Worms*, *Frankenthal*, *Klein-Niedesheim*; in monte *Oppenheimenſi* cui arx inædificata; in vinearum collibus circa *Dürckheim* teſte Pollichio.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio et Auguſto maturat. ♃

Radix fibroſa, denſa. *Culmi* plures, faſciculati, 3-4-5 pedales, erecti, teretes, ſtriati, duri, glabri. *Folia* radicalia ceſpititia, lineari-ſetacea, convoluta, dura, glabra, glauco-viridia, ſuperne intus pubescentia, deorſum ſcabra; caulina ſimilia. *Ligula* lanceolata, obtuſa, alba. *Vaginæ* glabræ, glauco-virentes. *Panicula* ſpecioſa, contracta, ſiccitate ſpiraliter contorta, flexuoſa. *Pedunculi* quini,

seni, simpliciusculi, ramosive. *Spiculae* lineari-lanceolatae, compressiusculae, splendentes, glabrae. *Calycis* valvulae inaequales: major lineari-lanceolata, carinata, arista terminata. *Corollae* valvula exterior inferne villosa, apice *Aristam* exferens spiraliter flexam ac curvatam, capillarem, nudam, retrorsum scabriusculam, 6 - 7 uncialem.

Nota. Hallerus et Scheuchzerus hanc cum Stipa juncea Linnaei conjunxerunt, quam hucusque frustra in regionibus badensibus et confinibus quaesivi, et quae differt a nostrate: Foliis interne glabris; Aristis rectis, longioribus.

XLIV. AVENA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 122.

Calyx Gluma saepius multiflora, bivalvis, flores laxe colligens: *Valvulis* lanceolatis, acutis, laxis, muticis. *Corolla* bivalvis: valvula inferior calycis magnitudine, teretiuscula, utrinque acuminata, e dorso *Aristam* spiraliter intortam, geniculo veluti reflexam emittens. *Nectarium* diphyllum, lanceolatum, basi gibbum. *Semen* unicum tenui-oblongum, utrinque acuminatum, sulco longitudinali exaratum.

169. AVENA *elatior* paniculata, calycibus bifloris, flosculo hermaphrodito submutico, masculo aristato. *Linn. Sp. pl. p.* 117. — *Pollich. fl. pal. n.* 122.

Avena diantha folliculis basi villosis, majoris arista geniculata. *Hall. stirp. helv. n.* 1492.

Holcus *avenaceus. Scopol. fl. Carn. ed.* 2. *n.* 1239. — *Roth. fl. Germ.* 3. *p.* 544.

Gramen avenaceum elatius, juba longa ſplendente. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 214. *Sect.* 8. *t.* 7. *f.* 34. — *Vaill. bot. pariſ. p.* 89. *Scheuchz. Agroſtr.* 239.

β. Radicibus bulboſis.

Gramen nodoſum, avenacea panicula. *Tourneſ. inſt.* 525. — *Scheuchz. Agroſtr. p.* 237. *t.* 4. *f.* 27. 28. — *Mapp. fl. Alſ.* 138.

Gramen avenaceum gemmea radice ſive nodoſa, minus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 214. *Sect.* 8. *tab.* 7. *fig.* 38.

Icon. α. Schreb. Græſ. 1. *t.* 1. *p.* 25. — *Curtis. fl. Lond.* — *Oeder. fl. Dan. t.* 165. — *Leers. fl. Herb. t.* 10. *f.* 4. *p.* 40. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 17. *n.* 171.

Germ. Wieſenhafer; Franzöſiſch Raygras.

Gall. Fromental; Avoine élevé.

Angl. Tall Oat-graſs.

Hab. Utrinque in pratis, pomariis, apricis: amat prata præſertim montoſa aprica. *β.* paſſim in agris et locis graminoſis colliculoſis.

Flor. Junio, Julio. *Semina* maturat Auguſto, Septembri. ♃

Radix fibroſa, fuſca. *Culmi* 2-3-4 pedales et altiores, erecti, teretes, læves, geniculis infimis ſuperioribus magis incraſſatis. *Folia* linearia, plana, latiuſcula, acuminata, glabriuscula, ſtriata. *Ligula* truncata, albida. *Vaginæ* ſtriatæ, læves, quandoque piloſæ. *Pani-*

cula palmaris, pedalis, erecta, laxe coarctata, florens patula, ſubnutans, ſplendens. *Pedunculi* tenues, inæquales, ſcabri, diviſi, ſimpliciusculis intermixti. *Spiculæ* biſloræ: altero ſlosculo ſuperiore hermaphrodito, altero inferiore masculo, baſi piloſo, ovato-teretiusculæ, compreſſiusculæ, ex viridi argenteo-flavicantes et purpurascentes, ſplendentes, glabræ. *Corollæ* maris valvula major, acuta, in dorſo infra medium *Ariſtam* exſerens geniculatam, inferne ſpiraliter contortam, valvula duplo longiorem.

Variat. α. *Radicibus* bulboſis. β. *Flosculo* hermaphrodito et masculo inermi ſeu utroque ariſta deſtituto. γ. *Ariſta* in utroque ſlosculo longiore. δ. *Ariſta* in hermaphrodito nulla. Porro *Panicula* laxe ſpicata aut nutante. *Articulis* glabris aut aſperis. *Foliis* glabris aut in disco piloſis. *Vaginis* glabris aut piloſis. *Valvulis* corollinis externe viridibus aut ſubpurpurascentibus. *Conſ. Schreb. l. c. p.* 27.

Egregium in pratis gramen, bobus et equis acceptum pabulum præbet. Culturam et propagationem dedit periſl. Schreberus l. c.

Flosculi uſtilagine ſæpe obnoxii ſunt.

Obſ. In regionibus calidioribus, Gallia meridionali et Hiſpania fere ſemper radicibus bulboſis vidi.

170. AVENA *ſtrigosa* panicula oblonga contracta ſecunda, flosculis geminis apice biariſtatis, dorſo ariſta geniculata. *Schreb. Spic. ſl. Lipſ. p.* 52. — *Roth. ſl. germ.* 2. *p.* 107.

Germ. *Geſtreiſter Haſer.*

Gall. Avoine ſtrigeuſe.

Hab. Paſſim inter Avenam ſativam.

Flor. Junio, Julio *Semina* maturat Auguſto et Septembri. ⊙

Affinis quoad altitudinem et ſtaturam Avenæ *orientali*, a qua differt: *Paniculæ* pedunculis paulo laxioribus. *Spiculis* gracilioribus. *Calycum* valvulis per longitudinem coſtato-nervatis. *Corollæ* valvula exteriore apice bifida, *Ariſtis* duabus terminalibus tenuibus, brevibus, ſcabris prædita, e medio dorſo *Ariſtam* geniculatam, validam, valvula duplo longiorem, fuscam, exſerens.

Nota. Sine dubio cum Avena ſativa aut A. orientali in ſegetes Germaniæ migravit. Semina fusco nigricantia, agricolis neglecta.

171. AVENA *orientalis* panicula coarctata ſecunda, ſpiculis bifloris horizontalibus parallelis, ſeminibus lævibus. *Schreb. Spic. fl. Lipſ. p.* 52.

Germ. Hungariſcher Haſer; Türkiſcher Haſer.

Gall. Avoine de la Turquie.

Hab. Colitur præſertim circa *Carlsruhe, Pforzheim* et alibi abunde.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Auguſto et Septembri maturat. ⊙

Differt ab Avena *ſativa Linn. Culmis* altioribus. *Panicula* denſiore, ſecunda, coarctata. *Seminibus* in panicula copioſioribus majusculis.

Nota. Jam ultra triginta annos introducta in terris Badensibus. Etiam in Alsatia colitur et A. *sativæ* præfertur. Forsan ex Oriente in Hungariam primo, demum in Germaniam migravit.

172. AVENA *sativa* panicula calycibus dispermis, seminibus lævibus. *Linn. Sp. pl. p.* 118.

Avena diantha, locustis pendulis, floribus cartilagineis, inæqualibus, majori aristata. *Hall. stirp. helv. n.* 1494.

Avena nigra. *Bauh. pin.* 23.

β. Avena alba. *Bauh. pin.* 23.

Icon. *Regnault. bot. Blackwell. herb. t.* 422.

Germ. *Gemeiner Hafer; schwarzer Hafer; β. weisser Hafer.*

Gall. *Avoine cultivé.*

Hab. Colitur in agris.

Flor. Junio, Julio. *Semina* maturat Augusto et Septembri. ⊙

Pharm. *AVENA s. AVENÆ Semen.*

Avena præ omnibus frumentis ustilagine maxime infestatur.

Semina sæpe in agris a larvis Ichneumonis culpatorii consumuntur. Culmos ejus sæpe præcidit Musca Avenæ, unde paniculæ marcescunt et albedinem contrahunt.

Semina integra cum aqua ad crepaturam usque cocta, potum passim nostratibus præbent celebratissimum, sub nomine Habertrank notum, cui addunt radicem Cichorii, passulas quandoque minores et saccharum.

173. AVENA *nuda* paniculata calycibus trifloris, receptaculo calycem excedente, petalis dorſo ariſtatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 118.

Avena nuda. *Bauh. pin.* 23. — *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 209. *Sect.* 8. *tab.* 7. *fig.* 4. *Tourneſ. inſt. p.* 514.

Germ. Nackter Hafer; Spinnenhafer.

Gall. Avoine nue.

Hab. Inter Avenam ſativam paſſim.

Flor. Junio, Julio. *Semina* maturat Auguſto, Septembri. ☉

Differt ab affini A. *ſativa*: *Culmis* ſubdemiſſioribus. *Calycibus* corollis minoribus, trifloris, floſculo tertio mutico. *Seminibus* minoribus, maturis e glumis facile cadentibus nudis.

Colitur paſſim in Hiſpania, Anglia et hinc inde in Germania. Sine dubio cum Avena ſativa in ſegetes noſtrates migravit.

174. AVENA *fatua* paniculata, calycibus trifloris, floſculis omnibus ariſtatis baſique piloſis, ariſtis totis lævibus. *Linn. Sp. pl. p.* 118. — *Pollich. fl. palat. n.* 123.

Avena triantha, locuſtis patulis, folliculis villoſis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1495.

Gramen avenaceum locuſtis lanugine flavescentibus. *Scheuchz. Agroſtr. p.* 239. — *Tourneſ. inſt.* 525. — *Mapp. fl. Alſ.* 137.

Feſtuca utriculis lanugine flavescentibus. *Bauh. pin.* 10.

Icon. *Schreb. Græſ.* 1. *t.* 15. *p.* 109. — *Leers. fl. Herb. t.* 9. *f.* 4. *p.* 42.

Germ. *Wildhaſer*; *Flughaſer*; *Windhaſer*; *Gauchhaſer*; *Taubhaſer*; *Mäuſehaſer.*

Gall. *Avoine follete.*

Hab. Paſſim in agris et arvis Rheno vicinis: prope *Dachsland*, *Knielingen*, *Eckenſtein* rarius. In Marggr. ſuperiore inter *Weil* et Baſileam: Baſileæ ad portam St. Johannis, teſte *Hallero.* In Alſatia prope Argentinam in agris hordeaceis et avenaceis. In Palatinatu in agris circa *Lautern*; in arvis Rheno vicinis inter *Franckenthal* et *Oba* teſte *Pollichio.*

Flor. Julio et Auguſto. *Semina* Septembri maturat. ⊙

Radix fibroſa. *Culmi* 3-4 pedales, erecti, ad baſin curvati, teretes, glabri. *Folia* linearia, plana, lata, acuminata, quinquenervia, margine ſcabra. *Ligula* obtuſa, truncata, pellucida. *Vaginæ* ſtriatae, glabrae, infimae quandoque pilis raris praeditae. *Panicula* palmaris, pedalis, patens, ſuperne nutans. *Pedunculi* filiformes, patentes, compreſſi, ſimpliciuſculi, diviſique, ſcabri, apice incraſſati. *Spiculæ* nutantes, ovato-lanceolatae, teretiuſculae, ſtriatae, absque ariſtis unciam ad tredecim lineas longae. *Calycis* valvulae corollinis majores, mucronatae, margine argenteae. *Corollæ* baſi et dorſo e fulvo-luteſcente piloſae: *Valvula* exterior apice bifida, margine argentea, infra dorſi medium *Ariſtam* geniculatam, validam, tortilem, ſesquiuncialem, laevem, (per lentem ſcabram) exſerens; interior lanceolata, multo brevior. *Nectarium* biphyllum, ovato-acuminatum. *Semen* utrinque villoſum.

In noſtris regionibus rarius venit, in aliis autem calidioribus præſertim, magnum ſæpe inter ſegetes vitium. Eradicatur accenſis ſtipulis, requiescente diutius agro et arando poſt germinationem; repetita ante floreſcentiam eradicatione, aratione et diſſeminatione graminum perennantium; plura vide in perill. Schreberi opere citato.

Ante florescentiam bonum pecoribus pabulum præbet.

Ex ariſta ſiccata geniculata Hygrometrum Johrenii parari poteſt. Leupold. theatr. ſtatic. p. 292. §. 99. t. 15. f. 1. 2.

175. AVENA *pubescens* ſubſpicata, calycibus ſubtrifloris baſi piloſis, foliis planis pubescentibus. *Linn. Syſt. veg.* 99. *Sp. pl.* 2. *p.* 1665. — *Pollich. pal. n.* 126.

Avena triantha, locuſtis teretibus erectis, petiolis ſericeis, gluma exteriore lacera. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1498.

Avena panicula ramoſa glumis ſubtrifloris, receptaculis barbatis, foliis planis pubescentibus. *Hudſ. fl. Angl.* 1. *p.* 52. *n.* 4.

Gramen avenaceum panicula purpureoargentea ſplendente. *Scheuchz. Agroſtr.* 226. *t.* 4. *f.* 20. — *Tourneſ. inſt.* 525. — *Mapp. fl. Alſ.* 138.

Icon. Leers. fl. Herb. t. 9. *f.* 2. *p.* 43.

Germ. Behaarter Wieſenhaſer.

Gall. Avoine pubescente.

Hab. Utrinque in pratis ſiccioribus, pomariis, aggeribus, in vineis ad viarum verſuras frequens.

Flor.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio et Augusto maturat. ♃

Radix densa, fibrosa, substolonifera. *Culmi* 2-3 pedales, erecti, basi incurviusculi, læves. *Folia* linearia, plana, inferiora pilosa, culmea latiora, pubescentia, mollia, supremo brevissimo, nudo. *Ligula* magna, obtusiuscula, subcrenulata, albida. *Vaginæ* inferiores striatæ, villosæ, superiores læves. *Panicula* ante et post florescentiam coarctata, erecta, molliuscula, florens patens, 4-5-7 uncialis. *Pedunculi* tenues, compressi, scabriusculi, 1-2-3 flori, infimi quini. *Spiculæ* splendentes, ex viridi argenteo-purpurascentes, lanceolatæ, subtrifloræ, absque aristis semunciam longæ. *Corollæ* calycis longitudine, apice multifidæ, basi valde sericeæ. *Arista* e dorso incurva, ex albido-violacea, demum tortilis, atro-spadicea. *Nectarium* biphyllum, apice oblique truncatum, tridentatum, longitudine germinis. *Antheræ* flavæ ac purpurascentes.

Pecoribus gratum pabulum. Terram in agrorum et vinearum versuris confirmat.

176. AVENA *flavescens* panicula laxa calycibus trifloris brevibus, flosculis omnibus aristatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 118. *Pollich. fl. palat. n.* 124.

Avena triantha locustis teretibus, calycina gluma altera minima, petiolo villoso. *Hall. stirp. helv. n.* 1497.

Gramen avenaceum pratense elatius panicula flavescente locustis parvis. *Scheuchz. Agrostr.* 223. *tab.* 4. *fig.* 18. *Tournef. inst.* 525. — *Moris. hist.* 3. *p.* 215. *Sect.* 8. *tab.* 7. *f.* 42.

β. Spiculis majoribus.

Gramen avenaceum elatius panicula densa flavescente locustis majoribus villosum. *Scheuchz. Agrostr.* 225. *tab.* 4. *fig.* 19.

Icon. Schreb. Gräs. t. 9. *p.* 76. — *Curtis. fl. Lond. t.* 212. — *Leers. fl. Herb. t.* 10. *f.* 5. *p.* 44.

Germ. Goldhafer.

Gall. Avoine jaunâtre.

Hab. Utrinque in pratis pascuisque gramineis, pomariis et aggeribus abunde.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto et Septembri maturat. ♃

Radix fibrosa. *Culmi* sesquipedales, 2-3 pedales, erecti, teretes, substriati, glabri. *Genicula* 2-3-4, subvillosa. *Folia* linearia, plana, margine et superne scabriuscula, disco subvillosa. *Ligula* truncata, subcrenata, brevis. *Vaginae* substriatae, villosae. *Panicula* digitalis, palmaris, erecta, densiuscula, primum contracta, florens patens, sole flavescente-aureo colore nitens. *Pedunculi* fasciculatim verticillati, inaequales, divisi. *Spiculae* lanceolatae, compressae, 2-3-4 florae, absque aristis tres lineas longae. *Calycis* valvulae inaequales: interior exteriori duplo major, lanceolata, mucronata, trinervata, margine membranacea, albida. *Corollae* calyce sublongiores, basi pilosae, apice bifidae; valvula exterior lanceolata, margine argentea, e dorso *Aristam* exserens tenuem, quatuor lineas longam. *Nectarium* biphyllum, ovato-lanceolatum. *Antherae* initio rubellae, demum pallide luteae. *Semen* flavescens.

β. Culmis altioribus. *Foliis* latioribus. *Spiculis* majoribus quadrifloris differt.

Bonum pro pabulo gramen, et in locis ficcis altioribus, arenosis, ovibus maxime conveniens. Conf. Schreb. l. c. p. 78.

177. Avena *pratensis* subspicata, calycibus quinquefloris. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 119. — *Pollich. fl. palat. n.* 125.

Avena petiolis unifloris, brevibus, locustis teretibus, quinquefloris, basi pubescentibus. *Hall. stirp. helv. n.* 1499.

Gramen avenaceum montanum spica simplici, aristis recurvis. *Tournef. inst.* 525. — *Scheuchz. Agrostr.* 230.

Gramen avenaceum erectum, foliis angustioribus glabris. *Moris. hist.* 3. *p.* 213. *Sect.* 8. *tab.* 7. *fig.* 21.

Gramen avenaceum locustis splendentibus et bicornibus. *Vaill. bot. paris. t.* 18. *f.* 1.

Germ. Wiesenhafer.

Gall. Avoine des prés.

Hab. In pratis siccis arenosis pascuisque colliculosis aridis sabulosis, in dumetis circa sylvarum marginalia aprica, sterilia: prope *Carlsruhe* ad viam sabulosam sylvaticam *am Hauacker* rarius. In Marggraviatu superiore ad vias circa *Blansingen* legit *Vulpius.* Prope Basileam in montosis circa Chrischonam nuperrime legit *Zeyherus.* In Palatinatu prope *Lautern* circa sylvarum margi-

nalia sterilia teste *Pollichio.* In Sponhemiæ collibus apricis sterilibus prope *Martinstein* et *auf der Abtey.*

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio et Augusto maturat. ♃

Radix fibrosa. *Culmus* sesquipedalis et altior, erectus, basi subincurvus, teres, duriusculus, glabriusculus. *Folia* radicalia linearia, convoluta, striata, duriuscula, superne scabra. *Ligula* oblonga, albida. *Vaginæ* striatæ, retrorsum scabræ. *Panicula* digitalis, semipedalis, spicata, erecta, pauciflora. *Pedunculi* alterni, breves, solitarii, uniflori, infimi subgemini. *Spiculæ* tereti - compressiusculæ, lineari - lanceolatæ, 4 - 5 floræ, glabræ, e viridi - argenteo - purpurascentes, splendentes, octo ad novem lineas absque aristis longæ. *Calycina* valvula major, ovato - lanceolata, mucronata, septem lineas longa, glabra. *Corollæ* valvula exterior, basi pilosa, striata, sex lineas longa, e dorso *Aristam* exserens, octolinearem. *Antheræ* purpurascentes.

XLV. ARUNDO.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 124.

Calyx Gluma uni vel multiflora, bivalvis: *valvulis* oblongis, acuminatis, muticis: altera breviore. *Corolla* bivalvis: valvulæ oblongæ, acuminatæ, basi lanuginosæ. *Nectarium* diphyllum, minimum. *Semen* unicum, oblongum, utrinque acuminatum, basi papposum.

178. ARUNDO *phragmites* calycibus quinquefloris, panicula laxa. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 120. — *Pollich. fl. pal. n.* 127.

Arundo foliis fecantibus, locuftis trifloris, pappofis muticis. *Hall. ftirp. helv. n.* 1515.

Arundo vulgaris, feu Phragmites Diofcoridis. *Scheuchz. Agroftr. p.* 161. *t.* 3. *f.* 14. — *Mapp. fl. Alf. p.* 30.

Icon. Schkuhr. bot. Handb. t. 18. *n.* 180.

Germ. Gemeiner Schilf; *Büfchelrohr*; *Deckrohr*; *Pfeiffenrohr*; *Teichrohr.*

Gall. Rofeau commune.

Hab. Utrinque in paludibus, lacubus, pifcinis, foffis aquaticis et pratis inundatis uliginofis præfertim Rheno vicinis in abundantia.

Flor. Junio, Julio, Augufto. *Semina* Septembri et Octobri maturat. ♃

Radix articulata, repens, fibrofa. *Culmus* 4 - 10 - 15 pedalis, erectus, fimpliciffimus, articulatus, teres, ftriatus, cavus. *Folia* lineari-lanceolata, plana, mucronata, glabra, marginibus fcaberrime ferrulata, fubtus cofta albida prædita. *Ligula* pilofa. *Vaginæ* ftriatæ, glabræ. *Panicula* fpeciofa, ultrapedalis, denfa, contracta, demum patula. *Pedunculi* numerofi, maxime divifi, nutantes. *Spiculæ* 3-4 - 5 - 6 floræ, mucronatæ, fufco - purpureæ, glabræ, 6 - 7 lineas longæ.

Gramen omnium noftratium altiffimum, fpeciofiffimum.

Pharm. Arundinis vulgaris Radix.

Culmi pro tabaci fistulis elegantioribus adhibentur; ignibus foci, construendisque ædium tectis apti.

Culmis porro utuntur gypsarii ad tecta incrustanda. Panicula tingunt mulierculæ lanea, viridi colore. Linn. Fl. Suec. p. 37.

Dulcis planta, grato succo plena, qui abstergit et leviter alvum subducit. Radices dulces cum nauseoso sapore Chinæ radici substituuntur. Claudin. Ingress. ad infirm. p. 178.

Magnum sæpe, præcipue in Rheni vicinia sæpius inundata, pratorum vitium.

179. ARUNDO *effusa* calycibus unifloris, panicula effusa, laxa, petalo exteriore apice aristato, culmo erecto, simplici.

Germ. Ausgebreitetes Schilfrohr.

Gall. Roseau épars.

Hab. Circa *Carlsruhe* ad fossas aquaticas *am Holzmagazin* prope *dem Schützenhaus* non infrequens.

Flor. Julio. *Semina* Augusto maturat. ♃

Radix fibrosa, implexa, albicans. *Stolones* horizontaliter repentes, articulati, nivei, glaberrimi, inter radicem et culmum exeuntes. *Culmi* ex radice sæpe plurimi, quandoque solitarii, semper simplices, 5-6 pedales, crassitie pennæ fere anserinæ, erecti, glabri, geniculati; geniculis sex, septem ad octo, glaberrimis, bilinearibus, fusco purpurascentibus, utrinque fascia latiore dilute purpurascente circumdatis. *Folia* arcte culmum fere integrum vaginantia, linearia, plana, acuminata, patentia, læte vi-

ridia, utrinque glabra, pedalia, ſubæqualia, tres lineas vix lata; ſiccitate arcte convoluta. *Vaginæ* ſtriatæ, glabriuſculæ, virides, margine linea longitudinali purpurea notatæ. *Ligula* membranacea, alba, pellucida, lata, fiſſa, duas ad tres lineas longa, ad baſin fuſco-purpurea. *Panicula* terminalis, ſpecioſa, novem ad quatuordecim uncias longa, ſeptem ad novem lata, patentiſſima, laxa, circumſcriptione ovata, tota rubello-fuſca. *Pedunculi* dimidiatim verticillati, patentiſſimi, ad angulum rectum diſcedentes, terni majores, medio lateralibus duplo longiore; interjacentibus minoribus, in ſingulo latere tribus, omnibus baſi in nodulum calloſum, fuſco-purpureum, coalitis. *Pedicelli* ſubterni, bini, diviſi, angulati, laxi, ſcabriuſculi. *Calyx* uniflorus, glumis inæqualibus, argute ſubulatis, glabris, dorſo hiſpidulis, dilute purpuraſcentibus: valvula exteriore trilineari, interiore bilineari. *Corolla* membranacea, albida, pellucida, baſi piloſa: pilis ſericeis, albidis, calyce ſubbrevioribus. *Petalum* exterius acuminatum, calyce dimidio minus, *Ariſtam* ex apice rectam, tenuem, calyce ſubbreviorem exſerens; *Petalum* interius duplo minus, apice fiſſum, muticum. *Nectaria* duo, pellucida, parva, lanceolata, germen ambientia. *Antheræ* albidæ. *Germen* ſubrotundum. *Styli* patentes. *Stigmata* plumoſa. *Semen* unicum, oblongum, utrinque acuminatum, pappoſum, ex luteo-fuſcum.

Nota. Arundo poſt A. Phragmites omnium maxima, a qua facile diſtinguitur: Culmis glabris. Foliis multo anguſtioribus. Panicula florenti et deflorata effuſa, laxa. Spiculis ſemper unifloris.

Differt ab A. Epigejos: Culmis altioribus, craſſioribus, utrinque glabris. Foliis glabris. Panicula ovata patentiſſima, multo ſpecioſiore, (nec arcta, lanceolata).

Non confundenda cum Agrosti Calamagrosti. Linn. a qua jam ob pappi in basi flosculi præsentiam, satis differt.

Non pro Agrosti Leersii s. Calamagrosti Arundo. Roth. fl. germ. 2. p. 88. habenda, a qua differt: Culmis non binodibus, foliis vaginisque non scabris. Panicula multo speciosiore, effusa, non e viridi - glaucescente. Arista non infra medium dorsi, sed semper ex apice orta.

Vix adhuc descripta, hinc nullum Synonymon adjeci.

180. ARUNDO *epigejos* calycibus unifloris, panicula lanceolata erecta, foliis subtus glabris.

Arundo epigejos calycibus unifloris, panicula erecta, foliis subtus glabris. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 120.

Arundo locustis unifloris sericeis muticis, panicula stricta. *Hall. stirp. helv. n.* 1520.

Calamagrostis *Epigejos* panicula stricta, corollis exiguis, basi pilosis, foliis glabris. *Roth. fl. Germ.* 2. *p.* 91.

Gramen arundinaceum panicula molli spadicea, majus. *Scheuchz. Agrostr.* 122. *t.* 3. *f.* 3.

Gramen paniculatum arundinaceum, panicula densa, spadicea. *Tournef. inst. p.* 523. — *Mapp. fl. Alf. p.* 523.

Icon. Scheuchz. l. c. app. t. 5.

Germ. Landrohr.

Gall. Roseau vélue.

Hab. Circa *Carlsruhe im Fasanengarten* praesertim *im Hirschpark* abunde; in dumetis, virgultis, pratis Rheno vicinis prope *Dachsland*, *Knielingen*, *Linkenheim* et alibi passim. In Marggraviatu superiore prope *Zinken*. Circa Argentinam prope *Osswald* in pratis sylvaticis, et alibi frequens.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Augusto; Septembri maturat. ♃

Radix fibrosa, albida, stolonifera. *Culmi* 4-5 pedales, erecti, simplices, teretes, striati, 5-6-7-articulati, glabri, virides, versus paniculam retrorsum scabriusculi. *Articuli* lineam dimidiam longi, ex fusco-pallide virentes, glaberrimi. *Folia* vaginantia, linearia, acuminata, plana, tres lineas lata, dorso subcarinata, inferne et margine retrorsum scabriuscula, superne glabra, laete viridia. *Vaginae* striatae, glabriusculae. *Ligula* superne fissa, membranacea, albida, pellucida, basi praesertim ad latera, dilute fusco-rubella, duas ad tres lineas longa, suprema reliquis longiore, semunciali, magis fissa. *Panicula* terminalis, florens erecta, lanceolata, sex ad octo uncias longa, sesquiunciam lata, e viridi-fusco-rubella; deflorata stricta. *Pedunculi* dimidiate verticillati, terni, quaterni, quini, brevioribus mixti, inaequales, divisi, scabri. *Verticilli* alterni, unciam circiter sese remoti. *Spiculae* strictae, dense congestae. *Calyx* bivalvis, uniflorus: *valvulis* subaequalibus, lineari-setaceis, mucronatis, bilinearibus, dorso viridibus, scabris, margine et apice fusco-rubellis. *Corolla* bivalvis: *valvulis* inaequalibus pellucidis, calyce duplo brevioribus: *exteriore* saepissime infra dorsi medium *Aristam* rectam calyce breviorem ex-

ferens. *Pili* in basi corollae copiosi, sericei, calycis longitudine.

Variat. Panicula fusco - purpurea et e viridi canescente.

Nota. Scheuchzeri Synonymon à Linnaeo ad A. Calamagrostin citatum ut et Icon. app. omnino hic pertinent.

Obs. Aristam in exteriore Corollae valvula infra dorsi medium in individuis bene multis, fere semper observavimus.

Distinguitur ab A. Calamagrosti: Culmis crassioribus magis arundinaceis; Panicula lanceolata, strictiore, longiore.

181. ARUNDO *intermedia* calycibus unifloris, panicula patente ovato-lanceolata, culmo stricto simplici.

Germ. *Mittleres Landrohr.*

Gall. *Roseau intermede.*

Hab. Circa *Carlsruhe im Fasanengarten* ad partem *der Hirschpark* copiose.

Flor. Julio. *Semina* Augusto matura. ♃

Differt a praecedenti specie: Habitu praesertim. *Culmo* demissiore quatuor pedali, strictiore, 4-5 articulato, infra paniculam magis aspero. *Foliis* ex viridi - canescentibus, margine magis retrorsum asperis, secantibus. *Panicula* florente ovato - lanceolata, e viridi - canescente. *Pedunculis* duplo brevioribus, patenti - erectiusculis. *Glumis* calycinis canescente - viridibus, margine et apice dilute rubellis, perfecte aequalibus, mucronatis. *Corollae* valvula exteriore infra dorsi medium sem-

per ariſtata: *Ariſta* longiore. *Pappo* in baſi corollae copioſo, calyce ſublongiori.

Nota. Habitus a præcedente et ſequente ſpecie quam maxime diverſus, dictitat ſeparationem.

Obſ. In horto ex ſeminibus culta, mutationi non ſuccubuit.

Affinis Arundini Leerſii ſ. Calamagroſti Arundo. Roth. fl. germ. 2. p. 88. a qua differre videtur: Culmis non binodibus.

182. ARUNDO *Calamagroſtis* calycibus unifloris, culmo ramoſo. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 121. — *Pollich. fl. palat. n.* 128.

Arundo locuſtis unifloris muticis, panicula alterne contracta. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1519.

Calamagroſtis *lanceolata* panicula lanceolata, contracta, ſpiciformi, corollis linearibus baſi piloſis ariſta dorſali recta brevi, culmo ramoſo. *Roth. fl. Germ.* 2. *p.* 90.

Gramen arundinaceum paniculatum montanum, panicula ſpadiceo-viridi, ſemine pappoſo. *Scheuchz. Agroſtr. p.* 124.

Gramen paniculatum, arundinaceum, ſpica multiplici. *Tourneſ. inſt. p.* 523. *Mapp. fl. Alſ. p.* 135.

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 280.

Germ. Wieſenrohr.

Gall. Roſeau plumeux.

Hab. Utrinque in pratis ſylvaticis, dumetis

præfertim ad Rhenum fitis. Circa *Carlsruhe im Fafanengarten*, *im Hirfchpark* abunde; circa *Dachsland*, *Knielingen* et alibi. Circa Bafileam prope Michelfelden t. *Hallero*; prope Argentinam *auf der Ganfau* ad Rhenum. In Palatinatu paffim cis et trans Rhenum.

Flor. Julio. *Semina* Augufto maturat. ♃

Differt a præcedentibus: *Culmis* multo tenerioribus, inter Arundinem graciliffimis, 3-4-5 pedalibus, ftriatis, utrinque glabris, 4-5-6 articulatis: *Articulis* parvis, faturate viridibus. *Foliis* linearibus, anguftioribus, bilinearibus, faturatius viridibus, glabris, margine retrorfum afperiusculis. *Vaginis* ftriatis, glabris. *Ligula* ftricta, membranacea, albida, fubintegra, 3-4-5 lineari. *Panicula* longe delicatiori, 4-5-6 unciali, erecta, lanceolata, florente medio incraffata, deflorata ftricta, lanceolata, e canefcente viridiuscula. *Pedunculis* brevioribus, erectiusculis. *Floribus* paucioribus, minus denfis. *Calycibus* delicatioribus: *valvulis* lineari-fetaceis, æqualibus, ex albido-viridibus, glabriusculis, dorfo per lentem fcabriusculis, fesquilinearibus. *Corollis* bivalvibus, minoribus; *Valvula* exteriore infra dorfum breviter ariftata. *Pappo* in bafi corollæ fericeo, calycem fubexcedente.

Variat. Panicula breviore ovato-lanceolata, rara, e viridi fufco-purpurascente.

Obf. Inter centena hujus individua, fæpius accurate examinata, non unicum culmo ramofo, fed femper fimplici, vidi. Idem obfervavi circa plantas in horto cultas.

XLVI. LOLIUM.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 126.

Calyx Receptaculum commune elongatum in *Spicam*, flores distiche spicatos, angulo culmi apprimens. *Gluma* univalvis, rachi opposita, subulata, persistens. *Corolla* bivalvis: valvula inferior angusto-lanceolata, convoluta, acuminata, longitudine calycis: superior brevior. *Nectarium* diphyllum, ovatum, obtusum, basi gibbum. *Semen* unicum, oblongum, compressum, hinc convexum, inde sulcato-planum.

183. Lolium *perenne* spica mutica, spiculis compressis muticis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 122. — *Pollich. fl. palat. n.* 129.

Lolium radice perenni, locustis contiguis octofloris. *Hall. stirp. helv. n.* 1416.

Gramen loliaceum angustiore folio et spica. *Scheuchz. Agrostr. p.* 25. — *Tournef. inst. p.* 516. — *Mapp. fl. Alsf.* 128.

β. Spica ramosa: ramis spicatis, spiculis magis approximatis 11-13 floris, ad basin singuli rami geminis.

Gramen loliaceum, spica lata ex plurimis spicis duplici versu dispositis constante. *Scheuchz. Agrostr.* 29.

γ. Aristata.

Gramen loliaceum anguſtiore ſolio et ſpica, ariſtis donatum? *Mapp. fl. Alſ.* 129.

Icon. Schreb. Græſ. 2. *t.* 37. *p.* 79. — *Leers. fl. Herb. tab.* 12. *fig.* 1. *et β. p.* 48.

Germ. Winterlolch. Dort. Engliſch Raygras.

Gall. Yvroie vivace.

Angl. Raygras. Perennial Darnelgras.

Hab. Utrinque ad vias, muros et agros, ad viarum marginalia graminea, in pratis et agris. β. in vineis paſſim: retro *Durlach* et prope *Berghauſen*; in Marggraviatu ſuperiore prope *Zunzingen*, *Lippurg* et *Weil.* In Alſatia prope *Rappolsweyher* et alibi. γ. in vineis et dumetis hinc inde: prope Argentoratum in pratis *bey Oſswald.*

Flor. Per totam æſtatem in ſerum autumnum. *Semina* Julio, Auguſto, Septembri, Octobri maturat. ♃

Radix multiplex, denſa, fibroſa. *Culmi* 1-2-3 pedales, obliqui, demum erecti, teretes, læves. *Folia* linearia, plana, anguſta, radicalia culmeis anguſtiora. *Ligula* truncata, multifida. *Vaginæ* læves. *Spica* terminalis, erecta, diſticha, plana, 5-9 uncialis. *Receptaculum* flexuoſum, denticulis interceptum. *Spiculæ* alternæ, ſeſſiles, diſtichæ, compreſſæ, 7-9-14 floræ, læves, vel lanceolatæ, calyce longiores, vel rhomboideæ, longitudine calycis. *Calyx* monophyllus: valvula mutica, lævis, nervoſa. *Corollæ* valvula exterior 5-nervia, mutica, calyce minor. *Antheræ* purpureæ aut flavæ.

Nota. Pro diverſo ſolo natali maxime ludit. Ita que huc pertinent:

Gramen loliaceum anguſtiore folio et ſpica. ſpicis partialibus rarius et a ſe invicem remotis ſitis. Mapp. l. c. p. 128. porro

Gramen loliaceum majus, ſpicis longius diſtantibus. Mapp. l. c. p. 129. et

Gramen loliaceum ſpicis brevioribus et latioribus compreſſis. Mapp. l. c. 129.

Gramen hoc ceſpitem denſum et æqualem format, tenellum, bonum bobus pabulum præbet, et equis maxime acceptum eſt; adultum durum nimis ſtramineum.

184. Lolium *Halleri* ſpica diſticha: ſpiculis remotis, trifloris, muticis, culmo adſcendente.

Lolium perenne locuſtis diſſitis quadrifloris. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1418.

Lolium *tenue. Willdenow. Linn. Sp. pl.* 1., *p.* 462. — *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 154. excluſo *Linnæi* Synonymo.

Germ. Halleriſcher Lolch.

Gall. Yvroie de Mr. Haller.

Hab. In Marggraviatu ſuperiore ad Birſæ torrentem prope Baſileam ad margines agrorum paſſim.

Flor. Julio. *Semina* Auguſto matura. ♃

Affinis præcedenti, a quo differt: *Culmis* tenuioribus, pedalibus, ſesquipedalibus. *Spicis* longe tenerioribus, ſesquiunciam ad binas uncias longis. *Spiculis* ſemper trifloris, remotioribus, muticis, gluma calycina duplo longioribus.

Nota. Non confundendum cum Lolio tenue Linnaei, quod eſt planta annua, Culmo ſtricto. Spiculis non remotis, ſubquadrifloris, obeſis,

muticis, quæ vix unquam in Germania, sed in locis Galliæ, Hispaniæ, et Italiæ calidioribus crescit.

Obs. Lolium Halleri in Horto ex seminibus cultum mutationi non succubuit; sic etiam Lolium tenue verum annuum, é seminibus in Hispania abs me lectis, in horto nullam mutationem passum est.

185. Lolium *temulentum* spica aristata, spiculis compressis multifloris. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 122. — *Pollich. fl. palat. n.* 130.

Lolium annuum locustis diffitis. *Hall. stirp. helv. n.* 1420.

Lolium. *Tabernæmont. hist. p.* 550. *Ic.*

Gramen loliaceum spica longiore, aristas habens. *Bauh. pin.* 9. — *Tournef. inst.* 515. — *Scheuchz. Agrostr.* 31. *t.* 1. *f.* 7. — *Mapp. fl. Als.* 128.

Lolium gramineum spicatum, caput tentans. *Bauh. hist.* 2. *p.* 437.

β. Spicis muticis.

Gramen loliaceum spica longiore sine aristis. *Bauh. pin.* 9. — *Mapp. fl. Als.* 128.

Icon. Schreb. Græs. 2. *t.* 36. *p.* 74. — *Oeder. fl. Dan. t.* 160. — *Bulliard. herb. fr. t.* 107. *Leers. fl.* Herb. *t.* 12. *f.* 2. *p.* 48. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 18. *n.* 186.

Germ. Sommerlolch. Tollkorn. Schwindelhafer. Dort. Treffzen. Lulch. Täumel. Twalch. Tobkraut. Töberich. Schlafweitzen.

Gall. Yvroie annuelle. Yvroie.

Angl.

Angl. Annual Darnel-grafs.

Hab. Utrinque in agris paffim, inter hordeum in agris demiffioribus in Rheni præfertim vicinia prope *Dachsland*, *Knielingen*, *Eckenftein*, *Linkenheim*, et alibi annis pluviofis nimis abunde.

Flor. Junio, Julio. *Semina* maturat Augufto et Septembri. ☉

Radix fibrofa. *Culmi* 2-3 pedales et altiores, erecti, teretes, firmi, ftriati, fcabriufculi, glaucedine adfperfi. *Genicula* 3-4, glabra, purpurea. *Folia* linearia, plana, lata, acuminata, pagina fuperiore et margine fcabriuscula. *Ligula* obtufa, brevis, fubcrenulata. *Vaginæ* ftriatæ, retrorfum fcabræ. *Spica* terminalis, erecta, 5 ad 11 uncias longa, difticha, plana, firma. *Receptaculum* flexuofum, dentibus interceptum, craffum, fcabrum. *Spiculæ* alternæ, diftichæ, lineari-oblongæ, compreffæ, fcabræ, ariftatæ, 4-5-7 fæpe 8-9 floræ, femunciam absque ariftis longæ, e glauco-viridescentes. *Calyx* monophyllus (in fpicula terminali biphyllus,) nervofus, muticus, receptaculo oppofitus, longitudine fpiculæ, quandoque eam fuperans; in fpiculis inferioribus fæpe fecunda *calycis* valvula, multo minor, oblonga, obtufa, fubbifida, Receptaculi cavitati impreffa, obfervatur. *Corollæ* valvula exterior nervofa, albido-marginata, calyce duplo brevior, fub apice membranaceo, *Ariftam* exferens rectam, duplo longiorem. *Antheræ* flavæ.

Pharm. LOLII *Semina.*

In Virgilii verfu: „Infelix Lolium et fteriles dominantur Avenæ." Georg. 1. Lolium noftrum et Avenam fatuam. Linn. intellige.

Semen inter omnia cerealia unicum noxium. Hominibus vertiginem, temulentiam, anxietatem, ſomnum, delirium, convulſiones, tumores, raro tamen mortem contrahit; imprimis in pane calido, maxime in cereviſia. Carbonibus injectum in conclavi clauſo, præſentes reddit ſtupidos et ſomnolentos; ſalus erit in aëre libero, in potu copioſiori acetato.

Equis, canibus, ſuibus, anſeribus, deteſtatum et funeſtum.

Agris hordeaceis, avenaceisque demiſſioribus, humidis, inundatis, argillaceis limoſis, infeſtiſſimum. Arcetur diligenti aratione, bona ſtercoratione, foſſarum in agris exaltatione.

Vulgus paſſim adhuc credit, meram eſſe Hordei degenerationem!

Lolii farina olim externe tanquam anodynum certe non contemnendum, hodie fere incognitum in uſu fuit. Cum aceto ſale et ſulphure pulveriſato mixtum et calide impetigini aut ſcabiei impoſitum, calide ſervatum, et ſæpius repetitum, illas fugat et curat annotante Tabernæmontano. hiſt. l. c.

Cum melle et aceto in unguentum redacta, nodis podagricis calide impoſitum, dolores optime tollit. Id.

XLVII. ELYMUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 128.

Calyx Receptaculum commune elongatum in *Spicam*. *Gluma* tetraphylla, biflora: foliolis duobus ſingulæ ſpiculæ ſubjectis, ſubulatis. *Corolla* bivalvis: exterior major, acuminata, ariſtata; interior plana. *Nectarium* diphyllum: foliolis oblongis, acutis, ciliatis. *Semen* unicum, tectum, lineare, hinc convexum.

186. Elymus *europæus* ſpica erecta, ſpiculis bifloris, involucro æqualibus.

Linn. Mant. 35. *Roth. fl. Germ.* 2. *p.* 162.

Hordeum *sylvaticum* flosculis omnibus hermaphroditis aristatis, involucris basi connatis arista brevioribus. *Hudſ. fl. Angl.* 57. — *Villars. fl. Delph.* 2. *p.* 175.

Hordeum spicis rigidis cylindricis, calycinis glumis aristatis. *Hall. stirp. helv. n.* 1537.

Gramen hordeaceum montanum, spica strigosiore, brevius aristata. *Scheuchz. Agrostr.* 16. *app. t.* 1. *f.* 1.

Gramen hordeaceum montanum sive majus. *Bauh. pin.* 9. *Theatr.* 135.

Germ. *Wald-Haargras. Europäisches Haargras.*

Gall. *Elyme européenne. Elyme des bois.*

Hab. In Marggraviatu superiore in montosis gramineis sylvaticis prope *Hasel*: pago ob antra calcareo-stalactitica prægrandia maxime memorabilia præsertim quoad-structuram et majestatem et abundantiam stalactitarum, celebratissimo. In monte *Wasserfall* teste *C. Bauhino*. In monte *Hauenstein*, monte *Schaffmatt* nuper legit *Zeyherus*.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ♃

Radix fibrosa. *Culmus* 2-3 pedalis, erectus, teres, striatus, glabriusculus, 4-5 geniculatus: geniculis fuscis, villosiusculis. *Folia* linearia, plana, acuminata, 4-5 lineas lata,

ſtriata, utrinque retrorſum ſcabra. *Ligula* marginata, breviſſima. *Vaginæ* ſtriatæ, ſcabræ, villis rigidiusculis retrorſum verſis, hirſutæ. *Spica* terminalis, 2-3-4 uncialis, cylindrica, erecta. *Spiculæ* ternæ, ſeſſiles. *Calyx* biflorus quadrivalvis: valvulis baſi connatis, lineari-lanceolatis, trinerviis, anguſtis, apice mucronato-ariſtatis, glabriusculis, ariſta comprehenſa 9 ad 10 lineas longis. *Involucrum* 2-phyllum ſub calyce, baſi connatum: foliolis lineari-ſetaceis, peranguſtis, ſubæqualibus, apice ariſtatis, 8-9 lineas cum ariſta longis. *Corolla* bivalvis: valvulis lanceolatis, ſubæqualibus, quatuor lineas longis: exterior (per lentem) retrorſum ſetulis albis ſcabra, acuta, apice *Ariſtam* exſerens capillarem, rectam, ſcabriusculam, 12-13 lineas longam; interior plana, mutica, nervis binis pereuſſa. *Nectarium* diphyllum, oblongum, per lentem margine ciliatum. *Antheræ* pallide luteae.

Nota. Ad Hordeum quidem accedit, ſed accuratius indagatum, quoad formam, ſitum, et proportionem valvularum calycinarum et involucri ſubjacentis, ad hæc ob ſpiculas bifloras ab eo recedit.

XLVIII. SECALE.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 127.

Calyx Receptaculum commune elongatum in *Spicam*. *Gluma* biflora, diphylla: *foliolis* oppoſitis, diſtantibus, erectis, linearibus, acuminatis, corolla minoribus. *Flosculi* ſeſſiles. *Corolla* bivalvis: Valvula exterior rigidior, ventricoſa, acuminata, compreſſa, carina ciliata, deſinens in *Ariſtam* longam; interior plana lanceolata. *Nectarium* diphyllum: foliolis lanceo-

latis, acutiusculis, ciliatis, basi hinc gibbis. *Semen* unicum, oblongum, subcylindraceum, nudum, hinc acuminatum.

187. SECALE *cereale* glumarum ciliis scabris. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 124. — *Hall. stirp. helv. n.* 1421.

α. Secale *hybernum* sive majus. *Bauh. pin.* 23. — *Theatr.* 425. — *Moris. hist.* 3. *p.* 179. *Sect.* 8. *t.* 2. *f.* 1.

Secale. *Tabernæmont. hist.* 586. *Icon.*

β. Secale *æstivum* minus.

Secale vernum s. minus. *Bauh. pin.* 23.

Icon. *α. Regnault. bot.* — *Blackw. herb. t.* 424. *Schkuhr. bot. Handb. t.* 19.

Germ. α. Winterroggen. Winterkorn. *β. Sommerroggen. Sommerkorn.*

Gall. α. le Seigle hyemale. *β. le Seigle d'été.*

Hab. In Creta? Colitur in agris, et passim mixtim cum Tritico seritur.

Flor. Majo. *Semina* Junio maturat. ⊙

Pharm. SECALE sive SECALIS *Semen.*

Inter cerealia nostratia culta, altissimum est, sæpe 6-9-12 pedes altum.

Usus pro pane, spiritu; culmorum, pro stramine etc, notissimus.

Patria vera multarum cerealium ut et secalis adhuc dubia, forsan ex Sicilia in reliquas terras occidentales primo translatum est. Heyne. progr. de frugum et panificii initiis in Opusc. vol. I. p. 341-377.

Præter Rubiginem: Rost, Roville, quam cum

allis cerealibus multisque ex graminum familia plantis spontaneis et cultis communem habet, Secale præsertim annis pluviosis, nebulosis, morbum contrahit, semina devastantem: Clavum secalinum: Secale cornutum. Germ. Mutterkorn. Kornzapfen. Gall. Ergot, Blé cornu.

Ex numero insectorum sequentia praecipue varias partes Secalis varia ejus ætate devastant.

Radicem misere consumunt larvæ Scarabæi solstitialis. Culmos præcidunt prope radicem, vel in eo nidulantur eumque erodunt Elater segetis. Musca Secalis et calamitosa, aliæque, Phalæna turca, Tipula oleracea et Tipula secalis, Ichneumon extensor. Musca pumilionis qui ova deponit in culmos. Culmi ita affecti, staturam modo pumilam assequuntur, tanta interdum frequentia, ut culmi hujus indolis octo ad quatuordecim, intra spatium duorum pedum quadratorum reperiantur. Bierander in vet. Ac. Handl. 1778. p. 240. Noctu larva Phalænæ conspicillaris autumno præmordet tenellum secale. Grana vero Secalis dum adhuc spicis insunt, in agris excavat Ichneumon culpatorius, quin sensim consumit, et Trips Physapus efficit ut Secalis spicæ plane sæpe abortiant. Phalæna granella et Curculio granarius autem, in promptuariis ipsis, strages suas exercent.

Ex his satis patet œconomo utilitas et necessitas historiæ naturalis et cumprimis scientia insectorum, hucusque passim nimis neglecta.

Mica panis nigri recentis, digitis tractata et sæpius applicata, dolores in clavis pedum tollit et eosdem exstirpat; jam longo ex tempore, nostratibus, domestica medicina.

XLIX. HORDEUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 129.

Calyx Receptaculum commune elongatum in Spicam. *Gluma* hexaphylla triflora: floribus sessilibus: *foliolis* distantibus, per paria digestis, linearibus, acuminatis. *Corolla* bival-

vis: *Valvula* inferior ventricosa, angulata, ovato - acuminata, calyce longior, longè aristata: interior lanceolata, plana, minor. *Nectarium* diphyllum, ovatum, acutum, ciliatum. *Semen* oblongum, ventricosum, angulatum, utrinque acuminatum, sulco longitudinali notatum.

188. HORDEUM *vulgare* flosculis omnibus hermaphroditis aristatis; ordinibus duobus erectioribus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 125.

Hordeum spica subdisticha, calyce foliofo setaceo, floribus omnibus hermaphroditis, longe aristatis. *Hall. stirp. helv. n.* 1533.

Hordeum polystichon hybernum. *Bauh. pin.* 22. *theatr.* 439. — *Moris. hist.* 3. *Sect.* 8. *tab.* 6. *f.* 3.

Hordeum polystichum. *Tabernæmont. hist. p.* 621. *Icon.*

β. Hordeum *cœleste:* seminibus decorticatis.

Hordeum flosculis omnibus hermaphroditis, seminibus decorticatis. *Hort. Upf.* 23.

Zeocriton vel Tritico-Speltum. *Bauh. theatr.* 423.

Zeopyrum. *Tabernæmont. hist.* 611. *Icon.*

Icon. α. *Blackw. t.* 423. — *Regnault. bot.* β. *Viborg. Cereal.* 32. *t.* 1.

Germ. α. *Wintergerste, gemeine Gerste.* β. *Nackte Gerste. Himmelgerste. Waitzen-Spelz.*

Gall. α. *l'Orge commune.*
β. *l'Orge nud.*

Hab. In Sicilia? Colitur in agris.

Flor. Junio. *Semina* Julio, Augusto maturat ☉

Pharm. *Hordeum* five *Hordei Semen.*

Semen integrum, Hordeum crudum; quod cortice autem per molendinam exutum eſt, H. mundatum, abgezogene Gerſte, Orge grue, Orge mondé et quod mola in formam ſphæricam redactum eſt, H. perlatum, Perlgraupen, Ulmergerſte, Orge perlée dicitur.

Hordeum antiquis tam cibi varia genera, quam potulenta varia ſuppeditabat accepta.

Hordei Cremor Πτισσανης χυλος Gerſtenſchleim Creme d'Orge aqua ex Hordeo viscida dictus.

Jnfuſum ſeu muſtum Malti, Malztrank germ. (Wort vel Jnfuſion of Malt anglis) præcipue in ſcorbuto marino commendatur.

Præter Hordeum, et Triticum, quibusdam in locis ex Avena et ex Secale cereviſia coquitur; in Jndia ex Oryza, in America, ex Zea Mays; in America ſeptentrionali ex ramulis foliiferis conciſis Pini canadenſis Linn. (White Spruce Fir) et Abiete Mariana alba (Black Spruce Fir) paratur cereviſia.

Hordeum Uſtilagine, (Brand germ.) (L'Orge charbonné gall.) infeſtatur.

Jnſecta Hordeum devaſtant præcipue: Tipula oleracea, quæ præcidit culmos ad terram, et Muſca Frit. Linn. Faun. Suec. p. 456. quæ licet modo pulicis magnitudine, granum decimum quodvis deſtruit et ejus Atrophiam facit. Aliquando et accedit Chryſomela Polygoni, infeſta hoſpes.

189. Hordeum *hexaſtichon* floſculis omnibus hermaphroditis ariſtatis, feminibus ſexfariam æqualiter poſitis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 125.

Hordeum ſpica polyſticha, floribus omnibus hermaphroditis longe ariſtatis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1534.

Hordeum hexaſtichon pulchrum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 129.

Hordeum polyſtichum æſtivum. *Tabernæmont. hiſt.* 621. *Icon.*

Icon. Viborg. Cereal. 30. *t.* 2.

Germ. Sechszeilige Gerſte.

Gall. Orge anguleux. Orge a ſix rangs. Orge quarré.

Hab. ...... Collitur paſſim ſed rarius.

Flor. Junio. *Semina* maturat Julio, Auguſto. ⊙

Jn Arragonia et Catalonia abunde colitur, ubi Culmis 4-5 pedalibus. Spicis 6-8 uncias longis, unciam fere latis, maxime ponderoſis maturis vidi.

Semina lecta, in horto Botanico colebantur, ex quibus per annos tres ſpecimina ſpecioſa Arragonicis fere ſimilia, quarto anno autem degenerata minora, obtinuimus.

Semina in Hiſpania, Avenæ loco equis, mulis et aſinis proiiciuntur.

190. Hordeum *diſtichon* floſculis lateralibus maſculis muticis, feminibus angularibus imbricatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 125. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1535.

Hordeum diſtichon. *Bauh. pin.* 23. — *Tabernæmont. hiſt. p.* 621. *Icon.*

β. Hordeum *nudum*, ſeminibus decorticatis.

Icon. α. *Viborg. Cereal.* 35. *t.* 3.

Germ. Sommergerſte. Futtergerſte. Zweyzu lige Gerſte. Kleine Gerſte.

Gall. Orge a deux rangs. Orge de Mars.

Hab. Ad Samaram Tatariæ fluvium? Colit in agris.

Flor. Junio. *Semina* Julio, Auguſto mat rat. ☉

Vocatur Sommergerſte, quia verno tempore d ſeminatur.

Semina minora quam in vulgari, quod quand que vernali tempore idem diſſeminatur et tunc etiam noſtratibus Sommergerſte nuncupatur.

Non ſuperfluum erit annotari quod cerealia autur no terræ commiſſa, apud noſtrates Winterfrüchte quæ autem primo vere ſeruntur, Sommer-Frücht ſalutantur.

Jllorum Semina his majora, magis farinoſa ſunt.

191. HORDEUM *Zeocriton* floſculis la teralibus maſculis muticis, ſeminibus an gularibus patentibus corticatis. *Linn. Sp pl.* 1. *p.* 25.

Hordeum diſtichum ſpica lata compreſſ breviore. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 206. *Sect.* 8 *tab.* 6. *f.* 2.

Hordeum dictum germanis Oryza. *Bauh hiſt.* 2. *p.* 429.

Zeocrithon ſ. Oryza germanica. *Bauh. pin p.* 22.

Icon. Schreb. Græſ. 1. *p.* 125. *t.* 17. — *Viborg Cereal.* 40. *t.* 4.

Germ. Bartgerſte.

Gall. Orge à barbe.

Ital. Orzo di Germania.

Hab. ...... Colebatur olim in germania, et adhuc ante triginta annos circa *Carlsruhe auf dem herrſchaftlichen Kammergut Gottſau*; hodie hinc inde rarius et magis curioſitatis gratia.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio maturat. ☉

Facile dignoscitur. *Spicis* ſtrictis, compreſſis, latis, diſtichis. *Ariſtis* prælongis exſtantibus.

Jn Anglia Hordeo diſticho præfertur, et ibi præcipue ad cereviſiam conficiendam conſumitur.

192. Hordeum *murinum* floſculis lateralibus maſculis ariſtatis, involucris intermediis ciliatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 126. — *Pollich. fl. palat. n.* 132.

Hordeum ſpicis craſſis, longe ariſtatis calicinis glumis ariſtatis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1536.

Gramen hordeaceum minus et vulgare. *Scheuchz. Agroſtr. p.* 14.

Gramen ſpicatum vulgare ſecalinum. *Tournef. inſt.* 517. — *Mapp. fl. Alſ.* 130.

Aegilops III. *Tabernœmont. hiſt. p* 544. *Ic.*

Icon. Curtis. fl. Lond. t. 325. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 19.

Germ. Mauergerſte. Taubegerſte. Mäuſegerſte. Baſtardgerſte.

Gall. Orge des murs.

Hab. Utrinque ad muros, ſepes, vias, pagos, et in ruderatis.

Flor. Junio, Julio. *Semina* maturat Julio, Auguſto. ☉

Radix fibrosa, pubescens. *Culmi* plurimi, palmares, pedales et altiores, erecti, basi incurvi, teretes, glabri, inferne quandoque ramosi. *Folia* linearia, plana, latiuscula, acuta, utrinque villosiuscula, retrorsum scabriuscula. *Ligula* obtusa, brevissima. *Vaginæ* striatæ, glabriusculæ. *Spica* tereti - lanceolata, compressiuscula, quandoque magis ovata, erecta, 1 - 2 - 3 uncias longa, hexasticha. *Receptaculum* compressum, denticulatum. *Flores* terni: laterales duo masculi steriles. *Calyces* sexvalves (aut si mavis Involucra ad quemvis flosculum bina,) lineari - setacei, subæquales, striati, corollæ Arista breviores: *flosculi intermedii* fertiles, basin versus latiores, striati, pubescentes, ciliati: *laterales* retrorsum tantum scabri. *Corollæ* valvula exterior lanceolata, carinata, striata, ex apice *Aristam* exserens rectam, triquetram, retrorsum asperam, unciam ad sesquiunciam longam. *Antheræ* pallide luteæ.

Gramen adhuc tenellum capris et ovibus acceptum, adultum nimis durum.

193. Hordeum *secalinum* flosculis lateralibus masculis aristatis, involucris setaceis scabris. *Schreb. Spicil. fl. Lips.* p. 148.

Hordeum *murinum* β. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 126.

Hordeum spicis distichis, folliculo brevi, glumis calycinis aristatis. *Hall. stirp. helv. n.* 1538.

Hordeum *pratense* flosculis omnibus aristatis, lateralibus masculis, involucellis omnibus scabris. *Huds. fl. Angl.* 56.

Gramen spicatum secalinum minus. *Scheuchz.*

Agrostr. p. 17. — *Tournef. inst. p.* 518. *Mapp. fl. Als. p.* 130.

Icon. Vaillant. bot. parif. t. 17. *f.* 6. *p.* 83.

Germ. Roggenartige Mäusegerste.

Gall. Orge Seglin.

Hab. In pratis locisque graminosis etiam siccioribus passim: Prope *Dachsland* ad sepes *gegen der Federbach.* In Alsatia prope Argentoratum in muris *auf den alten Stadtgräben*, et ad vias passim; in agris circa Basileam teste *C. Bauhino.*

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto, Septembri maturat. ⊙

Differt a praecedenti affini: *Culmis* gracilioribus, altioribus. *Spica* graciliori, minore, magis disticha. *Calycum valvulis* (sive involucris) minoribus, nullibi ciliatis, sed scabris. *Corollae valvula* exteriori villosa saepe.

L. TRITICUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 130.

Calyx Receptaculum commune elongatum in Spicam. *Gluma* bivalvis, subtriflora: Valvulis ovatis, concavis. *Corolla* bivalvis, subaequalis, magnitudine calycis: Valvula exterior ventricosa, obtusa, acuminata: interior plana. *Nectarium* diphyllum, acutum, basi gibbum. *Semen* unicum, ovato-oblongum, utrinque obtusum, hinc convexum inde sulcatum.

† *Annua.*

194. TRITICUM *æstivum* calycibus quadrifloris ventricosis, glabris, imbricatis aristatis. *Linn. Sp. pl. p.* 126.

Triticum locustis imbricatis, quadrifloris, glabris, aristatis. *Hall. stirp. helv. n.* 1422. β.

Triticum trimestre. *Moris. hist.* 3. *p.* 175. *Sect.* 8. *tab.* 1. *f.* 10.

Triticum æstivum. *Bauh. pin.* 21.

Icon. Blackw. t. 40. *f.* 4. 5.

Germ. Sommerwaizen.

Gall. Froment d'été.

Hab. Apud *Pachiros* in campis, in Tauriæ montosis inter *Carassubazare* et *Allmetschet* spontaneum ibi an? Colitur in agris.

Flor. Junio. *Semina* Julio maturat. ☉

Variat. Spicis plus minusve aristatis, quandoque fere muticis.

Pharm. TRITICUM vel TRITICI *Semen.*

Semina minora minus farinosa quam in Tritico hyberno. Disseminatur Februario, Martio.

Triticum æstivum, hybernum et turgidum Linn. in unam speciem multas variationes a cultura partim, partim a diverso solo, magis minusque calido dependentes comprehendens, sub Tritico sativo: Spica simplici, calycibus quadrifloris ventricosis imbricatis, congessit Jll. Lamarck in Encyclop. bot. 2. p. 554-558.

195. TRITICUM *hybernum* calycibus quadrifloris ventricosis lævibus imbricatis submuticis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 126.

Triticum locuſtis imbricatis, quadrifloris, glabris, muticis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1422. *var. prioris.*

Triticum hybernum ariſtis carens. *Bauh. pin.* 21. — *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 175. *Sect.* 8. *tab.* 1. *fig.* 1.

Triticum. *Tabernæmont. hiſt. p.* 597. *Icon.*

Icon. Blackw. herb. t. 40. *f.* 1. 2. 3.

Germ. Winterwaizen.

Gall. Froment d'autumne.

Hab. ..... Colitur in agris.

Flor. Majo, Junio. Julio *Semina* maturat. ⊙

Pharm. TRITICUM vel TRITICI *Semen.*

Diſſeminatur autumno, et ob Semina majora magis farinoſa T. æſtivo præfertur.

Multifarius uſus in œconomia humana notiſſimus, innumera vere ſunt nomina panis ex Tritico cocti. Multiplex ejus farinæ ſubtilitas, et in culinis pro placentis et juſculis uſus.

Itali habent varia artificia farinam triticeam cum aqua ſubactam tractandi, ut inde paſtas varias, quas Vermicelli (Nudeln germ.) Macaroni, Taglioni, Feſtuciæ, Andarini etc. vocant, condunt; quæ ipſa poſt exſiccationem diu ſervari poſſunt et ad varia fercula extemporanea commoda ſunt. Conf. Malovin Deſcript. et details des arts du Meunier du Vermicellier et du Boulanger.

Semina triticea, molæ ope comminuta, ut inde corculi pars ſub forma grani exigui albidi remaneat Alica (Grütze, Gries, germ.) (Gruau gall) dicuntur; farina quæ hoc ambiebat Pollen, Semoule, Farine de Bled, Boll audit. Alica in farinam, redacta: Similago, Semmel, fleur de farine appellatur.

Ex farina aqua humectata, et per ſetaceum tranſacta, Sagu ſpeciem parant Mauri ſub nomine Cuscuſu.

Panis in Castilia præsertim Madriti inde coctus, c nium albissimus, levissimus, porosissimus, sapidissim

Inter omnia cerealia maxime nutrit, quia maxim partem collæ glutinantis, seu animalem et amylace continet. Hinc pro Amylo eliciendo præcipue adhi tur, ejus parandi modum dedit du Hamel de Mo ceau, Fabrique de Lamidon 1772.

Amylum in tenuissimum pulverem contritum (Ha puder) capillis inspergitur. Nebulæ (Oblaten) qu que inde parantur.

Triticum sæpe, præsertim annis pluviosis, variis m bis corrumpitur, est unus Rubigo (der Rost gern (la Roville gall.) ubi culmi, folia, glumæ et sem semina ipsa, pulvere rubiginoso obsessa sunt. Reliq scilicet Caries (la Carie gall.) quæ dignoscitur gra griseis pulvere griseo repletis, et Ustilago (der Bra germ. le Charbon gall.) quæ loco seminum glel fuliginosas cum paucis glumarum albidis reliquiis in f cis gerit.

Sunt et varia insecta Tritico dum in agris versa noxia. Quædam depascunt virentem ejus herbam, Tipula oleracea, Elater segetis. Alia excavant g na Tritici, ut Ichneumon culpatorius et Phalæ Tritici. Grana jam collecta, Curculio granarius Phalæna granella sæpe ad magnam partem devora Farina tandem consumitur Acaro farinæ, Tenebri ne Molitore et Phalæna farinali.

196. TRITICUM *turgidum* calycibus qu drifloris ventricosis villosis imbricatis o tusis. *Linn. Syst. veg.* 108.

Triticum calycibus quadrifloris ventrico villosis imbricatis subaristatis. *Linn.* S *pl. p.* 126.

Triticum spica villosa quadrata breviore turgidiore. *Moris. hist.* 3. *p.* 176. *Sect.* *tab.* 1. *f.* 14. varietatem aristatam sister

Triticum typhinum? *Tabernæmont. hi* 597. *Icon.*

Gern

Germ. *Englischer Waizen. Welscher Waizen.*

Gall. *Froment renflé, le Petanielle roux et blanc.*

Hab. ...... Colebatur olim in Rheni vicinia et passim alibi præsertim in Alsatia teste *Tabernæmontano.*

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio maturat. ⊙

Variat. *Spicis* submuticis, et aristatis.

Semina magis turgida, breviora ponderosa quam in præcedente.

Cultura Tritici maxime quoad semina ponderosi, præcipue in regionibus montosis nunquam satis commendanda est.

In Anglia copiose colitur, et ex eo præcipue Cerevisiam Ale parant.

197. TRITICUM *Spelta* calycibus truncatis quadrifloris, flosculis aristatis hermaphroditis: intermedio neutro. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 127.

Triticum *Spelta* calycibus subquadrifloris cartilagineis truncatis mucronatis, flosculis duobus fecundis, glumis persistentibus. *Lamarck. Encycl. bot.* 2. *p.* 559.

Triticum floribus quaternis duobus fecundis, glumis adhærentibus. *Hall. stirp. helv. n.* 1424.

Zea dicoccos vel Spelta major. *Bauh. pin.* 22. — *Moris. hist.* 3. *Sect.* 8. *t.* 6. *f.* 1.

Zea. *Tabernæmont. hist. p.* 608. *Icon.*

Germ. *Spelze. Dünkel. Kern.*

Gall. *Epeautre blanche. Epeautre grande.*

Hab. In Persia. Colitur in agris praeserti montanis.

Flor. Junio. *Semina* Julio Augusto mat rat. ⊙

Variat. Spicis aristatis et muticis.

Seritur verno tempore, etiam autumno. Amat te ram calcareo-argillaceam, bene cultam, et stercor tam.

Farinam albissimam triticea adhuc candidiorem, p nem tamen aliquando sicciorem praebet.

Ad dulciaria non alia farina pulchrior est.

Ad Amylum conficiendum perapta.

Nota. In loco natali in monte quatuor dierum Nord d'Hamadan distante in Persia, inven Ill. Andreas Michaux de Satory. Hin maxime probabile videtur, Triticum in eade vicinia, vel regione Asiatica Persiae adjacenti spon taneum nasci. Lamarck l. c. p. 560.

198. TRITICUM *monococcum* calycibu subtrifloris: flosculo altero aristato; inte medio neutro. *Linn. Sp. pl. p.* 127.

Triticum *monococcum* spica disticha com pressa aristata, calycibus subtrifloris apic tridentatis, flosculo unico fertili. *La marck. Encycl. bot.* 2. *p.* 560.

Triticum spica disticha floribus ternis, fe tili unico, glumis tridentatis florali ar stato. *Hall. stirp. helv. n.* 1425.

Zea briza dicta f. monococcos germanica *Bauh. pin.* 21. — *Moris. hist.* 3. *Sect.* 8 *tab.* 6. *fig.* 2.

Zea Monococcos. *Tabernaemont. hist. p* 608. *Icon bona.*

Germ. Einkorn: St. Peterskorn.

Gall. Froment locular ou monocoque. La petite Epeautre.

Hab. ...... Colitur hinc inde in agris ſterilioribus montoſis, glareoſis aridis, ſed rarius.

Flor. Junio. *Semina* Julio, Auguſto maturat. ☉

Seritur autumno, et in montoſis ſæpe valde tardè maturat.

Nota. Hæc ſunt Triticea quæ, vulgo apud noſtrates coluntur. Triticum compoſitum Linn. ſpecie vix a Tritico æſtivo differt, a curioſis quibusdam ſub nomine Geſegneter Waizen colebatur, ſed imitatores non habuerunt.

Cum Tritico polonico, T. turgido, T. Spelta nigra ariſtata, et Hordeo vulgari nigro aliisque bene multis cerealibus Schweyckert hortorum Electoris inſpector, œconomus meritiſſimus, pulcherrima experimenta fecit, optimoque cum ſucceſſu ea coluit.

199. TRITICUM *Lachenalii* calycibus lineatis ſubquinquefloris, ſpiculis diſtantibus, adpreſſis, alternis, ſeſſilibus, ovatis, obeſis, muticis; culmo ſtricto; foliis linearibus peranguſtis.

Triticum radice fibroſa, foliis anguſtiſſimis, locuſtis muticis, folliculis ovatis, obeſis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1430. (excluſis Synonymis.)

Germ. Lachenaliſches Waizengras.

Gall. Froment de Mr. Lachenal.

Hab. In agris inter *Weil* et Baſileam non infrequens, teſte *Lachenalio.*

Flor. Junio. *Semina* Julio maturat. ☉.

Radix fibroſa, pallide fuſca. *Culmi* e radice quini, ſeni, ſepteni, ſeſquipedales, bipedales, erecti, ſtricti, filiformes, ſtriati, glabri, maxima ex parte foliorum vaginis tecti, articulis quatuor nigerrimis, glabris, præditi. *Folia* lineari-ſetacea, peranguſta, erecta, binas ad tres uncias longa, retrorſum ſcabra. *Ligula* breviſſima, vix conſpicua. *Vaginæ* ſtriato-ſulcatæ, ſcabræ, pallide virentes, per lentem deorſum verſus hirſutæ. *Spica* erecta, 2-3 ſæpiſſime 4-5 uncias longa, linearis. *Receptaculum* ſubflexuoſum, ſubtriquetrum, compreſſum, ſtriatum, glabriuſculum, ad ſpicularum inſertionem obſolete bidenticulatum. *Spiculæ* rarius 3-7, ſæpiſſime 7-10-ſeſſiles, diſſitæ, alternæ, adpreſſæ, lanceolatæ, tumidæ, compreſſiuſculæ, 3-4 ſæpe 4-5 rarius 7-9 floræ, pallide ex albo-virentes, glabræ, ſuperiores inferioribus majores, lineas tres circiter longæ, lineam latæ. *Calyx* bivalvis: Valvulis ſubinæqualibus, floſculis duplo brevioribus, oblongis, margine membranaceis, albis, dorſo tricoſtatis, pallide viridibus; altera apice obtuſa; altera acutiuſcula, nec mucronata. *Corolla* bivalvis: Valvula exterior ovato-lanceolata, concava, margine et apice membranacea, albida, (non coſtata) mutica, glabra; interior ſubbrevior plana, membranacea, albida, margine viridis. *Antheræ* pallide luteæ.

Obſ. In horto cultum, nullam memorabilem mutationem paſſum eſt.

Gramen certe pulchellum minime pro Tritico tenello Linn. quod minus exacte deſcripſit, habendum, nec cum eo confundendum, ut fecit Jll. Hallerus, Reichardus, aliique.

Triticum tenellum diſtinguitur a noſtro: Culmis ſemper multo demiſſioribus 3-4 uncialibus, duris, e radice binis, ternis, baſi ut plurimum ramoſis. Fo-

liis adhuc anguſtioribus, brevioribus, magis duris. Spica longitudine culmi fere, delicatiore, rigida. Spiculis minoribus, gracilibus, non obeſis, minus diſſitis. Calycum valvulis acutiſſimis, mucronatis, ariſtam mentientibus, dorſo non tricoſtatis.

Plantulam hanc vidi in Gallia meridionali et Hiſpania.

†† *Perennia.*

200. TRITICUM *junceum* calycibus truncatis quinquefloris, foliis involutis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 128.

Triticum radice repente, culmo duro, foliis hirſutis locuſtis quinquefloris. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1428.

Gramen loliaceum ſpica ſimplici et denſa. *Tournef. inſt.* 516. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 129. — *Vaill. bot.* 81.

Gramen ſpica tritici muticæ ſimile anguſtifolium. *Bauh. pin.* 9. *prodr.* 18. *Icon. p.* 17. *theatr.* 132. — *Scheuchz. Agroſtr.* 7. *Moriſ. hiſt.* 3. *Sect.* 8. *t.* 1. *f.* 5.

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 916.

Germ. Rohrwaizengras.

Gall. Froment Jonçier.

Hab. In Marggraviatu ſuperiore ad Rheni ripas ſabuloſas prope *Eimeldingen.* Circa Baſileam prope *Klübe* ad Rhenum teſte *C. Bauhino.* In Alſatia prope *Marckelsheim* teſte *Mappo.*

Flor. Julio *Semina* Auguſto maturat ♃

Radix articulata, repens. *Culmi* 2 - 3 pedales et altiores, erecti, teretes, duri, glauci,

4-geniculati. *Folia* linearia, acuminata, angusta, sæpius marginibus involuta, apice pungentia, superne striata, deorsum brevissima hirsutie aspera, dura, rigida. *Ligula* brevissima, fusca. *Vaginæ* striatæ, scabræ, e glauco-cinerascentes. *Spica* 4-7 uncias longa, erecta, disticha, firma, e glauco-cinerea. *Receptaculum* firmum, subflexuosum, striatum, glabrum, denticulatum, pro spicularum insertione. *Spiculæ* sessiles, alternæ, erectae, ovato-lanceolatae, compressiusculae, adpressae, plus minusve distitæ, 6-9 lineas longae, 5-7-9 florae, scabrae. *Calyx* bivalvis: Valvulis subaequalibus, oblongis, concavis, striatis, margine membranaceis, albidis, apice obtusiusculis, treslineas longis. *Corolla* bivalvis, valvula exterior lineari-oblonga, 4 nervia, margine albida, subvillosa, apice obtusa, mutica, (rarissime in individuis nostratibus breviter aristata). *Antheræ* lineares, magnæ, luteæ.

Facile habitu junceo, duro, rigido, colore e cinerascente glauco dignoscitur.

Nota. Individua nostratia, lectis passim in Galliæ et Hispaniæ maritimis, simillima sunt.

Gramen ex seminibus in horto cultum, constantissimum permansit.

Aptum ad arenam coercendam gramen, quod cum Arundine arenaria ad littora maris mediterranei maxima in abundantia conspicuum est, et sabulosa ibi littora optime figit.

201. Triticum *repens* calycibus subulatis quadrifloris acuminatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 128. — *Pollich. Fl. pal. n.* 133.

I. Spiculis brevioribus, 3-4-floris, calycibus obtusis muticis, corollis acuminatis, longitudine fere calycis.

Triticum radicibus repentibus vaginofis, foliis hirfutis, locuftis quinquefloris. *Hall. ftirp. helv. n.* 1426.

Gramen caninum repens vulgatius. *Morif. hift.* 3. *p.* 178. *Sect.* 8. *tab.* 1. *fig.* 8.

II. Culmis altioribus, firmioribus; fpiculis 5-8 floris; calycibus inferioribus breviter ariftatis: ariftis lineam vix longis; corollis brevioribus, acuminatis fetofis.

Triticum radicibus repentibus, foliis hirfutis, locuftis octifloris. *Hall. ftirp. helv. n.* 1427. Continet hanc et fequentes variationes:

α. Spiculis utrinque folitariis

Gramen avenaceum dumetorum fpicatum. *Dillen giff.* 237. *gen.* 169. *t.* 15.

Gramen repens officinarum. *Bauh. hift.* 2. *p.* 457.

β. Spiculis in parte inferiore fpicæ binatis.

Triticum radice perenni, fpiculis binis fubmuticis glaberrimis. *Gmel. fl. Sibir.* 1. *p.* 119. *t.* 24.

γ. Spiculis in parte inferiore fpicæ ternis.

Triticum radice perenni, fpiculis ternis fubmuticis. *Gmel. fl. Sibir.* 1. *p.* 121. *t.* 26.

Gramen latifolium fpica triticea compacta. *Bauh. theatr.* 131. *n.* 1. — *Morif. hift.* 3. *p.* 177. *Sect.* 8. *t.* 1. *f.* 1.

III. Spiculis 5-8 floris; calycibus ariftatis: ariftis 1 ad 1½ lineas longis; corollis ariftatis, ariftis calycum longioribus.

α. Spiculis utrinque folitariis

Gramen spica triticea compacta hirsutum aristatum. *Scheuchz. Agrostr. p.* 9.

β. Spiculis in parte inferiore spicæ binis.

IV. Spiculis 5 - 6 floris; Calycibus aristatis: aristis bilinearibus; corollis breviter mucronatis.

V. Spiculis 4 - 5 floris; Calycibus aristatis: aristis 2 - 3 lineas longis; corollis aristatis: aristis mox longioribus, mox brevioribus.

Graminis spica triticea repentis varietas cum spica aristata. *Raj. hist.* 1255. *Angl.* 3. *p.* 390. — *Scheuchz. Agrostr. p.* 9.

Gramen angustifolium spica triticea compacta. *Bauh. pin.* 9. *theatr. p.* 131. *n.* 3.

Gramen loliaceum angustiore folio et spica, aristis donatum. *Vaill. bot. parif. tab.* 17. *fig.* 3.

VI. Spiculis brevibus (fere ut in variatione prima) 4 - 5 floris; Calycibus latioribus aristatis: aristis 3 - 4 lineas longis; corollis latioribus, aristatis: aristis brevioribus.

Gramen loliaceum radice repente sive gramen officinarum, aristis longioribus donatum. *Tournef. inst.* 516. — *Mapp. fl. Alf.* 128. — *Vaill. bot. parif. p.* 81. *t.* 17. *f.* 2.

VII. Spiculis longioribus, gracilioribus 5 - 7 floris; calycibus corollisque aristatis: aristis 4 - 5 lineas longis, spiculæ longitudine.

Elymus *caninus. Leers. fl. Herb. p.* 46. *t.* 12. *f.* 4. *n.* 2. (omnino ob radicem repentem et *Halleri* synonymon 1426. *β*. allegatum.)

Icon. *Schreb. Græſ.* 2. *p.* 24. *t.* 26. — *Leers. Herb. t.* 12. *f.* 3. *et* 4. *n.* 2. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 20. *f.* 3.

Germ. Gemeine Quecke. Queckwaizen. Quecke. Spitzgras. Graswurzel. Hundsgras.

Gall. Chiendent. Froment rampant.

Hab. Utrinque in agris, arvis, hortis, cultis, vineis ac ſepibus frequens.

Flor. Majo, Junio, Julio. *Semina* Julio Auguſto maturat. ♃

Radix horizontaliter ſub terra maxime repens, ſubramoſa, filiformis, culmi frumenti craſſitie, prælonga, articulato-geniculata, ſtriata, glabra, ex lutescente-albida. *Culmi* 1 - 2 - 3 - 4 pedales et altiores, erecti, teretes, læves, articulati. *Folia* linearia, plana, latiuscula, acuta, ſupra, quandoque utrinque, rariter villoſa, baſi utrinque membranula aucta. *Ligula* truncata, brevis, marginata. *Vaginæ* ſtriatæ, læves, quandoque villoſiusculæ. *Spica* terminalis, 3 - 4 - 6 uncias longa. *Receptaculum* flexuoſum, compreſſum, læve, quandoque villoſum, denticulis pro ſpiculis interceptum. *Spiculæ* ſeſſiles, alternæ, infimæ quandoque binæ, ternæ, 2 - 3 - 4 - 8 floræ. *Calycis* valvulæ ſubæquales, quinquenerviæ, acutæ, quandoque ariſtatæ. *Corollæ valvula* exterior quinquenervia, punctata, quandoque villoſiuscula, mucronata, quandoque ariſtata. *Nectarium* biphyllum, ovali-oblongum. *Antheræ* prismaticæ luteæ.

Nota. Pro diverſo ſolo natali maxime variat. Variationes citatas diſpoſuit et allegavit Ill. Schreb. l. c.

Pharm. GRAMINIS *Radix.*

Verno tempore colligenda.

Radix subdulcis, nutrientes, demulcentes, reso ventes, aperientes et mundificantes vires habet.

Concisa et contusa, cocta, et fermento mista, spi ritum exhibet, spiritui vini non cedentem. Cerevisia quoque species inde parari potest. Hoffmann in Crells Beytr. zu den chem. Ann. vol. 3. p. 124.

Melligo seu Mel graminis est succus ad melli consistentiam inspissatus, qui omnino mel refert. Egre gia certe simul grata medicina domestica, præsertim i multis infantum morbis, ex obstructione intestinorum ortis.

Radix mundata, siccata cum stramine concisa, v surfuribus vel aliis mixta, ad alenda pecora, præserti boves apta est, quam œconomi incurii nonnisi comb rere ex agris evulsam sciunt. Porro in annonæ caritat siccata, mola contrita et farinæ pauxillo mixta, pro co ficiendis panibus inservit. Linn. fl. Suec. p. 40.

Herba pecoribus grata, junior etiam ovibus co veniens; Itaque hoc gramen, utut infestum locis alien crescens, tam fœni causa, quod bis secari per annu potest, quam radicis, solo molliori et fertiliori ut cu tura adjuvetur, etiam atque etiam commendandum, hæc concisa recente radice, et in humum recondita, f cile succedit. Bengt. Bergius. Tal om Svensk Angskötseln. p. 65. Blom in Vet. Aca Handl. 1782. p. 244.

Gramen in agris et cultis sæpe ob nimiam abu dantiam magnum vitium; diminuendi et eradicandi op rationes dedit Jll. Schreber. l. c.

Ad arenam mobilem ligandam aptum.

202. TRITICUM *caninum* radice fibros spica subnutante, spiculis erectis, aris prælongis.

Elymus *caninus* spica nutante arcta, spic lis rectis involucro destitutis: infimis g minis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 124. — *Po lich. fl. pal. n.* 131.

Triticum calycibus subulatis, quadrifloris aristatis. *Linn. Sp. pl. ed. Ima. p.* 86.

Triticum *caninum* radice perenni, spica subnutante, spiculis erectis: aristis longissimis. *Schreb. Spic. fl. Lips. p.* 51.

Triticum *sepium* calycibus acutis quinquefloris, aristis spicula longioribus, radicibus fibrosis. *Lamarck. Encycl.* 2. *p.* 563. (excluso *Leersii* Synonymo.)

Triticum radice fibrosa, foliis hirsutis, locustis quinquefloris aristatis. *Hall. stirp. helv. n.* 1429.

Gramen loliaceum fibrata radice aristis donatum. *Tournef. inst.* 516.

Gramen caninum non repens elatius spica aristata. *Moris. hist.* 3. *p.* 177. *Sect.* 8. *t.* 1. *f.* 2.

Icon. Schkuhr. bot. Handb. t. 19.

Germ. Hundewaizengras.

Gall. Froment des hajes.

Hab. In collibus dumetosis, sylvaticis, nec non ad sepes passim: in dumetosis montosis calcareo argillaceis retro *dem Thurnberg*, retro *Grötzingen*, *auf dem St. Michelsberg* in dumetis. In Marggraviatu superiore in dumetis ad rudera antiqua arcis *Badenweiler*, ibidem in dumetis *am Seltenbach* et in adjacente sylvula *das Bottenwäldlein*; hinc inde in dumetis prope *Müllheim*. In Sponhemia in collibus dumetosis prope *Martinstein*. In Palatinatu prope *Hartenburg*, in collibus saxosis, dumetosis circa *Stromberg* teste *Pollichio*. In Alsatiæ dumetosis circa

Barr legi; in monte *Wasserfall* teste *Lachenalio* et *Hallero*.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ♃

Radix fibrosa, pallide fusca, (non repens). *Culmi* 3-4 pedales, erecti, teretes, substriati, glabri, 4-5 geniculati: geniculis subvillosis, fusco-purpurascentibus. *Folia* linearia, plana, acuminata, latiuscula, deorsum scabriuscula, quandoque rariter villosa, læte viridia. *Ligula* obtusa, brevis. *Vaginæ* striatæ, villosiusculæ. *Spica* erectiuscula, aut antrorsum subnutans, 3-4-7 uncialis. *Receptaculum* compressum, subflexuosum, villosiusculum, denticulis interceptum. *Spiculæ* (in individuis nostratibus) omnes alternæ, sessiles, solitariæ, lanceolatæ, ex tereti-planiusculæ, erectæ, absque aristis 6-7 lineas longæ, 3-4 raro 5-6-7 floræ, adpressæ. *Calycis valvulæ* lanceolatæ, striatæ, subinæquales, apice longe mucronatæ, sæpe arista ultralineari præditæ. *Corollæ valvula* exterior striata, absque arista 4-5 lineas longa, ex apice *Aristam* exserens, 8-9 lineas longam, tenuem, rectam, scabram.

Nota. Minime confundendum cum T. repentis variatione sexta aut septima, magis affini, a qua differt: Radice fibrosa (non articulata repente) Aristis spicula duplo fere longioribus, nec longitudine spiculæ.

Elymus caninus Leersii fl. Herb. p. 46. t. 12. f. 4. ob radicem repentem. et corollarum aristas longitudine valvulæ, certe non huc sed ad variationem nostram septimam Tritici repentis pertinet. Idem sane de Elymo canino Rothii fl. germ. 2. p. 151. valet.

Obs. Spiculæ in Nostratibus, Alsaticis, Palatinis, Helveticis, et Gallicis, aliisque passim individuis ob-

ſervatis, ſemper alternæ, ſolitariæ, inferiores nunquam binæ ternæve. Idem obſervavit Jll. Schreberus l. c.

Gramen ex ſeminibus in horto cultum, conſtantiſſimum radice nempe ſemper fibroſa, etc. permanſit.

Ab Elymo ſeparandum erat, ob involucri abſentiam.

TRIANDRIA.

TRIGYNIA.

LI. MONTIA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 133.

Calyx 2-3 phyllus, foliolis ovatis concavis, obtuſis, erectis, perſiſtentibus. *Corolla* monopetala, quinquepartita: laciniis tribus alternis minoribus, ſtaminiferis. *Capſula* turbinata, obtuſa, tecta, unilocularis, trivalvis. *Semina* tria, ſubrotunda.

203. Montia *minor* caule erecto, divaricato, foliis connato-ſeſſilibus, oblongo-ovatis.

Montia (*fontana*) *α. Linn. Sp. veg. p.* 128. *Pollich. fl. palat. n.* 134. *Hall. ſtirp. helv. n.* 301.

Montia aquatica minor. *Michel. gen. pl. p.* 18. *t.* 13. *f.* 2.

Cameraria arvenſis et minor. *Dillen. giſſ. p.* 46. *Eph. N. C. cent.* 5 *et* 6. *App.* — *Mapp. fl. Alſ. p.* 198.

Portulaca arvenſis. *Bauh. pin. p.* 288.

Icon. *Oeder. fl. Dan. t.* 131. — *Curtis. fl. Lond. t.* 188.

Germ. *Kleine Montie.*

Hab. Utrinque in ſylvis arenoſis humidiuſculis, viis ſylvaticis, paſcuis et arvis, quandoque in limoſo-ſabuloſis ad fontium ſcaturigines. Circa *Carlsruhe auf der Schieſswieſe, im Beuertheimer Wald, im Hardtwald* in viis ſabuloſis, et alibi.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio maturat. ☉

Radix fibroſa. *Caulis* 1 - 2 - 3 uncialis, erectus, teres, glabriuſculus, ſæpe luteſcens, articulatus, divaricatus. *Folia* oppoſita, connato-ſeſſilia, oblonga, baſi anguſtata, ſubcarnoſa, glabra, pallide ex luteo-vireſcentia, 2 - 3 lineas longa. *Pedunculi* ſæpe terni, axillares, uniflori, floriferi erecti, deflorati recurvati, poſtea erecti, foliis longiores, e ſquamula membranacea prodeuntes. *Corollæ* exiguæ, albidæ, vix apertæ.

Nota. In viis aliisque locis gregatim creſcit, ceſpitesque non raro rotundos pallide luteſcentes format, jam e longinquo conſpicuos.

Obſ. Calyx triphyllus, quandoque et Stamina 5.

204. Montia *rivularis* caule debili, dichotomo, foliis oppoſitis ſeſſilibus obtuſe-lanceolatis, craſſiuſculis.

Montia *fontana β. Linn. Syſt. veg. p.* 128. *Pollich. fl. palat. n.* 134. — *Hall. ſtirp. helv. n.* 301.

Montia aquatica major. *Michel. gen. p.* 18. *t.* 13. *f.* 1. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 198.

Cameraria aquatica et major. *Dillen. Giſſ. p.* 61. — *Ephem. N. C. cent.* 5. *et* 6. *App.*

Alsine palustris minor folio oblongo. *Bauh. pin.* 251. *prodr. p.* 118. *n.* 2.

Alsine palustris Portulacæ aquaticæ similis. *Raj. hist. p.* 1035.

Alsine aquatica surrectior. *Joh. Bauh. hist.* 3. *p.* 777. *Icon.*

Icon. Schkuhr. bot. Handb. t. 20.

Germ. Bachmontie. Grosse Montie. Wasserportulac.

Gall. Monti majeur.

Hab. Ad scaturigines in montosis pascuis, ad rivulos montanos retro *Ettlingen*, *Frauenalb*, *Herrnalb*; in pascuis montosis riguis spongiosis *auf dem Kaltenbrunn*, *auf der Herrnwiese*, *auf der Plättie*, in convallibus pascuis aquosis ad rivulos limpidissimos *im Bühlerthal* abunde, rivulos sæpe obducens, et prope *Baden*; ad rivulos montosos prope *Durrbach*, *Gengenbach*, *Oberkirch* et *Allerheiligen*, in valle Griesbachiana ad fontes acidos teste *Joh. Bauhino*, nec non ad acidulas *im Antigast* alibique. In Marggraviatu superiore prope *Schweighof*, *Sirnitz*, *Marzell*, *Tegernau*, *Neuweg*, *auf der Stockmatt* in adscensu montis *Belchen*. In Alsatia in ascensu montis *St. Ottiliæ*, *auf dem Hochgebirg Hochenack*, et alibi. Amat rivulos limpidos frigidissimos, quæ ex fontibus scaturientibus promanant, quos cespitis sæpe in morem obducit.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Julio et Augusto maturat. ♃

Differt a præcedente specie: *Caulibus* longioribus palmaribus, pedalibus et altioribus,

debilibus, erectiusculis, aut prostratis, ra cantibus, longius ramosis. *Ramis* oppositis p dichotomiam divisis. *Foliis* multo longioribu lanceolato-linearibus, obtusis, 5-9 lineas lo gis, ultra binas latis, glabris, læte et amœn sime viridibus, crassiusculis.

Nota. Locus hujus speciei natalis et habitus lon a præcedente diversus, suadent sejunctionem.

Jam post liquescentem nivem amœnissimo v rore rivulos adumbrat et obducit et per tota æstatem, immo post autumnum adhuc, consp cua; hinc sine dubio non annua, sed perenn planta.

Obs. Semina hujus, terræ in olla suppositoria, aq sæpe et iteratim repleta, commissa, non germin runt. Sed semina præcedentis speciei, ibi optim prolem annuam propagarunt.

LII. HOLOSTEUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 136.

Calyx quinquephyllus: foliolis ovatis pe sistentibus. *Corolla* petala quinque, 2-3 den culata, obtusa, æqualia. *Capsula* monolocul ris, subcylindracea, apice in sex lacinias dehi cens. *Semina* plurima subrotunda.

205. HOLOSTEUM *umbellatum* florib umbellatis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 130. *Pollich. fl. palat. n.* 135.

Alsine floribus umbellatis, petalis ferrat *Hall. stirp. helv. n.* 879.

Alsine verna glabra floribus umbellatis. *Tou nef. inst. p.* 242. — *Mapp. fl. Alf. p.* 17

Hol

Holosteum caryophyllaceum arvense. *Tabernæmont. hist. p.* 543. *Icon.*

Caryophyllus arvensis umbelliferus. *Joh. Bauh. hist.* 3. *p.* 361.

Icon. Schkuhr. bot. Handb. t. 20. *n.* 208. *p.* 64.

Germ. Doldenſparre. Dolden-Nelke.

Gall. Morgeline ombellée.

Hab. Utrinque in cultis, hortis, agris, arvis, vineis, ad viarum marginalia ad muros: Circa *Carlsruhe, Durlach, Baden* et alibi frequens.

Flor. Martio, Aprili, Majo, cum Draba *verna* et Arabi *thaliana. Semina* Majo maturat. ⊙

Radix fibrosa. *Caulis* digitalis, palmaris et altior, adscendens, teres, glaber, quandoque superne pubescens, in basi ramosus. *Folia radicalia* cespititia, obovata, lanceolata; *caulina* opposita, connato-sessilia, lanceolata, suprema ovata, acutiuscula, integerrima, glabriuscula, crassiuscula, rore glauco quasi obducta, 5-7 lineas longa, 2-3 lata. *Flores* terminales, umbellati: *Pedunculi* 5-9, uniflori, deflexi, fructiferi erecti. *Squamulæ* siccæ, exiguæ, ad pedunculorum basin. *Corollæ* albæ. *Petala* unque viridiuscula, aquosa, primo vere saepe tridentata. *Stamina* 3-4-5. *Styli* 3-4.

Planta primo vere succulenta, ovibus gratum in arvis pabulum præbet.

CLASSIS IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores monopetali, monospermi, inferi.*

LIII. Globularia. *Cor.* monopetalæ, irregulares. *Semina* nuda.

** *Flores monopetali, monospermi, superi. Aggregatæ.*

LIV. Dipsacus. *Cal.* communis foliaceus. *Recept.* conicum, paleaceum. *Semina* columnaria.

LV. Scabiosa. *Cal.* communis polyphyllus. *Recept.* elevatum, subpaleaceum. *Semina* coronata, involuta.

*** *Flores monopetali, monocarpi, inferi.*

LX. Plantago. *Cor.* refracta. *Cal.* 4-partitus. *Capſ.* bilocularis, circumſciſſa.

LXI. Centunculus. *Cor.* rotata. *Cal.* 4-partitus. *Capſ.* 1-locularis, circumſciſſa.

* *Gentianæ quadrifidæ.*

**** *Flores monopetali, monocarpi, superi.*

LXII. Sanguisorba. *Cor.* plana. *Cal.* 2-phyllus. *Capſ.* 4-gona, inter calycem et corollam.

***** *Flores monopetali, dicocci, superi.* Stellatæ.

LIX. Rubia. *Cor.* campanulata. *Fructus* baccati.

LVIII. Galium. *Cor.* plana. *Fruct.* ſubgloboſi.

LVII. Asperula. *Cor.* tubuloſa. *Fructus* ſubgloboſi.

LVI. Scherardia. *Cor.* tubuloſa. *Fruct.* coronatus. *Semina* 3-dentata.

****** *Fl. tetrapetali, inferi.*

* *Cardamine hirſuta.* (Claſſ. XV.)

* *Evonymus europæus.* (Claſſ. V.)

******* *Flores tetrapetali, ſuperi.*

LXV. Trapa. *Cal.* 4-partitus. *Nux* armata ſpinis conicis oppoſitis.

LXIII. Cornus. *Cal.* 4-dentatus, deciduus. *Drupa* nucleo 2-loculari.

******** *Flores incompleti, inferi.*

LXVI. Alchemilla. *Cal.* 8-fidus. *Semen* 1. calyce incluſum.

* *Convallaria bifolia.* (Claſſ. VI.)

********* *Flores imcompleti, ſuperi.*

LXIV. Isnardia. *Cal.* campanulatus, perſiſtens. *Capſ.* 4-locularis.
* *Theſium alpinum.* (Claſſ. V.)

DIGYNIA.

LXVII. Cuscuta. *Cor.* 4-fida, ovata. *Cal.* 4-fidus. *Capſ.* 2-locularis, circumſciſſa.
* *Gentiana.* (Claſſ. V.)

TETRAGYNIA.

LXVIII. Ilex. *Cor.* 1-petala. *Cal.* 4-dentatus. *Bacca* 4-ſperma.

LXX. Sagina. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus. *Capſ.* 4-locularis, polyſperma.

LXXI. Tillaea. *Cor.* 3-ſ. 4 petala. *Cal.* 3-ſ. 4-phyllus. *Capſ.* 3-ſ. 4. polyſpermæ.

LXIX. Potamogeton. *Cor.* nulla. *Cal.* 4-phyllus. *Semina* 4. ſeſſilia.

CLASSIS IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

LIII. GLOBULARIA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 146.

Calyx communis, imbricatus, persistens: squamis lanceolatis incumbentibus. *Calyx* proprius inferus, tubulatus, quinquefidus: denticulis tribus majoribus, duobus minoribus, subulatis. *Corollulæ* labio superiore bipartito, inferiore tripartito *Receptaculum* paleaceum. *Semina* solitaria, ovata, in calyce connivente inclusa.

206. Globularia *vulgaris* caule herbaceo, foliis radicalibus tridentatis, caulinis lanceolatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 139. *Pollich. fl. palat. n.* 136.

Globularia foliis radicalibus emarginatis, ex nervo aristatis, caulinis lanceolatis. *Hall. stirp. helv. n.* 218.

Globularia vulgaris. *Tournef. inst. p.* 467. *Mapp. fl. Alf. p.* 127.

Aphyllantes Anguillaræ sive Globularia Bellidi similis. *J. Bauh. hist.* 3. *p.* 13. *Icon.*

Bellis cærulea. *Tabernæmont. p.* 708. *Icon.*

Icon. Schkuhr. bot. Handb. t. 21. *n.* 109. *p.* 65.

Germ. Blaue Kugelblume. Blaue Maßlieben.

Gall. Globulaire commune.

Hab. In Marggraviatu ſuperiore in coll ſicciſſimis prope *Kleinen-Kembs* et *I* legit *Vulpius*. Baſileæ ſupra *Dornach* e ter portam *St. Albani* et *St. Jacob*, j patibulum. In Principatu ſuperiore pa frequens: copioſe inter *Reichenau* et *tershauſen* cum Gentiana *verna* nuperr vidi. In Alſatia prope Argentinam in a juniperetis *auf der Metzgerau; bey dem kircher Wald* et in collibus gramineis troſis retro *Barr*. In Sponhemiæ colli prope *Martinſtein* cum Stipa *pennata*. Palatinatu, in vinearum collibus ſaxoſis ca *Dürckheim* cum Stipa *pennata*, teſte *lichio*.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio et Aug maturat. ♃

Radix fibroſa, fuſca. *Caulis* 2-3-7 un lis, erectus, baſi curvus, angulatus, gla ſimplex. *Folia radicalia* ceſpititia, in petio decurrentia, ovata, apice emarginata, ſubtri tata, obtuſa, firma, nervoſa, caulinis maj *caulina* alterna, ſeſſilia, lanceolato-oblo ſuperiora ſenſim minora, integra. *Capitu* terminale, ſubrotundum, denſum, violaceo ruleum, quandoque album. *Calyx* comm 9-10-phyllus, denſe imbricatus.

Pharm. GLOBULARIÆ *Folia.*

Hodie in medicina exoleta, amariuscula, olim neraria, detergentia.

Nota. Plantulæ ſiccatæ folia, ut omnia ex ho nere nigrescunt.

Ad rariores omnino in noſtris regionib ves pertinet; in calidioribus Galliæ et Italiæ garis.

207. GLOBULARIA *cordifolia* caule fubnudo, foliis cuneiformi-tricufpidatis: intermedio minimo. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 139.

Globularia caule unifolio unifloro, foliis emarginatis nervo ariftato. *Hall. ftirp. helv. n.* 216.

Scabiofa bellidis folio humilis, caule nudo, radice repente, folio cordato. *Morif. hift.* 3. *p.* 50. *Sect.* 6. *t.* 15.

Globularia montana humillima repens. *Tournef. inft. p.* 467.

Bellis cærulea montana, frutescens. *Bauh. pin. p.* 162.

Scabiofa decima five repens. *Cluf. hift.* 2. *p.* 5.

Icon. Jacqu. fl. Auftr. t. 245.

Germ. Herzblättrige Kugelblume.

Gall. Globulaire à fëvilles en cœur.

Hab. In montis *Vogelberg*, *Diegten*, *Ramftein* rupeftribus, ubi nuperrime *Zeyherus* legit.

Flor. Majo, Junio, Julio. *Semina* Julio, Augufto maturat. *Fruticulus.*

Fruticulus cefpititius diffufus, humilis, ramofiffimus, cauliculis corticofis, nigrescentibus, quafi emortuis. *Folia* feffilia, obcordata, femiunciam ad unciam fere quandoque longa, lineas tres ad quatuor lata, firma, integriuscula, quandoque fubtricufpidata. *Capitula* numerofa, breviter pedunculata, pallide cærulea, quandoque ex cæruleo-carnea, parva.

Nota. Globulariam alpinam minimam origan Tournef. inst. p. 476. Linnæus eand variatione Gl. cordifoliæ comprehendi Tournefortii planta ab hacce certe distincta: Statura semper minori, foliis minoribus, angustioribus nunquam obcorda obtuse cuneiformi - lanceolatis, cap duplo minoribus, dilute carneis; hinc om sub peculiari specie; Gl. nana Jll. Lam separavit.

Obs. In Pyrenæis Semina Gl. cordifoliæ et ganifoliæ s. nanæ legi; in horto Car hano cultæ, nullam ibi mutationem passæ s

LIV. DIPSACUS.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 148

Calyx communis multiflorus, polyph foliolis flosculo longioribus, laxis, spinosis sistentibus. *Calyx* proprius minimus, sup quadrangularis. *Corolla* monopetala, tub quadrifida: lacinia exteriore majore, acu *Receptaculum* commune, conicum, palc terstinctum. *Semina* solitaria, columnaria gine calycino integro coronata.

208. DIPSACUS *vulgaris* foliis co sessilibus, serratis, receptaculi pal taceis rectis, corolla longioribus.

Dipsacus *fullonum* α. *Linn. Sp. pl.* 1. p *Pollich. fl. palat. n.* 137.

Dipsacus *sylvestris* foliis ovato-lance subacuminatis, paleis setaceis rec nearibus flexibilibus corolla longio *Roth. fl. Germ.* 2. *p.* 160.

Dipsacus capitulis ovatis, foliis ar

circumvallatis, ariftis fquamarum rectis. *Hall. ftirp. helv. n.* 198.

Dipfacus *fylveftris* foliis feffilibus ferratis; ariftis fructus rectis. *Mill. Dict. n.* 1.

Dipfacus fylveftris aut Virga Paftoris major. *Bauh. pin.* 385. — *Tabernæmont. hift. p.* 1070. *n.* 1. — *Mapp. fl. Alf. p.* 94.

Dipfacus fylveftris five Labrum Veneris. *J. Bauh. hift.* 3. *p.* 74.

Icon. Curtis. fl. Lond. t. 202. — *Jacqu. fl. Auftr. t.* 402. — *Oeder. fl. Dan. t.* 965. — *Blackw. herb. t.* 50. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 21. *n.* 213.

Germ. Gemeine Kartendiftel. Wilde Walker-diftel. Bubenftreel.

Gall. Cardère fauvage.

Hab. Utrinque ad vias orasque foffarum et fepes paffim frequens.

Flor. Julio, Augufto. Septembri et Octobri *Semina* maturat. ♂

Caulis 3-4-5 pedalis, erectus, fulcato-angulatus, aculeatus. *Rami* oppofiti. *Folia* connata, fuperiora feffilia, ovato-lanceolata, fubtus nervofa, cofta media aculeata, margine dentato-ferrata, magna, fuprema integra. *Capitulum* ovatum, magnum, caules ramosque terminans, obtufum. *Corollulæ* pallide cæruleæ violaceo mixtæ, quandoque albidæ. *Paleæ* receptaculi lineares, fetaceæ, bafi latiores, rectæ, acutæ, fetulofæ, corollis longiores, purpurascentes.

Pharm. Dipsaci *Radix.*

Ex floribus mella legunt apes.

Radix contusa, cum melle trita, hinc inde in ulceribus, externe commendatur; medicina in quibusdam regionibus domestica.

Olim et passim adhuc hodie, aqua quae in conjunctione foliorum cava naviculari reperitur, contra oculorum caliginem et rubedinem (docente **Trago**) commendatur, quod jam ab aqua fontana frigida sola exspectamus.

Semina fringillis, praesertim Cardueli acceptissima.

209. DIPSACUS *sativus* foliis connatis sessilibus serratis, receptaculi paleis lanceolatis uncinatis, corolla brevioribus.

Dipsacus *fullonum* var. *β.* *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 140.

Dipsacus *fullonum* foliis oblongis obtusis, paleis lanceolatis rigidis acutis, recurvis, corolla brevioribus. *Roth. fl. Germ.* 2. *p.* 161.

Dipsacus sativus. *J. Bauh. hist.* 3. *p.* 73.— *Tabernæmont. hist. p.* 1070. *Icon.*

Germ. Aechte Walkerdistel. Zahme Walkerdistel.

Gall. Cardère a foullon. Cardère a Bonnetier.

Hab. Colitur hinc inde, sed apud nos rarius.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* et capita Septembri et Octobri maturat. ♂

Capita hujus plantæ præsertim fullonibus inserviunt ad depectendos atque expoliendos pannos, hinc præsertim in Franconia, Gallia, Anglia, Italia, colitur.

210. DIPSACUS *laciniatus* foliis connatis sinuatis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 141. *Pollich. fl. pal. n.* 138.

Dipſacus foliis laciniatis aſperis; capitulis ſubrotundis *Scopol. fl. Carn. ed* 1. *p.*352. *ed* 11. *n.* 142.

Dipſacus folio laciniato. *Bauh. pin. p.* 384. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 168. *Sect.* 7. *t.* 36. *f.* 4. *Mapp. fl. Alſ. p.* 94.

Dipſacus ſylveſtris folio laciniato. *J. Bauh. hiſt.* 3. *p.* 35. *Icon.*

Dipſacus II. *Tabernæmont. hiſt. p.* 1071. *Ic.*

Icon. Jacqu. fl. Auſtr. vol. 5. t. 403.

Germ. Geſchlitztblättriger Kartendiſtel.

Gall. Cardère laciniée.

Hab. Ad foſſarum verſuras et vias dumetoſas ſylvaticas præſertim Rheno vicinas. Circa *Carlsruhe* in ſylva *Hauacker* rarius; in ſylvaticis humidis inter *Beuertheim* et *Rüppurr*; prope *Daxhsland, Knielingen, Aue, Steinmauern* et alibi frequens. In Alſatia prope Argentoratum: *in dem Jllkircher Wald* ad viam publicam prope *Druſenheim* et retro *Schiltigheim.* Inter *Horburg* et *Colmar*, ut et inter *Colmar* et *Ruffach* copioſe, teſte *J. Bauhino.* In Palatinatu circa *Worms*, inter *Lamsheim, Lomersheim, Oggersheim* et *dem Holzhof* ad foſſas, teſte *Pollichio.*

Flor. Junio, Julio, Auguſto. *Semina* matura Septembri. ♂

Caulis 3-4-6 pedalis, erectus, angulatus, aculeatus. *Rami* oppoſiti, medium caulem excedentes, diviſi. *Folia* oppoſita, connata, in connexione navicularem cavitatem, formantia, ſinuato-pinnatifida, glabra, ſucculenta, læte viridia, inferne villoſa, margine ſetuloſa; laciniæ oblongæ, inciſæ, ſerrato-dentatæ; coſta

folii media albida, breviter aculeata. *Capitulum* caulem ramosque terminans, minus, quam in præcedentibus ſpeciebus, ovatum, obtuſum, baſi foliis anguſtis, rigidis, aculeatis, ſtellam formantibus, involucratum. *Corollulæ* albidæ, quandoque violaceo mixtæ. *Receptaculi Paleæ* anguſtæ, lanceolatæ, mucronatæ, rigidæ.

Flores mel apibus præbent.

Semina fringillis, Carduelibus accepta.

211. DIPSACUS *pilosus* foliis petiolatis appendiculatis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 141. *Pollich. fl. palat. n.* 139.

Dipſacus foliis biauribus, capitulis hemiſphaericis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 199.

Dipſacus ſylveſtris capitulo minore ſive Virga Paſtoris minor. *Bauh. pin. p.* 385. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 94.

Virga Paſtoris. *Tabernæmont. hiſt. p.* 1071. *Icon.*

Virga Paſtoris vulgaris. *Joh. Bauh. hiſt.* 3. *p.* 75.

Icon. Jacqu. fl. Auſtr. t. 248. — *Curtis. fl. Lond.*

Germ. Haarige Kartendiſtel.

Gall. Cardère velue.

Hab. Utrinque in ſylvaticis, dumetoſis humidis, ad rivos, foſſas aquaticas, virgultoſas, ut et in pratis dumetoſis frequens. Circa *Carlsruhe* in ſylva retro *Gottsau*, et in Rheni vicinia hinc inde abunde. In Alſatia prope Argentinam, ad viam *gegen der Aubrücke*; prope *Höhnheim* et alibi copioſe. Nec ſicciora reſpuit.

Flor. Junio, Julio, Augusto. *Semina* Septembri et Octobri maturat. ♂

Caulis 2-3-5 pedalis, erectus, angulatus, inferne setuloso-pilosus, superne aculeatus. *Rami* oppositi. *Folia* opposita, in petiolum decurrentia, inferiora connata, ovato-lanceolata, serrata, costa media subtus aculeata, indivisa, suprema appendiculata; *ramea ima* ovata, appendiculata, serrata; *suprema* lanceolata, integra, omnia læte viridia, utrinque pilosa. *Pedunculi* longi, setuloso-pilosi. *Capitulum* hemisphæricum, caulem ramosque terminans: florens nutans: defloratum erectum. *Corollulæ* albidæ. *Antheræ* purpureæ, demum nigricantes. *Receptaculi Paleæ* lanceolatæ, pilosæ, apice mucronatæ, corollis longiores.

Ex floribus apes mella colligunt. Semina fringillis accepta.

LV. SCABIOSA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 149.

Calyx communis multiflorus, patens, polyphyllus: *proprius* duplex superus: *exterior* plicatus membranaceus: *interior* subquinquepartitus: *laciniis* subulato-capillaceis. *Corolla* monopetala tubulosa, semi 4-5 fida. *Receptaculum* convexum, paleaceum, sive nudum. *Semina* solitaria, ovato-oblonga, involuta, calycibus propriis coronata.

† *Corollulis quadrifidis.*

212. Scabiosa *Succisa* corollulis quadrifidis, æqualibus, caule simplici ramis ap-

proximatis, foliis lanceolato-ovatis integerrimis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 142. — *Pollich. fl. palat. n.* 140.

Succisa caule trifloro, floribus convexis; foliis radicalibus ovatis, caulinis lanceolatis. *Hall. stirp. helv. n.* 201.

α. *glabra.*

Scabiosa folio integro, glabro, flore caeruleo. *Mapp. fl. Alf. p.* 280.

Succisa glabra. *Bauh. pin. p.* 269.

Morsus Diaboli. *Tabernaemont. hist. p.* 451. *Icon.*

Succisa sive morsus Diaboli. *J. Bauh. hist.* 3. *p.* 11.

β. *hirsuta.*

Scabiosa folio integro hirsuto. *Mapp. fl. Alf. p.* 280.

Succisa hirsuta. *Bauh. pin.* 369.

γ. *prolifera.*

Scabiosa flore ex flore. *Mapp. fl. Alf. p.* 280.

Icon. Curtis. fl. Lond. t. 189. — *Oeder. fl. Dan. t.* 279. — *Blackw. herb. t.* 142.

Germ. Teufels-Abbis. Abbiskraut. Sumpf-Scabiose.

Gall. Scabieuse succise. Mors du Diable.

Hab. α. et β. Utrinque in pratis humidis praesertim sylvaticis copiose. Circa *Carlsruhe* in pratis *gegen Beuertheim, Rüppur, Gottsau* et alibi, cumprimis in pascuis montosis succulentis, et pratis Rheno vicinis abunde. γ. rarius prope *Dachsland* legi.

In Alsatia prope Argentinam *zwischen dem Rheinziegelofen* et *der Bergerie* juxta hortos adhuc vidi *Ann.* 1779.

lor. Augusto, Septembri, Octobri. *Semina* Octobri et Novembri maturat. ♃

Radix fusco-flavicans, præmorsa. *Caulis* -2 pedalis et altior, erectus, teres, simpliciusculus, versus summitatem ramis duobus oppotis præditus. *Folia* radicalia in cespitem consta, petiolata, ovata, ovato-lanceolata, ingra, scabriuscula, plus minusve hirsuta; *caulina* duo opposita, subsessilia, lanceolata, intera, quandoque rariter dentata; *suprema* ranea lineari-lanceolata, integerrima. *Capitulum* caulem ramosque terminans, subrotundum, ensum, antrorsum nutans. *Corollæ* caeruleae, iolaceo-caeruleae, cœruleo-incarnatae, raius albidae. *Antheræ* purpurascentes.

Variat. In umbrosis sylvaticis rarius foliis dentato-incisis.

Pharm. MORSUS DIABOLI sive SUCCISÆ *Radix.*

Radicis figura præmorsa speciei nomen et omen, nsamque innumerabilibus fictionibus, dedit.

Multa hinc inde ex ea exspectat vulgus in amuleis contra oculorum inflammationem.

Fabri ad pedum equorum vulnera clavis inflicta, ecocto radicis utuntur. Schaarschmidt. therap. en. p. 270.

Adstringentes possidet vires; pro coriis conficiendis pta, nimis hucusque hoc respectu neglecta.

Viridi colore tingit. Linn. it. Oeland. 97. 101.

Ex floribus apes mella colligunt.

213. SCABIOSA *sylvatica* corollulis quadrifidis æqualibus, foliis omnibus indivisis ovatis acuminatis, subserratis, caule hispido. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 143. — *Pollich. fl. palat. n.* 141.

Scabiosa *sylvatica* corollulis quadrifidis radiantibus, foliis omnibus indivisis, inferioribus ovatis serratis, summis lanceolatis integerrimis, caule hispido. *Jacqu. obs. bot.* 1. *p.* 28.

Scabiosa caule hispido, foliis ovato-lanceolatis, subhirsutis, inferioribus dentatis. *Hall. stirp. helv. n.* 204.

Scabiosa montana latifolia non laciniata, rubra et prima. *Bauh. pin. p.* 270. — *Mapp. fl. Alf. p.* 279.

Scabiosa latifolia pannonica rubro flore seu III. et IV. *Clus. hist.* 2. *p.* 1. 2. *Icon.*

Scabiosa maxima dumetorum folio non laciniato. *J. Bauh. hist.* 3. *p.* 10.

Scabiosa latifolia. VII. *Tabernæmont. hist. p.* 442. *Icon.*

Icon. Jacqu. fl. Austr. vol. 4. *t.* 362.

Germ. Waldscabiose. Breitblättrige Bergscabiose.

Gall. Scabieuse des bois.

Hab. In montosis sylvaticis, dumetis montosis asperis umbrosis. Retro *Ettlingen*, prope *Frauenalb*, *Herrnalb*, *Tobel*, *Kaltenbrunn*, *Herrnwiese*, *Baden* ad arcem antiquam in dumetis, *Bühlerthal* et alibi; prope *Durrbach im Amte Stauffenberg*, *Gengenbach*, *Lahr*,

Lahr, *Allerheiligen*. In Marggraviatu ſuperiore *am Kaiſerſtuhl*, in ſylvaticis prope *Sulzburg*, *Schweighof*, *Badenweiler*, *Müllheim*, *Steinen*, *Haſel* et alibi. In Alſatiæ ſylvaticis montoſis prope *Barr*, *Rappolsweyher* et alibi in Vogeli montibus.

Flor. Junio, Julio, Auguſto. *Semina* Septembri et Octobri maturat. ♃

Caulis 3-4-5 pedalis, erectus, teres, punctis utrinque nigricantibus adſperſus, pilis exſtantibus hirſutus; oppoſite ramoſus. *Folia* radicalia in petiolum decurrentia, ſuperiora ſeſſilia, amplexicaulia, ovato-lanceolata, margine dentato-ſerrata, ſubſinuata; *ſuprema* integra, utrinque hirſuta. *Capitulum* caulem ramosque terminans, mediocre, laxiuſculum. *Corollulæ* ſubæquales, e purpureo-violaceæ, rarius incarnatæ, aut albidæ.

Variat. *Caule* humiliore minus ramoſo et hirſuto. *Foliis* ſuperioribus lanceolatis integriuſculis. *Capitulo* majuſculo.

Nota. Hanc variationem plurimi ſed minus recte ſub Scabioſa integrifolia deſcribunt; huc ſine dubio etiam pertinet. Halleri ſtirp. helv. n. 205.

214. Scabiosa *arvenſis* corollulis quadrifidis radiantibus, caule hiſpido, foliis pinnatifidis: lobis diſtantibus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 143. — *Pollich. fl. pal.* 142.

Scabioſa foliis petiolatis, ovato lanceolatis, dentatis, ſuperioribus ſemipinnatis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 206.

Scabioſa pratenſis hirſuta quæ officinarum. *Bauh. pin.* 269. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 274.

Scabiosa major communior hirsuta folio laciniato et non laciniato. *J. Bauh. hist.* 3. *p.* 2.

Scabiosa arvensis VI. *Tabernæmont. hist. p.* 442. *Icon.*

Icon. Curtis. fl. Lond. t. 288. — *Regnault. bot. Oeder. fl. Dan. t.* 447. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 22. *n.* 1. 2.

Germ. Ackerscabiose. Wiesenscabiose. Grindkraut.

Gall. La Scabieuse des prés.

Hab. Utrinque in pratis, agrorum versuris, ad sepes et viarum marginalia dumetosa, frequens.

Flor. Majo, Junio, Julio. *Semina* Julio, Augusto maturat. ♃

Radix ramosa, sublignosa. *Caulis* 1-2-3 pedalis, erectus, teres, simplex seu ramosus, scaber, superne pubescens, inserne punctis eminentibus asperis, hispidus. *Folia* opposita, acuta, hispida, inferiora subintegra, ovali-oblonga, dissite dentato-serrata; superiora sessilia, amplexicaulia, pinnatifida: *laciniis* oppositis subserratis; *extima* lanceolata, duplo majore, in medio serrata. *Capitulum* caulem ramosque terminans. *Corollulæ* radii reliquis disci ampliores et longiores, ex violaceo aut purpureo cæruleæ, incarnatæ, quandoque albidæ.

Huc pertinet Scabiosa major flore ex cæruleo-purpurea. Mapp. l. c. p. 279. et Scabiosa longifolia alba. altera ej. l. c. quam Tabernæmontanus observavit in Alsatia superiore prope Königsberg; et prope Schlettstadt.

harm. SCABIOSÆ *Herba; Flores.*

Planta amara, adſtringens, abſtergens. Olim in ſcabie ejus decoctum commendabatur, ſuccusque ſcabioſis corporibus illitus: hinc nomen ortum.

Planta junior pecoribus non ingrata.

Ex floribus largam mellis copiam apes colligunt.

† † *Corollulis quinquefidis.*

215. SCABIOSA *columbaria* corollulis quinquefidis radiantibus, foliis radicalibus ovatis crenatis, caulinis pinnatis ſetaceis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 143. — *Pollich. fl. pal. n.* 143.

Scabioſa *polymorpha* corollulis quinquefidis radiantibus, ſoliis radicalibus ſimplicibus, caulinis compoſitis, pedunculis elongatis. *Weigel. obſ. bot. p.* 23.

Succiſa foliis imis ovatis, ſuperioribus pinnatis, pinnis ſemipinnatis, acutis, ciliis floſculorum longitudine. *Hall. ſtirp. helv. n.* 202.

α. major.

Scabioſa capitulo globoſo major. *Bauh. pin.* 270. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 280. — *Moriſ. hiſt.* 3. *Sect.* 6. *t.* 14. *f.* 20.

Scabioſa mas XXI. *Tabernæmont. hiſt. p.* 445. *Icon.*

β. minor.

Scabioſa capitulo globoſo minore. *C. Bauh. pin.* 270. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 280.

Scabioſa minor 1. 2. 3. *Tabernœmont. hiſt. p.* 443. *Icones bonæ.*

Scabiosa minor vulgaris. *J. Bauh. hist.* 3. p. 4. *Icon.*

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 314.

Germ. Taubenscabiose. Kleine blaue Scabiose. Klein Apostemkraut. Kleine Grindwurzel.

Gall. Scabieuse Colombaire.

Hab. Utrinque præsertim in collibus graminosis calcareo-argillaceis, ad agrorum et viarum excavatarum versuras passim copiose.

Flor. Junio, Julio, Augusto. *Semina* Augusto, Septembri maturat. ♃

Radix ramosa, fibrosa, lignosa, fusco-albicans. *Caulis* 1-2-3 pedalis, erectiusculus teres, glabriusculus, quandoque præcipue inferne villosus. *Rami* brachiati, dichotomo-divisi, in pedunculos elongati. *Folia radicalia* infimaque caulina petiolata; in junioribus individuis ovato seu spathulato-lanceolata, simplicia, integriuscula, aut inæqualiter serrata quandoque uno alterove dente incisa, in annosioribus magis profunde incisa, subpinnata etiam subbipinnatifida; *Caulina* inferiora sæpe bipinnatifida, superiora pinnata: pinnulis linearibus acutis, glabriusculis, sæpe villosis, summa simplicia, lineari-angustata. *Capitulum* convexum. *Calyx communis* imbricatus, foliolis lineari-subulatis, adpressis, demum reflexis; *proprius* brevissimus; *interior* quinquesetus: *Setis* fusco-nigricantibus, corollula brevioribus. *Corollulæ Radii* quinquefidæ, irregulares; *Disci* subæquales, omnes violaceo-cœruleæ, aut pallide purpurascentes, rarius albescentes.

Virtutes Scabiosæ arvensis possidet, et hinc inde adhuc in medicina recepta est.

[redacted]

216. SCABIOSA *ochroleuca* corollis quinquefidis radiantibus, foliis linearibus pinnatis; radicalibus bipinnatis, petiolis perfoliatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 146.

Scabiosa *polymorpha var.* δ. caule ramoso foliis inferioribus bipinnatis, superioribus simpliciter pinnatis, floribus ochroleucis. *Weigel. obs. bot. p.* 24.

Scabiosa multifido folio, flore flavescente. *Bauh. pin. p.* 270: — *Tournef. inst. p.* 464. — *Moris. hist.* 3. *Sect.* 6. *tab.* 13. *fig.* 28.

Scabiosa sulphurea, incisis foliis. *Barrel. Icon.* 770.

Scabiosa minor. 4? *Tabernæmont. hist. p.* 443.

Icon. Jacqu. fl. Austr. 5. *t.* 439.

Germ. Weisgelbe Scabiose.

Gall. Scabieuse jaunatre.

Hab. Et floret in iisdem passim cum præcedenti locis. ♃

Affinis Scabiosæ *Columbariæ* a qua floribus constanter pallide flavescentibus, facile distinguitur.

Obs. Planta in horto culta, constantissima floribus semper flavescentibus permansit.

LVI. SCHERARDIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 156.

Calyx parvus quatuor sæpissime sexdentatus. superus, perlistens. *Corolla* monopetala infun-

dibuliformis: *Tubus* cylindricus longus: *bus* quadripartitus, planus, acutus. *Semina* infera, oblonga, apice tribus denticulis cinis coronata, fetis minutiffimis appreffis fperfa, hinc convexa, inde plana.

217. SCHERARDIA *arvenfis* foliis bus verticillatis, floribus termina *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 149. — *Pollich. fl* *n.* 144.

Scherardia foliis fenis lanceolatis; flo feffilibus umbellatis. *Hall. ftirp. h* 734.

Aparine fupina, pumila, flore cæruleo. *nef. inft. p.* 114. — *Mapp. fl. Alf. p*

Rubeola arvenfis repens cœrulea. *pin.* 334. — *prodr.* 145.

Icon. Curtis. fl. Lond. t. 315. — *Oed. Dan. t.* 439. — *Schkuhr. bot. Handb. n.* 229.

Germ. Acker-Scherardie. Kleines blaues kraut.

Gall. Scherardie des champs.

Hab. Utrinque in agris, cultis, vineis vis frequens. Circa *Carlsruhe, Mann Heidelberg* et alibi.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augufto rat. ⊙

Radix fibrofa. *Caulis* digitalis et erectiusculus, fæpiffime fubdecumbens, gonus, fcaber, ramofus. *Folia* verticilla feriora quaterna, fuperiora quina, fena

tena, sessilia, ovato - lanceolata, mucronata, aspera. *Flores* 3 - 4 - 7 et plures, caulem ramosque terminantes, subumbellato - fasciculati, sessiles, foliis extus verticillatis prædití. *Calyx* in individuis nostratibus sæpissime 6- dentatus. *Corollæ* violaceo - cæruleæ. *Fructus* dentibus sex coronatus, discedens in semina duo tridentata.

Radix rubro colore tingit. Planta arenam figit.

LVII. ASPERULA.

Linn. Gen. plan. ed. Schreb. n. 157.

Calyx parvus quadridentatus, superus. *Corolla* monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus longus. *Limbus* quadripartitus: laciniis oblongis, obtusis, reflexis. *Baccæ* siccæ duæ, globosæ, coalitæ. *Semina* solitaria, subrotunda, magna.

218. ASPERULA *odorata* foliis octonis, lanceolatis, florum fasciculis pedunculatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 150. — *Pollich. fl. pal. n.* 145.

Asperula caule erecto, foliis octonis, petiolis ramosis erectis, seminibus hirsutis. *Hall. stirp. helv. n.* 728.

Aparine latifolia humilior montana. *Tournef. inst. p.* 114. — *Mapp. fl. Alf. p.* 25.

Asperula s. Rubeola montana odorata. *Bauh. pin.* 334.

Matrisylva. *Trag. hist.* 496.

Hepatica stellata. *Tabernæmont. hist. p.* 1201. *Icon.*

Icon. *Curtis. fl. Lond. t.* 249. — *Oeder. fl. Dan. t.* 562. — *Regnault. bot.* — *Blackw. herb. t.* 60. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 23. *n.* 230.

Germ. *Waldmeister. Wahres Sternleberkraut.*

Gall. *Le Muguet des bois.*

Hab. Utrinque in sylvaticis, præsertim montosis, sylvis cæduis hinc inde frequens; ad montium rudera antiqua, inter muros collapsos *auf dem Thurnberg, im alten Badener, Eberſteiner, Eberſteinburger, Windegger, Yburger, Badenweiler, Sausenburger* et *Rötteler Schloſs* cum Vinca *minore* et Mercuriali *perenni* abunde. In Alsatiæ montosis sylvaticis, nec non ad rudera antiqua, ut et in sylvis cæduis frequens.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio, Augusto maturat. ♃

Radix repens, articulata. *Caulis* digitalis, palmaris, pedalis, erectus, tetragonus, simpliciusculus, glabriusculus. *Folia* verticillato-stellata, 7 - 8 - 9 sessilia, lanceolata, acutiuscula, patentia, integerrima, glabra, margine deorsum scabra. *Flores* caulem terminantes, pedunculati: *pedunculi* ramosi subtrifidi erecti. *Bracteæ* ad pedicellos duæ, oppositæ. *Corollæ* albæ. *Tubus* breviusculus. *Limbus* quadripartitus tubo longior: *laciniis* lanceolatis obtusis, patentibus. *Fructus* hispidi.

Pharm. *Matrisylvæ* sive *Hepaticæ stellatæ Herba.*

Planta leniter aromatica, amaricans, subadstringens siccata grate odorata.

Flores odorati apibus accepti.

Lac vaccarum auget; ovibus grata; Tineas pellit.

In fusum herbæ aquosum saturate rubrum, ambrosiacum, vitriolo martis nigrescit.

Vino gratum, et Cerevisiæ fortiorem suavemque saporem conciliat, et præcipue majalem contra acorem defendit.

Vinum medicatum majale ex Matrisylva nostra florente, ex Agrimoniæ Eupatorii herba, Veronica officinali, et radice Caryophyllatæ sive Gei urbani, Tormentillæ, Saniculæ, hinc inde præcipue in Marggraviatu superiore per infusionem in vino generoso patrio parant.

219. Asperula *arvensis* foliis senis, floribus sessilibus aggregatis terminalibus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 150. — *Pollich. fl. pal. n.* 146.

Asperula foliis octonis, floribus inter ciliata folia sessilibus, congestis. *Hall. stirp. helv. n.* 733.

Gallium arvense flore cæruleo. *Tournef. inst.* 115. — *Mapp. fl. Alf. p.* 121.

Rubeola eaerulea erectior elatiorque. *Joh. Bauh. hist.* 3. *p.* 719.

Germ. Ackermeyerkraut. Blaues Ackersternkraut.

Gall. Asperule des champs.

Hab. Utrinque in hortis, cultis, vineis, inter segetes, et in arvis hinc inde frequens; amat montosa argillaceo-calcarea, nec sabulosa respuit.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio, Augusto maturat. ⊙

Radix fibrosa. *Caulis* palmaris, pedalis et

altior, erectus, tetragonus, geniculatus, scabriusculus, ramosus, subdichotomus; *Rami* oppositi. *Folia* stellato-verticillata, sena, suboctona, sessilia, lineari-lanceolata, acutiuscula, margine revoluta, superne glabra, inferne setuloso-scabra. *Flores* caulem ramosque terminantes, umbellato-fasciculati, sessiles, foliis bracteaceis stellatis, lanceolatis, margine setuloso-ciliatis, cincti. *Corollæ* violaceo-cæruleæ. *Fructus* glabri.

Radix pulchrum dat rubrum colorem. Pastorcalis ingesta. ossa rubro inficit colore. Steinmeyer Diss. de Rubia tinct. Argt. 1762. p. 21.

220. ASPERULA *tinctoria* foliis linearibus: inferioribus senis, intermediis quaternis, caule flaccido, floribus, plerisque trifidis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 150. — *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 190.

Asperula caule flaccido, foliis linearibus quaternis, umbellulis petiolatis. *Hall. stirp. helv. n.* 729.

Galium *tinctorium. Scopol. fl. Carn. ed.* 2. *n.* 149.

Rubeola quadrifolia, caule ramoso flaccido, floribus trifidis. *Rupp. fl. Jen. p.* 8.

Galium album tripetalum. *Moris. præl.* 267.

Galium album II. *Tabernæmont, hist. p.* 433 *Icon. bona.*

Germ. Färbendes weisses Sternkraut.

Gall. Asperule des Teinturiers.

Hab. In sylvaticis montosis lapidosis asperis

apricis. Retro *dem Thurnberg*, prope *Grözingen* et *Berghausen* in collibus calcareo-argillaceis dumetosis non infrequens; circa *Baden* in collibus sylvaticis rarius.

lor. Junio, Julio. *Semina* Julio, Augusto maturat. ♃

Radix repens, fibrosa, sublignea. *Caulis* ·2 pedalis et altior, debilis, erectiusculus, ıandoque ad terram subdecumbens, obsolete tragonus, striatus, glabriusculus, geniculatus: *eniculis* tumentibus, fusco-purpurascentibus, ımosus; *ramis* oppositis brachiatis flaccidis. *olia* subquaterna, quina, inferiora sæpe sena, ıperiora rameave bina, opposita, omnia sesilia, lineari-lanceolata, angusta, obtusa, sæpe ıbfalcato-curvata, glabra, infima scabriuscula. *lores* caulem ramosque terminantes, pedunulati, subfasciculati, subterni. *Bracteae* foliaeæ, oppositæ, lanceolatæ, pedunculis breviores. *Calyx* minimus. *Corollæ* sæpe trifidæ, trianræ, albidæ, extus quandoque violaceo mixtæ. *ructus* glabriusculi.

Radices loco Rubiæ tinctorum ad lanas rubro olore inficiendas in Gotlandia adhibentur. Linn. fl. uec. p. 43.

221. ASPERULA *cynanchica* foliis quaternis linearibus: superioribus oppositis stipulatis, caule erecto, floribus quadrifidis, *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 151. — *Pollich. fl. pal. n.* 147.

Asperula caule firmo ramoso, foliis linearibus quaternis, summis conjugatis. *Hall. stirp. helv. n.* 730.

Galium *cynanchicum. Scopol. fl. Carn. ed.* 2. *n.* 147.

Rubeola vulgaris; quadrifolia laevis, floribus purpurascentibus et albis. *Tournef. inst. p.* 130. — *Mapp. fl. Alf. p.* 271.

Gallium album minus. *Tabernaemont. hist. p.* 433. *Icon.*

Rubia cynanchica. *Bauh. pin.* 333. — *Joh. Bauh. hist.* 3. *p.* 720. *Icon.*

Germ. Bräune Wurzel. Halskräutlein. Klein Megerkraut.

Gall. Asperule cynanchique.

Hab. Utrinque in aridis arenosis asperis pascuis et collibus apricis. Inter *Mühlburg* et *Dachsland* in arenosis frequens; in collibus calcareo - argillaceis *auf dem Thurnberg* et alibi abunde.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat.

Maxime affinis praecedenti, a qua differt *Caulibus* demissioribus, magis manifeste tetragonis. *Foliis* saepissime quaternis, maxime inaequalibus, ad unum latus versis, superioribus binis, oppositis. *Bracteis* semper multo minoribus, angustioribus, lineari - setaceis. *Corollis* saepissime quadrifidis, tetrandris, subminoribus.

Pharm. CYNANCHICAE *Radix.*

Radix (ut omnes ex hacce familia stellatarum) rubro tingit colore.

Celebris olim contra Anginam (Cynanchem) hinc Cynanchica salutatur.

LVIII. GALIUM.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 162.

Calyx minimus quadridentatus, superus. *Corolla* monopetala, rotata, quadripartita, acuta;

tubo vix ullo. *Baccæ* ſiccæ duæ, globoſæ, coalitæ, glabræ aut hiſpidæ. *Semina* ſolitaria, reniformia, magna.

† *Fructu glabro.*

222. GALIUM *rubioides* foliis quaternis, lanceolato - ovatis æqualibus ſubtus ſcabris, caule erecto, fructibus glabris. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 152. — *Pollich. fl. pal. n.* 148. *Lamarck. Encylc.* 2. *p.* 576. — *Scopol. fl. Carn. n.* 146.

Galium *rubioides* caule erecto, foliis quaternis ovato - lanceolatis, rigidis trinerviis, margine nervisque hiſpidis. *Schrader. Spic. fl. germ. p.* 10.

Rubia quadrifolia glabra. *J. Bauh. hiſt.* 3. *p.* 717. *Icon. bona.*

Galium latifolium glabrum. *Bauh. prodr.* 146.

Germ. Labkraut mit Rötheartigen Blättern.

Gall. Gaillet a fevilles de Garance.

Hab. In Palatinatu circa *Lautern* in paſcuis ſiccis ac ſylvis; in pratis inter *Lambsheim* et *dem Holzhof* teſte *Pollichio*; in Sponhemia ni fallor in prato ſylvatico prope *Winningen* ad Moſellam vidi.

Flor. Julio, Auguſto. *Semina* Septembri maturat ♃

Radix repens, articulata, fibroſa, rubra. *Caulis* 6 - 8 uncialis, erectus, tetragonus, glabriusculus, ſetulis rariter præditus, ſimpliciuſculus, geniculatus: *geniculis* 9 - 11, unciam

dimidiam ad novem lineas a seinvicem distantibus, setulosis; a radice ad summitatem usque foliatus. *Folia* omnia constanter quaterna, ovato-latelanceolata, subsessilia, novem ad decem lineas longa, ultra tres lata, integerrima, patentia, plana, in singulo verticillo æqualia, glabra; trinervia: nervis marginibusque cumprimis setuloso-asperis. *Flores* ex axilla foliorum superiorum pedunculati: *Pedunculi* subtrifidi triflori, foliis duplo breviores. *Corollæ* ex pallide luteo-albidæ. *Fructus* glabri.

Nota. Minime confundendum cum Galio boreal a quo jam habitu longe alieno: Foliis in singulo verticillo æqualibus, quaternis, duplo latioribus nervisque tribus longitudinalibus, subtus setulosi scabris. Fructibusque glabris distinguitur.

Bauhini utriusque Synonyma allegata omnino huc pertinent ut ex herbario amicissimi Lachenalii certus factus sum, ubi manu C. Bauhin schedula adscripta.

223. Galium *palustre* foliis quaternis obovatis inæqualibus, caulibus diffusis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 153. — *Pollich. fl. pal. n.* 149.

Galium caule radicato, diffuso, foliis quaternis ovatis obtusis. *Hall. stirp. helv. n.* 719.

Galium palustre album. *Bauh. pin. p.* 334.

Cruciata palustris alba. *Tournef. inst.* 115. *Mapp. fl. Als. p.* 84.

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 423.

Germ. Sumpflabkraut.

Gall. Caille-lait ou Gaillet des marais.

Hab. Utrinque in humidis, aquosis, limosis

inundatis, lacubus exficcatis præfertim Rheno vicinis abunde.

r. Majo, Junio, Julio, Augufto. *Semina* Iulio, Septembri maturat. ♃

Radix repens, articulata, fibrofa. *Caules* pedales, debiles, procumbentes, demum :tiusculi, tetragoni, ad angulos retrorfum idi, ramofi, geniculati. *Folia* verticillata: riora quaterna, quina, quandoque fena, :riora fæpiffime quaterna, inæqualia, obta, patentia, fæpe recurva, margine retrorafpera, duobus oppofitis minora, fupreoppofita. *Flores* caulem ramosque termites, corymbofi, laxi. *Pedunculi* fæpe trifi- *Corollæ* niveæ, extus quandoque dilute vio- :æ. *Fructus* læves.

Differt ab affini Galio uliginofo: Foliis non :: Corollis minoribus. Fructibus lævibus, per em punctis elevatis non fcabris.

4. Galium *uliginosum* foliis fenis lanceolatis, retrorsum ferrato-aculeatis mucronatis, rigidis: corollis fructu majoribus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 153. — *Pollich. fl. pal. n.* 150.

Galium caule fubafpero, foliis fenis elliptico-lanceolatis, ariftatis. *Hall. ftirp. helv. n.* 713.

Galium album fupinum multicaule. *Mapp. fl. Alf. p.* 120. (exclufis fynonymis.)

Aparine paluftris minor parifienfis, flore albo. *Tournef. inft. p.* 114.

rm. Sumpf-Schlamm-Labkraut.

ll. Gaillet couché.

Hab. Utrinque in pratis paludosis, fossis aquaticis, locis uliginosis udis praesertim in Rheni vicinia copiose.

Flor. Junio, Julio, Augusto. *Semina* Augusto et Septembri maturat. ♃

Radix repens, fibrosa. *Caules* digitales, palmares, erectiusculi, saepe basi repentes, tetragoni, geniculati, angulis scabri, ramosi. *Folia* sena, lanceolata, apice aristato-mucronulata, basi retrorsum, versus apicem antrorsum setulis minutis scabra, patentia, saepe deorsum flexa, inferne ex glauco-viridia. *Flores* corymbosi, caulem ramosque terminantes, pedunculis brevibus, trifidis. *Corollae* albidae, *Fructus* glabri, per lentem punctis elevatis scabri.

Nota. Folia retrorsum aculeata dicit Linné, antrorsum observavit Hoffmann in Fl. Germ. p. 49. n. 5. in meis vero quotquot examinavi speciminibus, in quovis verticillo basi retrorsum, versus apicem vero antrorsum hispida: Fructus (per lentem) punctis elevatis scabri. Schrader. Spic. fl. germ. p. 17.

Idem vidi in speciminibus nostratibus.

225. Galium *spurium* foliis senis lanceolatis carinatis scabris retrorsum aculeatis, geniculis simplicibus, fructibus glabris. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 154. — *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 185.

Galium *spurium* foliis senis lanceolatis, margine carinaque retrorsum aculeatis, fructibus recurvatis subechinatis. *Schrad spic. fl. germ. p.* 18.

Galium foliis serratis, senatis, petiolis divaricatis, seminibus rugosis. *Hall. stirp helv. n.* 724.

Aparin

Aparine, ſemine minori. *Tournef. inſt.* 114. *Vaill. bot. pariſ.* 14. *t.* 4. *f.* 3. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 25.

Germ. Unächtes Labkraut.

Gall. Gaillet batard.

Hab. In cultis inter ſegetes paſſim. Circa *Carlsruhe* verſus *Beuertheim* in agris; inter ſegetes prope *Dachsland, Knielingen, Eckenſtein* et alibi. In Marggraviatu ſuperiore in agris glareoſis prope *Zinken* legit *Vulpius* circa Baſileam teſte *Hallero*. In Alſatia prope Argentinam inter ſegetes *in der Ruprechtsau*, et alibi.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Auguſto maturat. ⊙

Caulis pedalis et altior, quandoque minor, debilis, adſcendens, ſæpe proſtratus, ſimpliciusculus, tetragonus, geniculatus: *angulis* ſetis recurvis ſcabris præditus; interſtitia articulorum caulina æqualia, ſesquiuncialia ad biuncialia. *Folia* ſæpe ſeptena, hinc ſena, lanceolata, apice mucronata, margine et carina retrorſum ſetis ſcaberrima, ſemiunciam longa, lineam vix lata. *Bracteæ* binæ, oppoſitæ, lanceolatæ, erectæ, parvæ. *Flores* ex axillis foliorum pedunculati: *Pedunculi* ſolitarii binive, tetragoni, ſimplices, bifidive, apice fructibus maturis incurvati, longitudine foliorum. *Corollæ* albidæ. *Fructus* globoſi, nigricantes, per lentem rugulosi, maturitate ſere læves.

Nota. Non confundendum cum Valantia Aparine Linn. planta polygama, ad quam Tournefortii Vaillantii et Mappi Aparine ſemine lævi pertinet.

226. GALIUM *harcynicum* foliis subsenis obovatis acutis, caule procumbente, ramis confertis elongatis, pedunculis multifloris. *Weigel. obs. bot. p.* 25. — *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 179.

Galium *saxatile* foliis senis obovatis, obtusis, caule ramosissimo procumbente. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 154. — *Murr. prodr. Gött. p.* 44. — *Mœnch. fl. Hass. n.* 123. — *Wiggers. primit. fl. Holst. p.* 12.

Galium caule ramosissimo, foliis quinis obverse ovatis. *Hall. Gött. p.* 188. — *Rupp. fl. Jen: p.* 407.

Galium caule decumbente ramosissimo, foliis quinis, subrotundis lanceolatis, aristatis, petiolis ramosis. *Hall. stirp. helv. n.* 717.

Germ. Harzisches Labkraut.

Gall. Gaillet de Harz.

Hab. In montosis altioribus sylvaticis umbrosis: *auf dem Kaltenbrunn*, et *auf der Herrnwiese*, nec non *auf dem Blättie*; in Marggraviatu superiore in montis *Belchen* umbrosis legit *Vulpius*; prope Basileam in monte *Mürtschen* teste *Hallero.*

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ♃

Caules digitales, semipedales, vix longiores, decumbentes, diffusi, tetragoni, glabri, ramosi. *Rami* conferti, elongati, diffusi. *Folia* sena, sæpe quina, raro quaterna, inferiora obovata, apice mucronata, superioribus magis approximata, glabra, margine scabriuscula, sub-

qualia, 2-3 lineas longa, lineam lata; fupeiora lanceolata, verfus apicem latiora, infeioribus longiora et anguftiora. *Flores* caulem ramosque terminantes: *Pedunculi* trichotomi; floriferi erecti, fructiferi penduli. *Corollæ* albæ, refpectu plantulæ mediocres. *Fructus* fubglobofi, nigri, glabriusculi (per lentem) rugulofi.

Obf. Plantula ficcata maxime nigrefcit.

Individua hujus in Cataloniæ fubalpinis pyrenaicis lecta, neutiquam recedunt a noftratibus, nec Harcynica, aut Wetteravica ab amiciffimo Gærtnero lecta, et mihi benigne miffa.

Linnæus fub G. faxatili in Hifpania et Saxonia proveniente fine dubio noftram plantam comprehendebat; nec G. helveticum Weigelii quod hucusque in locis a Linnæo allegatis aut in alia germaniæ regione, vix repertum eft.

Nota. Specimina Galii helvetici foliis fenis ellipticis, pedunculis breviffimis unifloris. Hall. ftirp. helv. n. 718. in Helvetiæ alpinis rupeftribus lecta, fructibus femper præmagnis rugofis, per lentem fere echinatis, prædita funt. Specimina præterea ficcata, non nigrefcunt.

227. GALIUM *Bocconi* foliis fubfeptenis lineari-lanceolatis mucronatis fubafperis, caulibus proftratis quadrangulis, pedunculis fubtrichotomis.

Galium *Bocconi* caulibus proftratis diffufis, quadrangulis fubalatis ramofis, foliis fenis linearibus mucronatis fubafperis, pedunculis fubtrichotomis. *Jacqu. Coll.* 2. *p.* 11.

Galium *ciliatum* foliis fenis lanceolato-linearibus acutiffimis fubafperis ciliatis, caule angulofo. *Schranck. fl. Salisb. n.* 140.

Galium *asperum* foliis septenis cauleque inferne pubescentibus, paniculæ ramis strictis dichotomis. *Schreb. Spil. fl. Lipf. p. 3.*

Galium *sylvestre* foliis lineari-lanceolatis senis et novenis subasperis aristatis. *Pollich. fl. palat. n.* 151.

Galium caule angulofo, foliis fenis subaspe-ris aristatis. *Hall. stirp. helv. n.* 715.

Rubeola saxatilis alpina. *Boccon. Muf. t.* 101.

Germ. Bocconisches Labkraut.

Gall. Gaillet de Bocconé.

Hab. Hinc inde in montosis lapidosis, collibusque asperis ericetosis aridis, frequens. Prope *Baden* et *Lichtenthal*, in convallibus *im Bühlerthal*, in montosis *auf dem Staufenberg* prope *Durrbach* et alibi. In Marggraviatu superiore in collibus sylvaticis siccis *Rheinthal*. In Alsatiæ collibus prope *Brummat* et *Barr*. In Palatinatu circa *Lautern* abunde, teste *Pollichio*.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio maturat. ♃

Radix ramosa, fibrosa, lignosa. *Caules* palmares, pedales, quandoque altiores, adscendentes, erectiusculi, sæpe ad terram prostrati, tetragoni, striati, inferne plus minusve retrorsum pubescentes, superne glabri, ramosi. *Folia* caulina inferiora superioribus breviora, sublena, linearia, infra apicem latiora; superiora sena, septena ad novena, lineari-lanceolata, angustiora, 7-9 lineas longa, semilineam vix lata, apice omnia mucronulato-aristata, margine hispidula; summa quina, terna, bina, minora. *Flores* caulem ramosque terminantes, pedunculati. *Pedunculi* erecti, angulati, glabri,

ſuperne trifidi bifidique. *Corollæ* profunde quadripartiæ, patentes, albidæ, quandoque extus e fusco-rubellæ. *Fructus* ſubrotundi, glabri.

Obſ. Planta pro diverſo ſolo natali calidiore, alpino, montoſo, colliculoſo et demiſſiore, ſabuloſo ſiliceo, calcareo, gypſaceo, muriatico, argillaceo, aprico et umbroſo maxime variabilis et polymorpha. Sic in regionibus calidioribus Galliæ et Hiſpaniæ ſpecimina vidi erecta, adſcendentia, decumbentia et proſtrata, diffuſa, biuncialia, digitalia, palmaria, pedalia, immo altiora, mox fere tota glabra, viridia, alia cinerea, villoſa, alia fere argentea, glabriuscula, rigida; foliis ſenis, ſeptenis, lanceolatis, rectis, et ſubfalcatis.

Hic forſan pertinet Galium mucronatum, et G. provinciale. Lamarck. Encycl. 2. p. 581. ut et G. argenteum et G. aniſophyllum Villarſii fl. Delph. 2. p. 317. 318. et G. auſtriacum Jacqu. fl. auſtr. t. 80. quod Ill. Villarſius ad G. argenteum citat.

228. GALIUM *verum* foliis octonis linearibus, ſulcatis, ramis floriferis brevibus. *Linn. Sp. pl. p.* 155. — *Pollich. fl. palat. n.* 152.

Galium foliis linearibus perangustis, octonis, racemis multifloris, ſpicatis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 710.

Galium luteum. *Bauh. pin.* 335. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 121.

Galium primum. *Tabernæmont. hiſt. p.* 432. *Icon.*

β. Corollis pallide flavescentibus.

Gallium flore pallido. *J. Bauh. hiſt.* 3. *p.* 719.

Galium ſecundum. *Tabernæmont. hiſt. p.* 432. (Icon nulla, ſed deſciptio bona.)

Icon. α. *Curtis. fl. Lond.* — *Oeder. fl. Dan. t* 1146. — *Regnault. bot.* — *Blackw. herb. t.* 435. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 23.

Germ. Wahres Labkraut. Unser Frauen Bettstroh. Wegstroh. Megerkraut.

Gall. Caille lait. Gaillet jaune.

Hab. Utrinque ad agrorum margines, viarum versuras, in pratis, sepibus et collibus gramineis passim frequens. β. in pratis uliginosis, et sabulosis inundatis Rheno vicinis.

Flor. Junio, Julio, Augusto et Septembri. *Semina* Augusto, Octobri maturat. ♃

Radix descendens, filiformis, geniculata, fibrosa, extus purpureo-rubella. *Caulis* 1-2-3-4 pedalis, erectus, teretiusculus, quandoque obsolete tetragonus, durus, glabriusculus, ramosus, articulatus: articulis in infima parte caulis, maxime approximatis, elevatis. *Folia* caulina in quovis verticillo, 8-9-10-11-12; ramea 8-7-5, linearia, angusta, acuta, margine revoluta, subtus canaliculata, albido-tomentosa, integerrima, patenti-reflexa, 9-11 lineas longa. *Foliola* duo, minima, linearia, ad pedicellorum basin. *Flores* paniculati. *Panicula* terminalis, maxime composita, speciosa, erecto-incurvata, aurea. *Corollæ* numerosæ, radiato-stellatæ, nitidissimæ, saturate luteæ. *Antheræ* subglobosæ, pulchellæ, luteæ. *Stigmata* capitata. *Fructus* subrotundi, læves.

β. Memorabilis, ob Caulem subtomentosum, Folia justo latiora, inferne magis tomentosa, et ob Corollas semper pallide flavescentes, odorem peculiarem spargentes. Forsan non immerito propriam speciem constituit.

Pharm. α. GALII LUTEI *Summitates.*

Flores apibus mel et ceram largiuntur; cum alumine cocti, flavo colore tingunt.

Radix rubro colore tingit; offa etiam animalium eodem inficit. Steinmeyer. l. c. p. 20.

Flores et herba lac coagulant, caseumque dejiciunt; vis ista tam insignis adeo est, ut lac ex vaccis hoc Galio pastis, facilius coagulum ineat. Olaffen Reise durch Island. 2. p. 31. qua de caussa etiam ad caseos parandos adhibetur.

Contrarium observat Bergius Mat. Med. p. 64. „Flores recentes in lacte cocti, lac non coagulavere, quod experimentum ter repetii."

Folia amara, vermifuga, præstantissima contra convulsiones et Epilepsiam infantum. Villars. fl. Delph. 2. p. 329.

Summitates jam ab antiquissimis temporibus contra Epilepsiam adhibebantur. In infantum Epilepsia, nominatim succus florum expressus, ad cochleare unum datus, efficaciam exoptatam præstitit. Chomel. usuelles. 2. p. 24.

Planta in regionibus calidioribus, in Gallia meridionali, Hispania, præsertim in Catalonia, contra morbos convulsivos et Epilepsiam infantum, maxime usitata, efficacissima, apud nostrates, nimis neglecta.

Tota planta in aqua pro balneo decocta, contra crustam lacteam, quæ hinc inde olim die Megerey vocabatur, maxime in usu fuit; hinc adhuc hodie, apud mulierculas, Megerkraut vocatur. Tabernæmont. l. c. p. 434.

229. GALIUM *sylvaticum* foliis octonis lævibus, subtus scabris, floralibus binis, pedunculis capillaribus, caule lævi. *Linn. Sp. pl. p.* 155. — *Pollich. fl. pal. n.* 153.

Galium caule terete, foliis octonis ellipticis. *Hall. stirp. helv. n.* 712.

Galium montanum latifolium ramosum. *Tour.*

nef. inft. p. 115. — *Mapp. ft. Alf. p.* 120.

Mollugo montana latifolia ramofa. *Bauh. pin.* 334.

Rubia fylvatica lævis. *Bauh. hift.* 3. *p.* 716.

Germ. Wald-Labkraut. Grofser Waldmeifter.

Gall. Gaillet des bois.

Hab. Utrinque in fylvis et nemoribus demiffioribus, montofisque, frequens. Circa *Carlsruhe* in fylvatica parte *im Schlofs - und Fafanengarten* abunde. Amat fylvarum marginalia.

Flor. Junio, Julio, Augufto. *Semina* Augufto, Septembri maturat. ♃.

Radix fibrofa, fusco-flavicans. *Caulis* 2-3-4-5 pedalis, erectus, fubteres, ftriatus, glaber, rore glauco ut tota planta quafi adfperfus, geniculatus: *genicula* tumida, fubviolacea, maxime ramofus: *Rami* paniculato-dichotomi, erecti, capillares, tenues. *Folia caulina* in fingulo verticillo, 8-9-10, lanceolato-elliptico-plana, unciam ad quatuordecim lineas longa, tres ad quatuor lineas lata, lævia, inferne ex glauco-viridia, margine tantum fcabriuscula, apice mucronulata; *fuperiora* et *ramea inferiora* fena, quina; *fuprema* bina, oppofita, aut folitaria, minora. *Flores* caulem ramosque terminantes. *Corollæ* parvæ, albæ. *Fructus* parvus, læviusculus, per lentem rugulofus.

Herba pecoribus grata et conveniens.

Flores mella largiuntur apibus. Radix colore rubro tingit; nimis in tinctoria arte neglecta.

lota. Non confundenda in officinis pharmacevticis, cum Asperula odorata f. Hepatica ftellata, a qua diverfiffima.

30. Galium *Mollugo* foliis octonis ovato - linearibus fubferratis, patentiffimis, mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 155. — *Pollich. fl. palat. n.* 154.

Galium foliis octonis, ellipticis, caule angulato. *Hall. ftirp. helv. n.* 711.

Galium album vulgare. *Tournef. inft. p.* 115. — *Mapp. fl. Alf. p.* 120.

Mollugo montana anguftifolia ramofa, f. Gallium album latifolium. *Bauh. pin. p.* 334.

Mollugo I. *Tabernæmont. hift. p.* 434. *Icon. bona.*

on. Bulliard. herb. t. 283. — *Oeder fl. Dan. t.* 455.

erm. Weifses Labkraut.

all. Gaillet blanc.

ab. Utrinque in pratis ficcioribus, dumetis, fepibus, aggeribus, pomariis, vineiisque copiofe.

lor. Majo, Junio. *Semina* Julio, Augufto maturat. ♃

Radix repens, ramofa, fublignea, fibrofa, co - lutescens. *Caules* 2 - 3 - 4 pedales, ere-, debiles, tetragoni, glabri, quandoque pufcentes, geniculati, ramofi: *Rami* patentes, cidi, divifi. *Folia* caulina fuboctona; raa fubfena; fumma bina, oppofita, ovato - li-

-neari - lanceolata, acutiuscula, mucronulata, margine ſerrulata, ſcabriuscula, læte viridia, patentia, ſæpe recurva. *Flores* caulem ramosque terminantes, corymboſi. *Corymbi* triquinquefidi. *Corollæ* albæ. *Fructus* glabri, ruguloſi.

Pharm. GALII ALBI *Summitates.*

Radix rubro colore tingit, et hoc reſpectu, hucusque nimis neglecta eſt.

Herba cum alumine decocta, luteo et brunneo colore tingit.

Ex floribus apes mel colligunt.

Planta junior pecoribus acceptum pabulum præbet.

Vires antepilepticas inditas. Chomel. l. c. p. 25. affirmat.

231. GALIUM *campanulatum* caule erecto, tereti, foliis ſubtus canaliculatis, octonis, corollis campanulatis. *Villars. fl. Delph.* 2. *p.* 326. *n.* 15.

Galium *montanum* caule recto, foliis octonis, ſubtus canaliculatis, petiolis multifloris umbellatis. *Pollich. fl. palat. n.* 155. *Hall. ſtirp. helv. n.* 714.

Galium *glaucum. Allion. fl. pedemont.* 1. *p.* 7.

Galium montanum altiſſimum, foliis anguſtis albicantibus. *Rupp. fl. Jen.* 5.

Galium caule erecto, foliis ſenis inferne canaliculatis. *Zinn. cat. p,* 231. — *Murr. prodr. ſtirp. p.* 44.

Icon. Jacqu. fl. Auſtr. t. 81.

Germ. Glockenartiges Labkraut. Berg-Labkraut.

all. *Gaillet campanulé.*

ab. In Marggraviatus superioris collibus asperis lapidosis, prope *Kembs* ad summas rupes prope *Istein* teste *Stähelino*. In Principatus superioris vicinia, in monte ad Castellum *Hohentwyl* nec non *auf Hohenegen* prope *Engen* frequens nuperrime vidi. — In Palatinatu: in vinearum collibus siccis, prope *Dürckheim*; in monte *Oppenheimensi* cui arx inædificata, teste *Pollichio*.

Flor. Majo, Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ♃

Caulis 2-3 pedalis, erectus, teretiusculus, seu maxime obsolete tetrangulus, striatus, glaber, articulatus: articulis incrassatis, violaceo-purpurascentibus, ramosus. *Rami* oppositi, inferiores patentes, foliosi, substeriles; superiores erecti, paniculato-trichotomi, nudiusculi. *Folia* caulina inferiora suboctona, linearia, angusta, 9-10 lineas longa, lineam dimidiam vix lata, inferne canaliculata, glauca, superne saturate viridia, glabra, apice mucronulata, patentia; superiora rameaque sena, inferioribus similia, sed breviora. *Foliola* sub pedicellis bina, opposita, setacea, apice membranacea, albida. *Flores* terminales, exacte trichotomi, erecti. *Corollæ* majusculæ, semiquadrifidæ, campanulatæ, albæ. *Fructus* bini, oblongi, glabri.

Nota. Linnæus sine dubio sub Galio glauco hanc plantam comprehendebat, quanquam ejus synonyma, ad Galium montanum citata, ad G. glaucum L. pertineant.

Galium saxatile glauco folio. Boccone mus. 2. p. 172. t. 116. ut et Galium foliis octonis, supremis lanceolatis, floribus in summa planta fasciculatis. Hall. stirp. helv. n. 716. minime ad nostram plantam pertinent.

Individuum ab Jll. Jacquino l. c. exhibitum, justo in omnibus partibus majus, nescio an in horto cultum.

Ob corollas campanulatas, quibus ab omnibus reliquis speciebus facile dignoscitur, Villarsii nomen prætuli.

232. GALIUM *rubrum* foliis verticillatis linearibus patentibus, pedunculis brevissimis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 155. — *Pollich. fl. pal. n.* 156.

Galium *rubrum* foliis subsenis linearibus angustis margine scabris, caule tereti, superne paniculato, pedunculis unifloris. *Lamarck. Encycl.* 2. *p.* 582.

Galium rubrum. *Bauh. pin.* 335. — *Moris. hist.* 3. *p.* 332. *Sect.* 9. *tab.* 22. *fig.* 3.

Galium flore rubro Sprengerianum. *Joh. Bauh. hist.* 3. *p.* 721.

Galium rubro flore. *Clus. hist.* 2. *p.* 175.

Germ. Rothes Labkraut.

Gall. Gaillet rouge.

Hab. Rarissima planta in Palatinatu retro *Kirchheim* in agris, inter *Gasum* et *Stetten* teste *Pollichio.*

Flor. Julio et Augusto. *Semina* Septembri maturat. ♃

Radix tenuis, fibrosa. *Caules* decumbentes, tetragoni, tenues, ubique a spinulis scabri, palmares, aut pedales fere, geniculati, ramosi. *Folia* stellata, in caule sex, septem, in ramis quatuor, quinque, ad singulum geniculum, sessilia sunt, deflexa, lanceolata, integer-

ima, obſcure viridia, glabra, margine e ſpi-
ulis ſcaberrima, apice in ſpinulam parvam ter-
ninantur, tres fere lineas longa, dimidiam li-
eam lata; ſumma oppoſita ſunt. *Flores* valde
uſilli, quadrifidi, tubo carentes, pallide pur-
urascentes, ad caulis ramorumque apicem
aniculatim diſponuntur. *Germina* ac ſemina
labra. Sic *Jll. Pollich. l. c.*

Nota. Plantam a Pollichio deſcriptam non vidi, hinc affirmare non auſim, verum eſſe G. rubrum Linn. in regionibus calidioribus Italiæ et Galliæ proveniens; ſed ſic omnino videtur.

†† *Fructu hiſpido.*

33. GALIUM *boreale* foliis quaternis lanceolatis trinerviis, glabris, ſeminibus hiſpidis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 156. — *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 186. — *Hall. ſtirp. helv. n.* 722.

Galium *boreale* caule erecto, foliis quaternis ovato-lanceolatis, trinerviis, margine carinaque hiſpidis. *Schrad. Spic. fl. germ. p.* 18.

Rubia pratenſis lævis acuto folio. *C. Bauh. pin.* 333. *prodr. p.* 145.

Rubia erecta quadrifolia. *Joh. Bauh. hiſt.* 3. *p.* 716. *Icon.*

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 1024.

Germ. Nordiſches Labkraut.

Gall. Gaillet boreale.

Hab. In pratis montoſis humidis ſylvaticis prope *Baden*, *Gernsbach*, et *auf der Herrnwieſe.*

Flor. Junio, Julio, Augusto. *Semina* Augusto et Septembri maturat. ♃

Caulis pedalis et altior, erectus, firmus, tetragonus, glabriusculus: angulis elevatis rariter hispidulis; superne ramosus. *Rami* patenti-erecti, tetragoni. *Folia* in singulo verticillo quaterna, late-lanceolata, apice obtusa, mutica, glabra, trinervia, carina et margine tantum hispidula, bina in verticillo opposita, reliquis duobus duplo latiora, unciam longa, in parte latiori tres lineas lata, patentia, margine subreflexa; ramea suprema bina, opposita, elliptica, minora. *Flores* caulem ramosque terminantes, pedicelli subtrifidi. *Corollæ* quadripartitæ, patentes, albidæ. *Fructus* hispidi.

Obs. Specimina hujus fere bipedalia speciosa, legi ad Thermas Carolinas Bohemiæ; minora digitalia, vix palmaria, ad Thermas a Bernet de Conflant, infra montem Canigou in Pyrenæis.

Planta in horto culta, foliis angustioribus, et fructubus minus hispidis prædita est.

234. GALIUM *rotundifolium* foliis quaternis ovatis, aculeato-ciliatis, seminibus hispidis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 156.

α. Foliis ellipticis obsolete trinerviis, margine setuloso-ciliatis, minoribus, seminibus hispidis.

Galium *rotundifolium. Jacqu. fl. Austr.* 1. *p.* 59. *t.* 94. optima!

Galium foliis quaternis, petiolis longissimis, brachiatis, seminibus hirsutis. *Hall. stirp. helv. n.* 727.

Cruciata floribus paniculatim nascentibus. *Tournef. inst.* 115. — *Mapp. fl. Alf. p.* 84.

Cruciata minor glabra, flore molluginis albo. *Barrel. Icon.* 323. (bona, femina hispida expreſſa.)

Rubia quadrifolia rotunda lævis. *Bauh. pin.* 334. *prodr.* 145.

Rubia quadrifolia ſemine duplici hiſpido. *Joh. Bauh. hiſt.* 3. *p.* 718. — *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 329. *Sect.* 9. *tab.* 21. *fig.* 4.

β. Foliis quaternis, ovali-rotundis, obtuſiſſimis, trinerviis, duplo latioribus aculeato-ciliatis, ſeminibus hiſpidis.

Cruciata pyrenaica, villoſa, rotundifolia? *Tourneſ. inſt. p.* 115.

Cruciata major villoſa, flore molluginis albo *Barrel. Icon.* 324. (ſatis bona, ſemina hiſpida expreſſa.)

Rubia ſemine duplici, hiſpido, latis et hirſutis foliis. *Boccon. t.* 6. *f.* 1. — *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 329. *Sect.* 9. *t.* 21. *f.* 5.

Germ. Rundblättriges Labkraut.

Gall. Gaillet a fevilles rondes.

Hab. α. Inter *Carlsruhe* et *Mühlburg* in Pinetis umbroſis non infrequens; in montoſis ſylvaticis *auf dem Kaltenbrunn*, et retro *Herrnalb*; in Marggraviatu ſuperiore circa *Badenweiler*, retro metallifodinam *Carlsſtollen*, et prope *Schweighof* ad pratorum marginalia ſylvatica umbroſa, humida. In Alſatia circa Argentinam in pratis ſylvaticis udis paludoſis prope *Oſswald*; in monte *Roſsberg* prope *Maſsmünſter* teſte *J. Bauhino*. β. In Alſatia *auf dem Hochgebirg* retro *Rappoltsweihr*, et ſupra *Duſenbach* teſte *Mappo*.

Flor. α. Junio, Julio. β. Julio, et Augusto. Semina Augusto et Septembri maturat. ♃

α. *Caules* ex radice plures palmares, quandoque altiores, basi decumbentes, erecti, tetragoni, simpliciusculi, inferne setulis pellucidis, raris, deorsum sitis, præditi, superne glabriusculi. *Folia* quaterna, brevissime petiolata, (ut fere sessilia) elliptica, apice mucrone brevi munita, obsolete trinervia, margine setuloso-ciliata, aspera, tres ad quinque lineas longa, binas ad tres lineas lata. *Flores* terminales. *Pedunculi* solitarii, binive, superne subtrifidi. *Pedicelli* subbifidi, uniflori. *Corollæ* quadripartitæ, parvæ, albæ. *Fructus* subrotundi, pilis longis, albis, uncinatis, hispidissimi.

β. Præcedenti simillima, a qua recedit *Ramis* ex suprema foliorum axilla binis, oppositis, patentibus, divaricatis, simplicissimis, sæpissime sterilibus. *Foliis* rotundato-ovalibus, manifeste trinerviis, margine nervisque setoso-aculeato-scabris, majoribus, quinque ad sex lineas longis, quatuor fere lineas latis. *Fructibus* majusculis, iisdem pilis longis, albis, uncinatis, hispidissimis.

Nota. Dum hæc scribo, ante oculos habeo, plantulas α, et β, nec non tertiam, et quidem rarissimam: Asperulam lævigatam, quæ minime pro eadem habenda, cum prioris variatione α.

Asperula lævigata, abs me in Cataloniæ monte Serrato (Mont Serrat) amoenissimo naturæ miraculo, fructibus maturis lecta. Differt a Galio rotundifolio α, primo aspectu affini: Caulibus altioribus, pedalibus et longioribus, utrinque glabris, superne magis ramosis, subdichotomis. Foliis quaternis, ovali-lanceolatis, in petiolum decurrentibus mediocrem, (non trinerviis) glabris, margine setulis

brevis

brevissimis, asperis, quatuor ad quinque lineas longis, sesquilineam latis, saturatius viridibus. Floribus caulem ramosque terminantibus. Pedunculis trifidis, rectis. Pedicellis brevibus, unifloris. Bractea ad eorum basin solitaria, setacea, recta, longitudine fere pedicellorum. Corollis majoribus, tubuloso-campanulatis, quadrifidis albis. Fructubus semper nudis! (per lentem) punctis subelevatis, scabris, nec pilis albis, uncinatis, hispidis!

Hanc omnino sub prædicto nomine Linnæus in Mantissa 38. et 330. describit, quanquam Synonyma Bauhinorum, Morisonii, Barrelieri a Linnæo, Reichardo, Lamarckio aliisque ad Asperulam lævigatam citata, minime huc, sed ad variationem α, nostram Galii rotundifolii pertineant.

Obs. Asperula lævigata, ex seminibus é loco citato allatis, culta, jam per plures annos cum Galio rotundifolio α, constantissima permansit.

Pharm. *Galii rotundifolii Herba.*

235. Galium *Aparine* foliis octonis, lanceolatis, carinatis, scabris, retrorsum aculeatis, geniculis villosis, fructu hispido. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 157. — *Pollich. fl. pal.* *n.* 157.

Galium caule serrato, foliis linearibus lanceolatis, serratis, petiolis unifloris. *Hall. stirp. helv. n.* 723.

Aparine vulgaris. *C. Bauh. pin. p.* 334. — *Mapp. fl. Als. p.* 25.

Icon. *Curtis. fl. Lond.* — *Oeder. fl. Dan. t.* 495. *Bulliard. herb. t.* 315. — *Blackw. herb. t.* 39.

Germ. *Klebkraut. Kleber. Zaunreis. Nabelsamenkraut.*

Gall. *Gaillet accrochant. Grateron.*

Angl. *Goose-grass.*

Hab. Utrinque in agris, sepibus, cultis, pomariis, hortis frequens.

Flor. Junio, Julio et Augusto. *Semina* Augusto et Septembri maturat. ⊙

Radix fibrosa. *Caulis* 2-3-4 pedalis et altior, infirmus, erectiusculus, tetragonus, retrorsum setosus, scaberrimus, ramosus, geniculatus. *Genicula* tumida, basi villoso, setulosa, *Folia* sena, septena, sæpe octona, lanceolato-linearia, apice mucronata, supra scabra, margine et carina retrorsum setuloso-scaberrima, vestibus transeuntium adhærentia. *Flores* caulem ramosque terminantes. *Pedunculi* divisi, subdichotomi. *Bracteæ* lanceolatæ, ad pedunculorum basin. *Corollæ* parvæ, albidæ. *Fructus* globosi, pilis uncinatis, validis, hispidi.

Pharm. *Aparines Herba.*

Radix rubro colore tingit. Flores apibus mella largiuntur.

Rami Suecis filtri loco ad lac colandum inserviunt. Linn. Fl. Suec. p. 45.

Herba anseribus junioribus exoptatissima, pergratum pabulum præbet.

Semina pro potu Caffeæ a quibusdam commendantur.

Planta succulenta, amaricans, detergens. Contritam et axungia exceptam, externa applicatione strumas discutere, jam annotavit Dioscorides. mat. med. libr. 3. cap. 104. ejus vis in Italia, contra scrophulosos tumores tam clausos quem apertos (butyro fervente macerata planta) confirmata. Gaspari osservationi storiche, mediche etc. 1731. p. 17. sq.

Hodie contra scorbutum, maxime celebratus est succus expressus. Medical and philosophical

Commentaries Vol. 5. p. 320. ſq. — Edwards Treatiſe on the Gooſe-Graſs or Clivers and its effieacy in the cure of the moſt inveterate Scuroy. Lond. 8.

Planta vulgatiſſima, certe hodie in medicina a noſtratibus nimis neglecta.

LIX. RUBIA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 164.

Calyx minimus, quadridentatus, ſuperus. *Corolla* monopetala, rotato-campanulata, quadri aut quinquepartita, absque tubo. *Stamina* quatuor, quandoque quinque. *Baccæ* duæ ſiccæ, coalitæ, glabræ. *Semina* ſolitaria, ſubrotunda, umbilicata.

236. RUBIA *tinctorum* foliis ſubſenis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 158. — *Pollich. ſl. pal. n.* 158.

Rubia foliis ellipticis, aſperis, quinis ſenisque. *Hall. ſtirp. helv. n.* 708.

Rubia ſylveſtris monſpeſſulana major. *Joh. Bauh. hiſt.* 3. *p.* 715. — *Mapp. ſl. Alſ.* 271.

Icon. Regnault. bot. — *Blackw. herb. t.* 326. *Schkuhr. bot. Handb. t.* 23.

Germ. Färberröthe. Krapp.

Gall. Garance des Teinturiers.

Hab. Hinc inde ad ſepes, vias, ad agrorum marginalia dumetosa, quaſi ſpontanea. Colitur hinc inde, præcipue circa *Rintheim, Durlach, Berghauſen, Wülſerdingen, Königsbach* et alibi abunde.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augufto maturat.

Radix cylindrica, teres, craffitie pennæ anferinæ, ramofa, profunde fub terra repens, geniculata, extus dilute fanguinea, intus ex rubro fusca, fibra centrali medullata; annofior fæpe in centro fusco-nigricans, aut exefa, perforata. *Caulis* 2-3-pedalis et longior, diffufus, angulatus, ramofus, geniculatus, fpinulis recurvis præditus. *Folia* in fingulo verticillo fena, quina, quaterna, ovato-lanceolata, ciliata, margine et carina aculeis recurvis munita, dura. *Corollæ* parvæ, 4-5-6 partitæ, pallide luteæ. *Stamina* 4-5.

Pharm. RUBIÆ TINCTORUM *Radix*.

Ex floribus apes mella legunt.

Radix in arte tinctoria notiffima. quare ejus cultura maxime hinc inde commendatur; faltem apud nos in regionibus allegatis, nulla, inter omnes plantas quas ager fert, rufticos magis ditat. Ejus introductionem et propagationem debent noftrates immortali Principi: patriæ matri CAROLINÆ LUISÆ Marchioni Badenfi.

Jll. Pallas modum, quo orientales gentes, goffypium, five fic dicta fila Turcica (Türkifches Garn) ope radicis Rubiæ tinctorum, nominatim Aftrachani parant, accurate exponit in neuen Nord. Beytr. 1. p. 109. fq.

Vim Rubiæ offa animalium viventium tingendi, primus obfervavit Mizaldus. ej. Memorab. util ac jucunda. Cent. 7. aph. 91. Lutet. 1566. in ovibus Rubia paftis. Anno autem 1735. vis ea innotuit Chirurgo Joh. Belchier, apud impreflorem telæ bombycinæ, qui fues cum furfuribus, ad pannos abftergendos adhibitis enutriverat.

Sunt qui multum fibi promittunt de Rubia tinctorum, in morbis offium, fed experimenta indubitata adhuc defunt Nec dixero, quid fperandum; namque offa, Rubia tincta, magis quam alia fragilia funt, et callus in offe femoris fracto generatus, amplus, fpongiofus et inæqualis fuit, columbis Rubia enutritis, dum e contra-

rio callus optime fuit notæ, aliarum columbarum, eodem tempore experimentis ſubjectarum, quas farina e frumento nutriverat Duhamel. — conf. Bergii mat. med. 68.

Certe animalia fere cuncta, a ſumta Rubia largiori doſi contabuerunt, plurimaque perierunt.

Decoctum Rubiæ pluribus cum felici ſucceſſu in Tuſſi chronica, Ictero, Vomitu, dedit Cl. Marx. Obſ. med. Berol. 1772. p. 27. ſq.

LX. PLANTAGO.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 186.

Calyx quadrifidus, erectus, breviſſimus, perſiſtens. *Corolla* monopetala, perſiſtens, tabeſcens. *Tubus* cylindraceo-globoſus. *Limbus* quadrifidus, reflexus. Laciniæ ovatæ, acutæ. *Capſula* ovata, bilocularis, circumſciſſa, diſſepimento libero. *Semina* oblonga.

237. PLANTAGO *major* foliis ovatis glabris, ſcapo tereti, ſpica floſculis imbricatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 163. — *Pollich. fl. pal. n.* 159.

Plantago foliis petiolatis, ovatis, glabris, ſpica cylindrica. *Hall. ſtirp. helv. n.* 660.

Plantago latifolia ſinuata. *Bauh. pin. p.* 189. *Mapp. fl. Alſ. p.* 242.

Plantago major. *Tabernæmont. hiſt. p.* 1107. *Icon.*

Icon. Curtis. fl. Lond. — Oeder. fl. Dan. t. 461. — *Regnault. bot. — Blackw. herb. t.* 35. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 23. *n.* 251.

Germ. Groſser breiter Wegerich.

Gall. *Grand Plantain.*

Hab. Utrinque in cultis ad vias, in pratis, pomariis, vineis, hortis, frequens.

Flor. Majo, Junio, Julio. *Semina* Julio et Augusto maturat. ♃

Radix subturbinata, crassiuscula, apice lanata, utrinque extus ferrugineo tomento, fibris filiformibus, descendentibus, glabris, obsessa, intus subcarnosa, albida, centro medullari orbiculato, variegato. *Folia* omnia radicalia, ovata, obtusa, in petiolum decurrentia, integriuscula, aut remote dentata, glabra, 7-11 nervia, nervis quinque, reliquis magis elevatis, subhirsutis. *Scapi* ex eadem radice plurimi, adscendentes, erecti, teretes, simplicissimi, nudi, subpubescentes, foliis multo longiores. *Spica* terminalis, cylindrica, floribus undique imbricata, 3-4-5 uncias longa. *Bracteæ* solitariæ, ovatæ, concavæ, obtusæ, carinatæ, margine membranaceæ, albidæ, adpressæ, calyce breviores. *Filamenta* capillaria, corolla longiora, exstantia. *Capsula* polysperma.

Variat. *Spica* multiplici. *Foliis* dentato-sinuatis, præsertim in regionibus succulentis, sylvaticis.

Pharm. PLANTAGINIS LATIFOLIÆ *Folia;* *Radix;* *Semen.*

Planta ob folia magna, terræ fere incumbentia, pratis ob suffocationem graminum noxia.

Flores apibus mella ceramque largiuntur.

Semina fringillis gratum pabulum præbent.

Foliorum succus omnino ad vulneraria non contemnenda pertinet; in ictu apium vesparumve, externe subito applicatus, magnum solamen.

Adversus vomitum et exspuitionem sanguinis, nul-

lati certius et præfentius remedium, pronunciat Boyle de util. phil. nat. 2. p. 150.

238. PLANTAGO *media* foliis ovato-lanceolatis pubescentibus, fpica cylindrica, fcapo tereti. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 163. — *Pollich. fl. pal. n.* 160.

Plantago foliis fubhirfutis, ellipticis, fpica cylindrica denfa. *Hall. ftirp. helv. n.* 659.

Plantago latifolia hirfuta minor. *Bauh. pin.* 189. — *Mapp. fl. Alf. p.* 242.

Plantago minor Diofcoridis. *Tabernæmont. hift. p.* 1107.

β. Plantago latifolia, glabra minor. *Bauh. pin.* 189. — *Mapp. fl. Alf. p.* 242.

Plantago minor Diofcoridis. *Tabernæmont. hift. p.* 1107. *Icon.*

Icon. Curtis. fl. Lond. t. 252. — *Oeder. fl. Dan. t.* 581.

Germ. Mittelwegerich. Kleiner breiter Wegerich.

Gall. Plantain moyen.

Hab. Utrinque in aggeribus, pratis ficcioribus, pafcuis, cultis, ad vias frequens.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio, Augufto maturat. ♃

Affinis præcedenti. Diftinguitur: *Foliis* minoribus, brevius petiolatis, quinquenerviis, fubrugofis, integris, utrinque pubescentibus. *Spica* denfiore. *Filamentis* fublongioribus. *Capfulis* fubdifpermis.

Pharm. PLANTAGINIS MEDIÆ *Folia; Radix; Semen.*

Qualitates præcedentis possidet.

Ob nimiam sæpe abundantiam, in pratis maxime noxia.

239. PLANTAGO *lanceolata* foliis lanceolatis; spica subovata, nuda; scapo angulato. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 164. — *Pollich. fl. pal. n.* 161.

Plantago foliis lanceolatis; quinquenerviis, scapo nudo, spica ovata. *Hall. stirp. helv. n.* 656.

Plantago angustifolia major. *Bauh. pin. p.* 189. — *Mapp. fl. Als. p.* 243.

Plantago lanceolata. *Tabernæmont. hist. p.* 1111. *Icon.*

β. Plantago angustifolia minor. *Tabernæmont. hist. p.* 1107. *Icon.* — *Mapp. fl. Als. p.* 243.

γ. Plantago trinervia folio angustissimo. *C. Bauh. pin.* 189. — *Mapp. fl. Als. p.* 242.

Icon. α. *Curtis. fl. Lond.* — *Oeder. fl. Dan. t.* 437.

Germ. *Spitzer Wegerich. Schmaler Wegerich.*

Gall. *Plantain étroit.*

Hab. Utrinque in pratis, cultis, hortis, vineis, ad vias copiose.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio, Augusto maturat. ♃

Radix præmorsa. *Folia* radicalia lanceo-

ta, in petiolum decurrentia, septemnervia, bhirsuta, margine denticulis exiguis prædita. capi ex una radice plures, palmares, pedales, t altiores, erecti, sulcato - angulosi, villosi-sculi. *Spica* terminalis, ovata, densa, unciam re longa.

Pharm. PLANTAGINIS ANGUSTIFOLIÆ *Folia; Radix; Semen.*

Qualitates habet medicas præcedentium.

Flores apibus mella et ceram largiuntur.

Gratum pecoribus pabulum præbet.

Nota. PLANTAGO (maritima) foliis semicylindraceis integerrimis basi lanatis, scapo tereti. Linn. Sp. pl. 1. p. 165. Pollich. fl. pal. n. 162. ad salinas Naunheimenses per Dillenium Pollichium et Gærtnerum observata, hucusque apud nos non detecta est; amat terram muriaticam, salinas et forsan prope Bruchsal aut Wimpfen venit.

LXI. CENTUNCULUS.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 189.

Calyx quadrifidus, persistens, patens: laciniis acutis, lanceolatis, corolla longioribus. *Corolla* monopetala, rotata. *Tubus* subglobosus. *Limbus* quadrifidus, planus, laciniis subratis. *Capsula* globosa, unilocularis, circumscissa. *Semina* plurima, subrotunda, minima.

40. CENTUNCULUS *minimus* foliis alternis ovatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 169. — *Pollich. fl. pal. n.* 163. — *Hall. stirp. helv. n.* 627. — *Dill. Giss.* 161. *gen.* 3. — *Eph. N. C.* 5. *app.* 92. *T.* 10. *f.* 31.

Anagallis palustris minima foliis rotundis alternatis. *Mapp. fl. Alſ. p.* 22. — *Vail. bot. pariſ. p.* 12. *tab.* 4. *fig.* 2.

Anagallidiastrum exiguum foliis lanceolatis alternis. *Mich. nov. gen. p.* 14. *t.* 18.

Icon. *Curtis. fl. Lond. t.* 185. — *Oeder. fl. Dan. t.* 177. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 24. *n.* 361.

Germ. *Centunkel.*

Gall. *Centenille baſſete.*

Hab. In locis arenoſis demiſſioribus, humidis, ſubudis, inter *Carlsruhe* et *Rintheim* ad viam *im Hardtwald* cum Lindernia frequens ad ſcrobium aqua repletorum marginalia nec non prope *Rintheim am Entenfang*; prope *Dachsland* in arenoſis *gegen der Federbach* cum Elatine hydropipere perraro. In Marggraviatu ſuperiore in ſylva *Wolfacker* prope *Müllheim* legit *Vulpius*; prope Baſileam circa Domum rubram legit *Lachenal* et *auf dem Bruderholz* abunde teſte *Zeyhero*; in Alſatia: *im Bewald* circa ſcrobium margines teſte *Mappo*. In Palatinatu circa *Lautern* in pratis arenoſis, paſcuis tenui gramine veſtitis, in pratis ſiccis, prope das *Thierhäuschen* cum Lino Radiola et aliis teſte *Pollichio*.

Flor. Junio, Julio, Auguſto *Semina* maturat. ⊙

Caulis 1 - 2 - 3 uncialis, erectus, teres, tenuis, glaber, ſimplex, raro alterne ramoſus. *Folia* alterna, ſeſſilia, ovata, acuta, integra, glabra, lineam ad ſesquilineam longa. *Flores* in alis foliorum ſubſeſſiles, ſolitarii. *Corollæ* exiguæ, albidæ, pellucidæ. *Capſula* matura ſatis magna, rubella.

Nota. Plantula omnium nostratium fere minutissima, apud nos semper fere Linderniam pro sociam habet. Ne confundas cum Peplis minoribus individuis, quæ foliis obtusis nec acutis instructa.

LXII. SANGUISORBA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 189.

Calyx diphyllus: foliolis oppositis, brevissimis, caducis. *Corolla* monopetala, rotata, quadripartita: laciniis ovatis, obtusis, unguibus cohærentibus. *Capsula* bilocularis, parva. *Semina* minuta.

241. SANGUISORBA *officinalis* spicis ovatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 169. — *Pollich. fl. pal. n.* 164.

Pimpinella tetrastemon spica brevi. *Hall. stirp. helv. n.* 705.

Pimpinella sanguisorba major. *Bauh. pin.* 160. — *Mapp. fl. Alf. p.* 239.

Sanguisorba major. *Tabernæmont. hist. p.* 316. *Icon.*

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 97. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 24. *n.* 261.

Germ. Wiesenknopf. Falsche Bibernelle. Blutkraut.

Gall. Grande Pimprenelle.

Angl. Great-Burnet. Meadow Sanguisorba.

Hab. Utrinque in pratis udis humidis, demissioribus, Rheno vicinis, et montosis sylvaticis. Circa *Carlsruhe* in pratis versus *Beuertheim* frequens.

Flor. Junio, Julio, Augusto. *Semina* Augusto et Septembri maturat. ♃

Radix ramosa, fibrosa, sublignea, fusco-rubella. *Caulis* 3-4 pedalis et altior, erectus, subangulatus, striatus, glaber, sæpe è fusco rubellus, ramosus. *Rami* alterni, erecti. *Folia* alterna, petiolata, pinnata cum impari. *Foliolis* pedicellatis, oppositis, cordato-ovatis, obtusis, acute serratis, glabris, reticulatis, firmis, basi sæpe foliolis minoribus auctis. *Spicæ* solitariæ, caulem ramosque terminantes, ovato-cylindricæ, erectæ, e rubello fuscæ. *Flores* dense imbricati, sessiles.

Pharm. PIMPINELLÆ ITALICÆ *Radix.*

Herba pabulum durum pecoribus ingratum præbet. Flores mella apibus largiuntur.

Radix hodie in medicina fere exoleta, adstringens, ad coria paranda idonea.

Obs. Radix et Herba contra morbum perniciosum mucosum: (den auswerfenden Wurm) equorum, certum et probatum remedium, hinc olim Wurmwurz vocabatur; tanquam peculiare arcanum in hoc morbo veterinarius Caroli quinti habuit, qui Tabernæmontano idem communicavit, et Tabernæmontanus sui temporis expertissimus medicus, ex repetita experientia, comprobatissimum declaravit! Tabernæmont, l. c. p. 318.

Nota. Non confundenda cum Poterio Sanguisorba, Linn. quæ planta officinis dat Pimpinellæ Italicæ s. Pimpinellæ minoris Herbam: multo minus cum planta umbellifera: Pimpinella Saxifraga Linn. quæ exhibet Pimpinellæ albæ Radicem.

LXIII. CORNUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 194.

Calyx Involucrum sæpius tetraphyllum, multiflorum: *Foliolis* ovatis, oppositis, minoribus,

loratis, deciduis. *Calyx* minimus, quadridentus, ſuperus, deciduus. *Corolla* petala quaior, oblonga, acuta, plana, involucro miora. *Drupa* elliptica, aut ſubrotunda, umbicata. *Nux* oblonga, ſeu cordata, bilocularis.

42. CORNUS *mascula* arborea, umbellis involucrum æquantibus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 171. — *Hall. ſtirp helv. n.* 815.

Cornus ſylveſtris mas. *C. Bauh. pin. p.* 447. *Mapp. ſl. Alſ. p.* 81.

Cornus mas. *Tabernæmont. hiſt. p.* 1459. *Icon.*

Icon. l'Heritier. Corn. n. 4. — *Pfleger. arb. et frut. Badenſes pict.* — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 24. — *Blackw. herb. t.* 121.

Germ. Kornelbaum. Dürlizen. Dürlebaum. Carniolen.

Gall. Male Cornel. Cornoviller. Cornier ſauvage.

Hab. Hinc inde in ſepibus, circa pagos paſſim, forſan exoticæ originis. Circa Argentinam *in dem Jllkircher Wald* ubi ſatis proceræ arbores.

Flor. Februario, Martio. Septembri *Fructus* maturat. ♄

Frutex et ſæpe *Arbos* mediocris. *Folia* oppoſita, petiolata, ovata, acuminata, integra. *Flores* ante folia erumpentes, flavi, umbellati, pedunculati, Involucrum æquantes, aut vix ſuperantes. *Drupa* elliptica, cinnabarina, nitida. *Nucleus* oblongus.

Nota. Numerus sæpe quinarius in Calyce, corolla et circa Stamina est.

Hortorum et sepium ornamentum.

Flores primo vere primarii, magnam mellis et ceræ copiam, apibus præbent.

Fructus immaturi maxime acerbi, adstringentes; maturi molles, dulces, sapidi, edules, sacchari conditi, in dulciaria recipiuntur; fermentati, spiritum præbent.

Folia juniora, bene in umbra siccata, Theæ substituuntur, et pergrata habentur.

Lignum durum, tenax, albidum, tornatoribus et lignifabris acceptum.

Cortex pro coriis parandis inservit.

243. CORNUS *sanguinea* arborea, cymis nudis, ramis rectis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 171. — *Pollich. fl. pal. n.* 166. — *Hall. stirp. helv. n.* 816.

Cornus femina. *C. Bauh. pin.* 447. — *Tabernœmont. p.* 1459. *Icon.* — *Mapp. fl. Alſ. p.* 81.

Virga sanguinea. *Dodon. pempt.* 782.

Icon. l'Heritier. Corn. n. 5. — *Pfleger. arb. et frut. Badenſ. pict.* — *Oeder. fl. Dan. t.* 481.

Germ. Wilder Kornelbaum. Rother Hartriegel. Hundbeerſtrauch. Schieſsbeerholz.

Gall. Sanquin. Cornoviller ſauvage.

Hab. Utrinque in sepibus, dumetis, nemoribus lapidosis, montosis, calcareo-argillaceis, frequens.

Flor. Junio, Julio. *Fructus* Augusto et Septembri maturat. ♄

Frutex mediocris, quandoque arbuscula. *ami* virgati, erecti, per hyemem et primo ere colorati, sanguinei. *Folia* opposita, peolata, ovata, integra, subpubescentia. *Flo-es* terminales, cymoso - corymbosi, planiuscu-, involucro communi destituti. *Corollæ* albæ. *ractea* ad pedunculorum basin, squamosæ, arvæ, deciduæ. *Drupa* globosa, nigra, nitia; apice umbilicata, coronata, pisi magnitudine. *Nucteus* subrotundus.

Sepes constituit densas. Lignum durum e viridilbo-cinereum, tenax, pro variis instrumentis aptum.

Virgæ tenaces pro corbibus et tabaci fistulis aptæ. orticem sic dictum intermedium Tabaco admiscent mericani. Kalm. Nordamer. Reise. 3. p. 560.

Flores apibus mel largiuntur.

Baccæ nauseosæ sapore.

Ex nucleis Tridentini oleum parant ad alendas lamdes utile. Mathiol. et Mém. d'Agricult. d'Econom. rur. etc. 1786.

bs. Sequentes adhuc Corni Species Americanæ in hortis arbustisque Carlsruhanis aliisque passim hospitantur:

Cornus florida involucro maximo (albo) foliolis obcordatis Linn.

Cornus sericea ramis patulis, foliis ovatis, subtus ferrugineo sericeis, cymis depressis. l'Heritier. Corn. n. 6. t. 2.

Cornus alba ramis recurvatis, foliis lato-ovatis, subtus canis, cymis depressis. l'Herit. l. c. n. 7.

Cornus stricta, ramis strictis, foliis ovatis concoloribus, nudiusculis, cymis paniculatis. l'Herit. n. 9. t. 4.

Cornus alternifolia foliis alternis. l'Herit. l. c. n. 11. t. 6.

LXIV. ISNARDIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 207.

Calyx campanulatus, semiquadrifidus: *laciniis* ovatis, acutis, patentibus. *Corolla* nulla. *Capsula* tetragona, obtusa, calyce cincta et coronata, quadrilocularis, quadrivalvis: *valvulis* obsolete carinatis. *Semina* plurima, oblonga, acuta, *Columellæ* affixa.

244. Isnardia *palustris*. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 175.

Ludwigia *repens* foliis oppositis ovatis, pedunculis solitariis axillaribus, caule repente. *Schwartz. prodr.* 33. *fl. Ind. occ.* 1. *p.* 273.

Dantia palustris. *Petit. gen.* 49. *t.* 49.

Dantia foliis subovatis pediculatis, floribus in foliorum alis sessilibus. *Guett. stamp.* 2. *p.* 115.

Ocymophyllum. *Buxb. act.* 4. *p.* 277. *t.* 27.

Oldenlandia *aquatica* foliis obovatis, oppositis, floribus singularibus ad alas. *Brown. fl. Jam.* 146.

Glaux major palustris, flore herbaceo. *Moris. præl.* 268. — *Boccon. Mus.* 106. *tab.* 84. *fig.* 2.

Alsine palustris rotundifolia repens, foliis portulacæ pinquibus, binis ex adverso nascentibus, flosculis virentibus rosaceis s. Portulaca aquatica. *Lindern. Tournef. Alsat. p.* 114. *t.* 2. *lit. b.*

Icon.

Icon. *Schkuhr. bot. Handb. t.* 25. *n.* 271.

Germ. *Sumpf-Isnardie.*

Gall. *Isnardie des marais.*

Hab. Utrinque in Rheni inundatis, paluſtribus, ad aquas ſtagnantes, foſſasque aquaticas: prope *Carlsruhe* ad foſſam *auf der Schieſswieſe;* inter *Mühlburg* et *Dachsland* in locis limoſo-arenoſis aquoſis cum Peplide *Portula*; prope *Dachsland* cum Marſilea *quadrifolia*, Najade *marina; Knielingen, Auè, Hochſtedt, Schreck, Linkenheim* cum Utricularia *vulgari*, et Trapa *natante* abunde. In Alſatia circa Argentinam, in paludoſis *an der Metzgerau*, in ſtagnis prope *der Hohenwart* et alibi cum Marſilea *quadrifolia* frequens; jam a longinquo ob folia ſæpe rubella lucida, conſpicua.

Flor. Junio, Julio. Auguſto et Septembri *Semina* maturat. ⊙

Radix repens, articulata, fibroſa. *Caulis* edalis, ſesquipedalis et longior, extra aquam repens, teretiuſculus, articulatus, radicans, craſſiusculus, ſubrubellus, in aqua natans. *Rami* oppoſiti, patentes. *Folia* oppoſita, ovalia, acutiuscula, in petiolum decurrentia, integra, glaberrima, lucida, pinquia, extra aquam ſemper rubella, in aqua natantia viridia, aut ex viridirubella, unciam ad ſeſquiunciam cum petiolo longa, quinque ad ſeptem lineas lata. *Flores* ſupra axillares, oppoſiti, ſolitarii, ſubſeſſiles, erecti.

Non confundenda cum Peplide Portula Linn.

LXV. TRAPA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 208.

Calyx monophyllus, quadripartitus, acutus, persistens, basi germini adnatus: *Foliolis* duobus lateralibus et duobus ad angulos germinis. *Corolla* petala quatuor, calyce majora. *Semen* nux ovata, oblonga, unilocularis, spinis armata quatuor, in medio latere oppositis, patentibus, acutis, crassis.

245. Trapa *natans* petiolis foliorum natantium ventricosis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 175. *Pollich. fl. pal. n.* 166. — *Hall. stirp. helv. n.* 527.

Tribuloides vulgare aquis innatans. *Tournef. inst.* — *Mapp. fl. Alf. p.* 309.

Tribulus aquaticus. *Bauh. pin. p.* 176.

Icon. Regnault. bot. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 25.

Germ. Wassernuss. Stachelnuss. Seenuss.

Gall. Macre d'eau. Truffles d'eau. Chataignes d'eau. Triboule.

Hab. In stagnis et piscinis Rheno vicinis hinc inde maxima in abundantia: Circa *Aue*, *Dachsland*, *Knielingen*, *Eckenstein*, *Hochstedt*, *Linchenheim* et alibi præsertim *auf den Altwassern*, quas sæpe tegmine quasi obducit. In Alsatia in stagno prope *Hagenau* abunde post *Mappum* vidi. In Palatinatu in magna illa piscina prope *Germersheim* teste *Pollichio*; circa *Gernheim* ad Rhenum legit *Hallerus*.

lor. Julio. *Fructus* Augusto et Septembri maturat. ⊙

Radix prælonga, repens, articulata: articu-s verticillato - fibroso - capillaceis, comosis. *aules* sub aqua prorepentes, longi, teretes, labri. *Folia* supra aquam natantia, in orbicu-um congesta, rhomboidea, obtusa, dentata, ete viridia, superficie glabra, unciam longa et ere lata, crassiuscula, longius petiolata: *Petioli* n medio ventricosi. *Flores* brevius peduncula-i. *Corollæ* niveæ. *Nux* pollicaris, viridis, æta-e nigra, durissima. *Nucleus* cordatus, albus, irmus.

Variat. Nucibus 2-3 spinis instructis.

Pharm. *Nucis aquaticæ Fructus.*

Nuclei recentes, dulcescentes, nutrientes, ad Ca-taneam accedentes, farinosi; crudi, assati et cocti, edu-es, adhibitis certis encheiresibus, albissimam farinam t panem exhibent.

Jam olim à Thracibus pani conficiendo adhibita. Plin. hist. nat. L. XXII. c. 10.

In Carinthia et Lemovicibus annonæ non minimam artem efficit, fructus crudus aut in pultem coctus. Hall. l. c.

In Saxonia nuces inter alia in forum conferuntur, bidem instar Castanearum assantur; nuclei cum quibus-lam cibis coquuntur. Münchhausen. Hausvat. I. p. 858.

Japanenses radices in quotidianis jusculis habent.

In China pro usu domestico abunde in stagnis co-itur.

Facile propagatur nucibus ad oram piscinarum et acuum immissis.

In regionibus rhenanis suibus relinquuntur, qui intrant aquas, avideque devorant nucleos, iisque opti-me saginantur. Lardum inde firmum.

In medicina apud nos fere exoleta.

LXVI. ALCHEMILLA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 222.

Calyx monophyllus, tubulatus, perfiftens, *ore* plano, octo-partito: *laciniis* alternis minoribus. *Corolla* nulla. *Stylus* ad bafin germinis infertus. *Semen* unicum, ellipticum, compreffum, in calycis collo claufo.

246. ALCHEMILLA *vulgaris* foliis lobatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 178. — *Pollich. fl. pal. n.* 168.

Alchemilla foliis ferratis, palmatis, feminovemfidis. *Hall. ftirp. helv. n.* 1566.

Alchemilla vulgaris. *Bauh. pin.* 319. — *Mapp: fl. Alf. p.* 11.

Alchemilla. *Tabernæmont. hift. p.* 249. *Ic.*

Icon. Regnault. bot. — *Oeder. fl. Dan. t.* 693. *Blackw. herb. t.* 72. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 26. *n.* 275.

Germ. Gemeiner Sinau. Löwenfufs. Frauenmantel. Frauenmänteli.

Gall. le Pied de Lion.

Hab. Utrinque in pratis et pascuis fucculentis. Amat vias humidiusculas, pratorum foffas minores; carbonariorum areas. Prope *Aue*, *Wettersbach*, *Palmbach*, *Langenfteinbach*, in pratis montofis ad rivulos hinc inde abunde; prope *Gernsbach*, *Baden*, *Reichenbach*, *Frauenalb* et alibi; in Marggraviatu fuperiori præfertim ad carbonariorum areas prope *Sirnitz*, *Marzell*, *Schweighof.*

Flor. Majo, Junio, Julio. *Semina* Julio, Augusto maturat. ♃

Radix ramosa, fibrosa, extus fusco-flavicans, intus albida, centro medullari amplo, sæpe punctis sanguineis prædita. *Caulis* palmaris, pedalis et altior, erectus, teres, villosus, subnudus, superne ramosus, dichotomus. *Folia* reniformi-orbiculata, concaviuscula, plicata, subnovemnervia, supra pubescentia, subtus villosa, subnovem-semilobata: lobis rotundatis, dentato-serratis; *radicalia* longe petiolata, reliquis multo majora. *Stipulæ* foliaceæ; caulinæ amplexicaules, apice inciso-serratæ, superiores perfoliatæ, incisæ. *Flores* caulem ramosque terminantes, corymbosi, dichotomi, breviter pedicellati, flavescentes.

Variat. In regionibus altioribus minus succulentis, apricis: Caulibus, foliisque minoribus, magis villosis. Hæc variatio a quibusdam pro Alchemilla *alpina* habetur, quæ tamen foliis digitatis nec simplicibus facile a nostra dignoscitur.

Pharm. *ALCHEMILLÆ Herba; Radix.*

Planta vulneraria, adstringens, coriis parandis apta, in medicina hodie fere exoleta. Alchemicis olim maxime celebrata, hinc ejus nomen.

D I G Y N I A.

LXVII. CUSCUTA.

Linn Gen. plant. ed. Schreb. n. 227.

Calyx monophyllus, cyathiformis, quadrifidus, vel quinquefidus, obtusus, basi carnosus. *Corolla* monopetala, ovata, calyce paullo longior, *ore*

quadrifido vel quinquefido, obtuſo. *Nectarium* e ſquamis quatuor vel quinque-linearibus, bifidis, acutis, ad baſin ſtaminum, corollæ adnatis. *Capſula* carnoſa, ſubrotunda, bilocularis, circumſciſſa, tetraſperma.

147. CUSCUTA *europæa* floribus ſeſſilibus, quadrifidis.

Cuscuta *europæa* floribus ſeſſilibus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 180. — *Pollich. fl. pal. n.* 170. *Hall. ſtirp. helv. n.* 654.

Cuscuta major. *Bauh. pin. p.* 219. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 84.

Caſſitha. *Tabernæmont. hiſt. p.* 1302.

Icon. Regnault. bot. — *Oeder. fl. Dan. t.* 199. *Blackw. herb. t.* 554. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 27.

Germ. Seidenkraut. Groſse Flachsſeide.

Gall. Cuscute major. Goute de Lin.

Hab. In plantis paraſitica: præſertim in Urtica, Erica *vulgari*, Artemiſia *campeſtri* aliisque: circa *Carlsruhe* et alibi in pratis præſertim Rheno vicinis et ad agrorum verſuras, ut et in ericetis ſæpe nimis abunde.

Flor. Julio, Auguſto. *Semina* Septembri maturat ☉

Caules paraſitici, filiformes, ſubdichotomi, nudi, implexi, longi, radiculas papillares emittentes. *Folia* nulla. *Flores* conglomerati, conferti, ſeſſiles, ſubrotundi, glomera diſtantia. *Calyx* ſæpiſſime quadrifidus. *Corolla* quadrifida, pallide rubella.

Pharm. *Cuscutæ Herba.*

Gravis ſæpe plantarum hoſpes.

Adſtringentes, ſtimulantes habet proprietates, in obſtructionibus viſcerum commendatur, hodie fere exoleta.

248. Cuscuta *Epithymum* floribus ſeſſilibus, quinquefidis, bracteis obvallatis. *Linn. Syſt. plant.* 1. *p.* 352. β. — *Sp. pl.* 1. *p.* 180. β. — *Hall. ſtirp. helv. n.* 654. β.

Cuscuta minor. *Mapp. fl. Alſ. p.* 85.

Epithymum ſ. Cuscuta minor. *Bauh. pin. p.* 219.

Icon. *Oeder. fl. Dan. t.* 427.

Germ. *Klein Seidenkraut. Kleine Flachsſeide.*

Gall. *Cuscute pétite. Goute de Lin pétite.*

Hab. In plantis paraſitica cum præcedente, ſæpe in Thymo *ſerpyllo.*

Flor. Julio, Auguſto. *Semina* Septembri maturat. ☉

Affinis maxime præcedenti, ſed ſpecies diſtincta: *Caulibus* tenuioribus, magis coloratis. *Calycibus* corollisque minoribus, quinquefidis. *Staminibus* ſæpe quinque, rarius quatuor.

Pharm. *Epithymi Herba.*

Planta paraſitica præcedentis virtutes habet, ſed magis odorata et acris.

TETRANDRIA.

TETRAGYNIA.

LXVIII. ILEX.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 180.

Calyx quadridentatus, minimus, perſiſtens. *Corolla* monopetala, quadripartita, rotata: *laciniis* ſubrotundis, concavis, patentibus, unguibus cohærentibus. *Styli* nulli. *Bacca* ſubrotunda, quadrilocularis. *Semina* ſolitaria, oblonga, obtuſa, oſſea.

249. Ilex *Aquifolium* foliis ovatis acutis, ſpinoſis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 181.

Aquifolium. *Hall. ſtirp. helv. n.* 667. — *Tabernæmont. hiſt. p.* 1382. *Icon.*

Aquifolium ſeu Agrifolium vulgo. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 114. — *Mapp. ſl. Alſ. p.* 27.

Ilex aculeata baccifera. *Bauh. pin. p.* 425.

Icon. Regnault. bot. — *Oeder. ſl. Dan. t.* 508. *Blackw. herb. t* 205. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 28. — *Pſleger. arb. et frut. Badenſ. pictæ.*

Germ. Stechpalme. Hülſt.

Gall. le Houx.

Hab In montoſis ſylvaticis prope *Ettlingen*, *Herrnalb*, *Frauenalb*, *Gernsbach*, *Baden*, *Lichtenthal*, *am Bühlerthal*, *auf der Blättie*, *im Amte Staufenberg*, prope *Ober-*

kirch, *Allerheiligen*, et alibi frequens; in Marggraviatu superiore prope *Badenweiler*, *Lippurg*, *Seringen*, *Kandern*, *Hausen*, *Steinen*, etc. abunde. In Alsatia circa Argentinam: *in dem Jllkircher Wald*, *im Gansauer Wald*, et *im Hagenauer Forst*, et in monte Vogeso, prope *Barr*, *Hochandlau*, *Rappolsweyhr*, *Markirch* et alibi. In Principatu superiori passim non infrequens.

Flor. Majo et Junio. *Baccas* Octobri maturat. ♄

Frutex frondosus, 2-3-5 pedalis, sæpe arbor mediocris, erectus, cortice viridi vestitus. *Rami* alterni erecti. *Folia* alterna, petiolata, ovata, acuta, margine serrato-spinosa, firma, glabra, lucida, sempervirentia. *Flores* ex foliorum alis pedunculati. *Pedunculi* uniflori. *Corollæ* quadripartitæ, niveæ. *Baccæ* magnitudine pisi, coccineæ, splendidissimæ.

Obs. Individua nostratia semper floribus hermaphroditis tetrandris, nec polygamis instructa sunt.

Arbores et frutices annosiores sæpe foliorum spinas deponunt, et integra evadunt.

Variat. in hortis: Foliis margine exalbescentibus luteisve variegatis, margine et in superficie echinatis.

Pharm. *Aquifolii Baccæ; Folia.*

Pulcherrimum sane hortorum ornamentum, æstate floribus niveis copiosis, hyeme baccis coccineis, pulcherrimis, foliisque sempervirentibus, amœnissimis, superbiens.

Ex montosis in hortum transplantata, ægre crescit; hinc ad meliorem ibi propagationem, suaserim ejus disseminationem, attamen semina tres, quatuor, ad quinque annos in terra jacent, antequam germinare incipiant.

Obs. Proceræ hujus, arbores, ultra viginti pedes altæ, adhuc ante viginti annos ambulacrum vestiebant spectaculumque pulcherrimum oculis subiiciebant ad thermas Badévillanas de quibus hodie pro dolor vix adhuc una superstes est.

Vulgus hinc inde diuturna superstitione seductum ac fascinatum, consecratas ejus frondes supra fores tam ædium quam stabulorum suspensas, a fulminibus ea loca tuta servare, adhuc hodie credit. Sata etiam in domo, villave, veneficia arcere creditur.

Lignum tenax, durum, ponderosum, albissimum præbet, mathematicis, tornatoribus, sculptoribus lignariis convenientissimum.

Cortex sic dictus interior s. Liber, si in pastam contusus et vasi inclusus, in cellam reponitur, et tum in aqua lavatur, ut fibræ ligneæ bene separentur, viscum aucuparium optimum tenacissimum suppeditat. Duham. Traité des Arb. 1. p. 64.

Baccæ a diversis avibus præsertim vociferis ex Turdorum genere comeduntur.

Flores apibus mella præbent.

Folia quandoque in febribus intermittentibus, in pulvere ad Drachmam unam ante paroxysmum data, certum remedium. Durande in Mem. de la Société en Medécine à Paris 1. p. 342.

In Arthritide hinc inde infusum foliorum theæforme præstans. Heyer in Fritze med. Annal. 1. p. 301.

Baccæ maturæ in Epilepsia interdum summo cum fructu adhibentur.

Radicum decocto foventur utiliter articuli, qui e luxatione duritiem contraxerunt, nam emollit et resolvit, et tumores discutit. Mathiol.

LXIX. POTAMOGETON.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 234.

Flores in Spicam dispositi. *Calyx* nullus. *Corolla* petala quatuor, subrotunda, obtusa,

oncava, erecta, unguiculata, decidua. *Stylus* ullus. *Semina* quatuor, ſubrotunda, acumi-ata, hinc gibba, inde compreſſa, angulata.

250. POTAMOGETON *natans* foliis oblongo-ovatis, petiolatis natantibus. *Linn. Sp. pl. p.* 182. — *Pollich. fl. pal. n.* 171. *Hall. ſtirp. helv. n.* 843.

Potamogeton rotundifolium. *Bauh. pin.* 193. *Mapp. fl. Alſ. p.* 249.

Potamogeton I. *Tabernæmont. hiſt. p.* 1117. *Icon.* — *Fuchs. hiſt. p.* 651. *Icon.*

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 1025. — *Müller. Illuſtr. Icon.* — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 28. *n.* 288.

Germ. Schwimmendes Samkraut.

Gall. Épi d'eau flottant.

Hab. Utrinque in foſſis, rivulis, ſtagnis natans: In lacubus, ſtagnis, piſcinis Rheno vicinis et alibi abunde

Flor. Junio, Julio. *Semina* Auguſto maturat. ♃

Radix repens, ramoſa, articulata. *Caules* prælongi, teretes, geniculati, glabri, ſuperne ramoſi. *Folia* alterna; ſuprema oppoſita, in ſuperficie aquarum natantia, longe petiolata, ovata, acutiuscula ovato-lanceolata, ſeu elongato-elliptica, 2-3-5 uncias longa, unciam, ſesquiunciam lata, integra, venuloſa, glabra. *Stipulæ* vaginaceæ, anguſto-lanceolatæ, membranaceæ, canaliculatæ. *Pedunculi* axillares, terminalesque, ſolitarii, erecti, craſſiusculi, teretes, 2-3 unciales. *Spica* cylindrica, obtuſa,

florens extra aquam eminens, denſa, ſesquiunciam ad duas uncias longa, rubella.

Variat. *Caulibus* tenuióribus. *Foliis* longioribus, anguſtioribus. *Spicis* gracilioribus. in aquis rapidioribus ſæpe folia elongata, petiolique elongati, quod vulgo plantis fluitantibus accidit.

Nota. Huc pertinet Potamogeton fluitans foliis inferioribus longiſſimis, lanceolatis, acuminatis, membranaceis; ſuperioribus ovali-lanceolatis, coriaceis: omnino petiolatis. Roth. fl. germ. 2. p. 202. Vix a noſtrate ob variationes intermedias, ſeparandum, quanquam primo intuitu, et id præcipue in herbario ſicco viſum, peculiarem ſpeciem annunciare videatur.

Aquas piscibus præcipue carpionibus acceptas reddit.

Suibus quoque pabulum.

Semina anatibus accepta.

Folia ſæpius deſtructa à Phalæna potamogetonis et Aphide plantarum aquaticarum.

251. Potamogeton *perfoliatum* foliis cordatis amplexicaulibus. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 182. — *Hall. ſtirp. helv. n.* 845. *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 203.

Potamogeton foliis latis ſplendentibus. *Bauh. pin. p.* 195. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 450.

Potamogeton altera Dodonæi. *Joh. Bauh. hiſt.* 3. *p.* 770. *Icon.*

Icon. *Oeder. fl. Dan. t.* 196.

Germ. *Durchſtochenes Saamkraut.*

Gall. *Épi d'eau perfevillé.*

Hab. Utrinque in aquis ſtagnantibus, lacubus,

fossis aquaticis et fluviis frequens, præsertim in Rheni vicinia. Circa *Carlsruhe im Landgraben* versus *Mühlburg* et alibi; circa Argentinam in fossis *am Lazaret*, in fluvio *die Jll* copiose.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ♃

Radix articulata, repens. *Caules* prælongi, teretes, foliosi, ramoso-dichotomi. *Folia* alterna, sessilia, amplexicaulia, cordata, obtusa, integra, quinquenervata, pulcherrime reticulata, pellucida, ut charta oleo intincta. *Stipulæ* vaginaceæ, in caule nullæ, ad apicem vero ovatæ, membranaceæ, reticulatæ. *Pedunculi* axillares, solitarii, crassi, foliis longiores. *Spica* densa, brevis.

Nota. Peculiaris Potamogetonum structura nondum satis cognita, magis adhuc a physicis indaganda.

252. POTAMOGETON *densum* foliis ovatis acuminatis oppositis, confertis, caulibus dichotomis, spica quadriflora. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 182. — *Pollich. fl. pal. n.* 172.

Potamogeton caule dichotomo, foliis conjugatis, ellipticis, complicatis, imbricatis. *Hall. stirp. helv. n.* 849.

Potamogeton minus foliis densis mucronatis non serratis. *Magnol. monsp. p.* 303. *Mapp. fl. Alf. p.* 250.

Fontinalis media lucens. *Joh. Bauh. hist.* 3. *p.* 769. *Icon.*

Tribulus aquaticus minor alter. *Clus. hist.* 2. *p.* 252.

Germ. Dichtes Saamkraut.

Gall. *Épi d'eau pauciflore.*

Hab. Utrinque in ſtagnis, aquis ſegnioribus, foſſisque aquaticis præſertim Rheno vicinis frequens: prope *Dachsland in der Federbach* et alibi; circa Argentinam *in der Ruprechtsau* et alibi.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Auguſto, Septembri maturat. ♃

Radix in limo repens, articulata, ramoſa. *Caules* in aqua natantes, teretes, glabri, maxime ramoſi, dichotomi, folioſi. *Folia* oppoſita, ſeſſilia, amplexicaulia, ovato-lanceolata, acuminata, trinervia, margine ſubundulata, integra, ſplendentia, læte viridia, approximata, ſemunciam ad novem lineas longa, duas ad tres lineas lata. *Pedunculi* axillares, ſolitarii, breves, baſi ſtipulacei. *Spica* tetragona, 2-3 ſæpe 4 flora.

253. POTAMOGETON *lucens* foliis lanceolatis planis, in petiolos deſinentibus. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 183. — *Pollich. fl. palat. n.* 173.

Potamogeton foliis tenuibus longiſſime lanceolatis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 847.

Potamogeton alpinum plantaginis folio. *Tournef. inſt. p.* 233. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 249.

Fontinalis lucens major. *Joh. Bauh. hiſt.* 3. *p.* 769. *Icon.*

Icon. *Oeder. fl. Dan. t.* 195.

Germ. *Leuchtendes Saamkraut.*

Gall. *Épi d'eau luiſant.*

Hab. Utrinque in foſſis, aquoſis, ſtagnis, et rivis ſegnioribus frequens.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Auguſto et Septembri maturat. ♃

Radix repens, ramoſa, articulata. *Caules* ſub aqua natantes, teretes, articulati, glabri, foliati. *Folia* alterna, in petiolum decurrentia; ſumma oppoſita, ſeſſilia, lanceolata, obtuſa, nervoſa, integra, pellucida, læte viridia, ſplendentia, margine ſubundulata, 3-4-5 uncias longa, novem lineas ad unciam lata. *Stipula* ad ſinguli petioli baſin lanceolata, obtuſa, membranacea, magna, canaliculata. *Pedunculi* axillares, ſolitarii, erecti. *Spica* cylindrica, laxiuscula, erecta, unciam ſesquiunciam ad binas uncias longa.

Nota. In aquis fluidioribus ſæpe folia juſto longiora et anguſtiora inveniuntur; tunc cum affini Potamogeto ſerrato cave, confundas.

254. Potamogeton *heterophyllum* foliis ſubmerſis linearibus, ſeſſilibus, natantibus lanceolatis petiolatis. *Schreb. Spic. ſl. Lipſ. p.* 21.

Potamogeton. ⊙ *Mapp. ſl. Alſ. p.* 250. (excluſis ſynonymis) forſan?

Germ. Verſchiedenblättriges Saamkraut.

Gall. Épi d'eau heterophylle.

Hab. In aquis lente fluentibus inter *Durlach* et *Blankenloch* in fluvio *die Pſinz* et in foſſis aquaticis adjacentibus.

Flor. Julio, Auguſto. *Semina* Septembri maturat. ♃

Caules in aqua natantes, teretes, geniculati: internodiis brevibus, foliati, ramosissimi. *Folia* in aqua submersa, alterna, sessilia, linearia, acuta, elongata, basi angustata tenera, subdiaphana, læte viridia, reliqua in aquæ superficie natantia, breviter petiolata, lanceolata, latiora, crassiora, nervosa. *Pedunculi* axillares, solitarii. *Spica* ovato-cylindrica, densa, pauciflora, pedunculo paullo longior.

Nota. Cum Potamogeto natante confundi nequit, quo longe minus et tenerius est. Schreb. l. c.

255. POTAMOGETON *crispum* foliis lanceolatis alternis undulatis serratis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 183. — *Pollich. fl. pal. n.* 174. *Hall. stirp. helv. n.* 848.

Potamogeton foliis crispis, sive Lactuca ranarum. *Bauh. pin. p.* 193. — *Mapp. fl. Alf. p.* 250.

Fontinalis crispa. *Joh. Bauh hist.* 3. *p.* 770. *Icon.*

Icon. Curtis. fl. Lond. t. 5. — *Oeder. fl. Dan. t.* 927.

Germ. Krauses Saamkraut.

Gall. Épi d'eau frisé.

Hab. Utrinque in fossis aquaticis, stagnis, fluviis segnioribus rivulisque præsertim in Rheni vicinia frequens.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto et Septembri maturat. ♃

Radix repens, articulata, ramosa. *Caules* sub aqua natantes, angulati, compressiusculi, articulati, dichotomi, rubelli. *Folia* inferiora alterna,

alterna, ſeſſilia, ſemiamplexicaulia, lanceolata, obtuſiuſcula, venoſa, ſplendentia, diaphana, margine criſpato - undulata, rigidiuſcula, minute ſerrulata; ſuperiora oppoſita, magis approximata. *Stipulæ* vix ullæ. *Pedunculi* axillares, erecti, foliis ſublongiores. *Spica* brevis 6-7- ad 9-flora.

256. POTAMOGETON *ſerratum* foliis lanceolatis oppoſitis ſubundulatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 183. — *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 205.

Potamogeton foliis tenuibus ellipticis, nervis convergentibus. *Hall. ſtirp. helv. n.* 846.

Potamogeton longo ſerrato folio. *Bauh. pin. p.* 193. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 249.

Germ. Sägeartiges Saamkraut.

Gall. Épi d'eau denté.

Hab. Utrinque in fluviis ſegnioribus, rivulisque et foſſis aquaticis: circa *Carlsruhe im Landgraben* verſus *Mühlburg*; in rivo *die Alb* prope *Beuertheim* et alibi.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Auguſto, Septembri maturat. ♃

Maxime affinis præcedenti a quo differt: *Caulibus* longiſſimis, teretibus. *Foliis* minus undulatis, non criſpatis, nec ſerratis, multo longioribus. *Stipulis* magnis, latis. *Pedunculis* craſſioribus curvatis.

Nota. In lacubus, aquisque ſegnioribus ſæpe longiſſima, integras quaſi ſylvulas mediis in aquis formans. Hechtlock argentinenſibus piſcato-

ribus nominatur, quod Lucii pifces ovula fua copiofe in illo exponant, illique agglutinent. Mapp. l. c.

257. POTAMOGETON *compreffum* foliis linearibus obtufis, caule compreffo. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 183. — *Pollich. fl. pal. n.* 175.

Potamogeton caulibus compreffis, foliis gramineis lanceolatis, fpicis paucifloris. *Hall. ftirp. helv. n.* 851.

Potamogeton caule compreffo, foliis graminis canini. *Raj. hift.* 189. — *Mapp. fl. Alf. p.* 280.

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 203.

Germ. Zufammengedrücktes Saamkraut.

Gall. Épi d'eau comprimé.

Hab. Utrinque in foffis aquaticis, rivulis et ftagnis. Circa *Carlsruhe im Landgraben*, prope *Mühlburg in der Alb* et alibi. Circa Argentinam in foffis aquaticis prope *Gravenftaden*, *in der Jll* prope *Offwald* et alibi copiofe.

Flor. Julio et Augufto. *Semina* Septembri maturat. ♃

Caules longi, in aqua natantes, compreffi, articulati, glabri, ramofi. *Folia* linearia, angufta, graminea, integerrima, apice ariftato-mucronulata, læte viridia, diaphana, glaberrima, inferiora alterna, fuperiora oppofita, omnia feffilia, uncias duas ad tres longa, lineam ad fesquilineam lata. *Stipulæ* ex viridi albidæ, anguftæ, breves. *Pedunculi* axillares, folitarii,

riati, angulati, firmi, femiunciam longi. *Spica* parva, 3-4-5-flora.

258. POTAMOGETON *fetaceum* foliis lanceolatis oppofitis acuminatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 184.

Potamogeton ramofum anguftifolium. *C. Bauh. pin.* 193. — *prodr.* 101. — *Mapp. fl. Alf. p.* 250.

Germ. *Borftenartiges Saamkraut.*

Gall. *Épi d'eau fetacée.*

Hab. Circa Argentinam *in der Jll* prope *Ofswald zwifchen den Fifcherpfählen und Reifern* tefte *Mappo.*

Flor. Junio. *Semina* maturat Septembri. ♃

Nota. Plantam hucusque loco citato ut et in aliis regionibus Rhenanis fruftra quæfivi; fic Potamogeton pectinatum foliis fetaceis parallelis approximatis difttichis Linn. hucusque in noftratibus regionibus nondum vidi.

259. POTAMOGETON *gramineum* foliis lineari lanceolatis alternis, feffilibus ftipula latioribus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 184.

Potamogeton foliis gramineis, petiolis erectis, vaginis laxis numerofiffimis. *Hall. ftirp. helv. n.* 850.

Potamogeton latiusculum foliis et ramificationibus denfe ftipatis. *Raj. angl.* 3. *p.* 149. *t.* 4. *f.* 3.

Icon. *Oeder. fl. Dan. t.* 222.

Germ. *Grasartiges Saamkraut.*

Gall. *Épi d'eau graminé.*

Hab. Prope *Dachsland in der Federbach.*

Flor. Junio, Julio. *Semina* Septembri maturat. ♃

Caules tenues, filiformes, articulati, glabri, flexuosi, dichotomi, parte superiori crassiusculi. *Folia* inferiora alterna, sessilia, lineari-lanceolata, plana, integra, margine quandoque subundulata, læte viridia, glaberrima sesquiunciam ad binas uncias longa, sesquilineam ad binas lineas lata; suprema opposita. *Stipulæ* intrafoliaceæ, ovato-lanceolatæ, canaliculato-concavæ, acuminatæ, e rubello-albidæ, semiunciam ad unciam longæ. *Pedunculi* solitarii, crassiusculi, erecti, sesquiunciam ad binas uncias longi. *Spica* ovato-cylindrica, densa, multiflora, fusco-rubella, unciam fere longa.

260. POTAMOGETON *marinum* foliis linearibus alternis distinctis inferne vaginantibus. *Linn. Sp. pl. p.* 184. — *Pollich fl. palat. n.* 176.

Potamogeton caule terete, foliis linearibus, planis, spica multiflora, senescente longissima et interrupta. *Hall. stirp. helv. n.* 853.

Potamogeton ingens, gramineo folio longiori. *Vaill. bot. paris. t.* 32. *f.* 5. *bona.* *Mapp. fl. Alf. p.* 251.

Peucedanum aquaticum. *Tabernæmont. hist. p.* 137. *Icon.*

Icon. *Oeder. fl. Dan. t.* 186.

Germ. *Meerſaamkraut.*

Gall. *Épi d'eau de mere.*

Hab. Hinc inde in foſſis aquaticis *an der Alb*, in ſtagnis aquisque lente fluentibus Rheno vicinis: *in der Federbach* prope *Dachsland*, et alibi; in Marggraviatu ſuperiore prope *Eimeldingen*; circa Baſileam teſte *Hallero*; prope Argentinam *in der Jll bey Oſswald gegen der Ueberſart, bey der groſsen Schleuſe*, in aquis *bey der Spitalmühl* et alibi; in Palatinatu: in foſſis inter *Nierſtein* et *Mainz*; inter *Dürckheim*, *Lamshein* et *Oggersheim*, in paludibus ſalſis teſte *Pollichio*.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Septembri maturat. ♃

Caules prælongi, filiformes, articulati, valde-ramoſi, dichotomi, pallide ſæpe rubelli. *Folia* alterna, ſeſſilia, linearia, perangusta, acuta, baſi ſemper vaginantia, 2-3-4 uncias longa, lineam dimidiam vix lata, læte viridia. *Stipulæ* lineares, apice ſublaceræ, acutæ, membranaceæ, unciam fere longæ, peranguſtæ. *Pedunculi* axillares, ſolitarii, ſemiunciam ad unciam longi, erecti, craſſiuſculi. *Spica* florens brevis, ſubinterrupta; deflorata prælonga, 1-3 uncialis, valde interrupta.

A piscatoribus argentinenſibus nominatur Flaſs-lok. Mapp. l. c.

261. POTAMOGETON *pusillum* foliis linearibus oppoſitis alternisque diſtinctis, baſi patentibus, caule tereti. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 184. — *Pollich. fl. pal. n.* 177.

Potamogeton caule terete, foliis perangustis, spicis paucifloris minimis. *Hall. stirp. helv. n.* 852.

Potamogeton pusillum gramineo folio, caule rotundo. *Raj. hist.* 1. *p.* 190. — *Mapp. fl. Als. p.* 251.

Potamogeton pusillum gramineo folio breviore. *Vaill. bot. paris. t.* 32. *f* 4. *bona.*

Germ. Kleinstes Saamkraut.

Gall. Épi d'eau petite.

Hab. Hinc inde in fossis aquaticis, aquis lente fluentibus, stagnis et paludibus: im *Landgraben* inter *Carlsruhe* et *Mühlburg* abunde, in aquis Rheno vicinis frequens; prope Argentinam in fossula prope *dem XV. Wört* et alibi copiose.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto Septembri maturat. ♃

Valde affinis praecedenti, a quo distinguitur. *Caulibus* tenuioribus. *Foliis* brevioribus, unciam ad sesquiunciam longis, angustissimis, fere filiformibus, non vaginatis. *Pedunculis* gracilioribus. *Spicis* paucifloris, 3 - 4 lineas longis, contiguis, fructiferis subinterruptis.

Nota. Ne confundatur cum Zannichellia palustri cum qua, ex primo aspectu judicata, habitu multum convenit.

LXX. SAGINA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 236.

Calyx tetraphyllus: foliolis ovatis, concavis, patentissimis. *Corolla Petala* quatuor (aut

subnulla) ovata, obtusa, calyce breviora, patentia. *Capsula* ovata, recta, unilocularis, quadrivalvis. *Semina* numerosa, minima, receptaculo affixa.

262. SAGINA *procumbens* ramis procumbentibus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 185. *Pollich. fl. palat. n.* 178.

Alsine tetrastemon foliis connatis lanceolatis. *Hall. stirp. helv. n.* 861.

Alsine pusilla minima flore tetrapetalo. *Lindern. Tournef. Als. p.* 205. *t.* 8.—*Mapp. fl. Als. p.* 18.

Icon. Curtis. fl. Lond. t. 158. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 27. *n.* 285.

Germ. Niederliegendes Mastkraut.

Gall. Sagine rampante.

Hab. Utrinque in agris, arvis, pascuis humidiusculis arenosis, viisque neglectis: circa *Carlsruhe auf der Schiessswiese*, im *Hardtwald* et alibi.

Flor. a Majo, ad Septembrem. *Semina* Junio, Octobri maturat. ⊙

Radix fibrosa, albida. *Cauliculi* cespitosi, biunciales, digitales, vix altiores, procumbenti-adscendentes, tenelli, glabri, opposite ramosi, foliati. *Folia* opposita, sessilia, connata, linearia, plana, glabra, mucronata, læte viridia, duas ad tres lineas longa. *Flores* pedunculati. *Pedunculi* solitarii, uniflori, foliis longiores, erecti, fructiferi apice nutantes. *Petala* calyce breviora, parva, alba.

Plantula ovibus accepta, arenam figit.

263. SAGINA *apetala* caule erectiusculo pubescente, floribus alternis apetalis. *Linn. Mant. p.* 559.

Sagina *apetala* caulibus erectiusculis pubescentibus, petalis obsoletis. *Smith. comp. fl. Britann. p.* 56.

Sagina apetala, caulibus erectis, radice annua. *Arduin. animad. bot.* 2. *p.* 22. *t.* 8. *f.* 21.

Icon. Curtis. fl. Lond. t. 291. — *Oeder. fl. Dan. t.* 845. (*sub S. erecta.*)

Germ. Blumenblätterloses Mastkraut.

Gall. Sagine apetale.

Hab. Hinc inde in agris, hortis, cultis. Circa *Carlsruhe im Fasanengarten in der Baumschule* frequens ubi prima observavit *Schweyckert* hortorum Smi Electoris inspector.

Flor. Junio et Julio, *Semina* Augusto maturat. ⊙

Radix fibrosa, tenella. *Caules* digitales et altiores, primo procumbentes, demum erecti, stricti, capillares, tenerrimi, articulati, hispiduli. *Folia* opposita, sessilia, lineari-subulata, mucronata, hispidula. *Flores* pedunculati. *Pedunculi* alterni, capillares, apice sub florescentia nutantes, demum erecti, pilis raris vestiti. *Calyx* 4, quandoque quinquephyllus, margine purpurascens, persistens. *Corolla* petala plerumque quatuor, minutissima, nudo oculo vix conspicua, obcordata, albida. *Filamenta* calyce breviora.

Plantula certe a praecedenti quam maxime diversa

b. f. In horto ex feminibus cum præcedenti culta, nullam mutationem paffa eft.

64. Sagina *erecta* caule erecto fubunifloro. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 185. — *Pollich. fl. pal. n.* 179.

Alfine verna glabra. *Vaill. bot. parif. p.* 6 *t.* 3. *f.* 2.

Icon. *Curtis fl. Lond. t.* 186.

Germ. *Aufrechtes Maftkraut.*

Gall. *Sagine droite.*

Hab. In pascuis fterilibus fabulofis aridis, apricis: retro *Mühlburg* verfus *Grünwinkel* frequens; inter *Mühlburg* et *Knielingen* in colliculis aridis cum Silene *conica*; in Marggraviatu fuperiore inter *Zienken* et *Grisheim* in agro neglecto glareofo legit *Vulpius*; prope Argentinam in pascuis aridis fterilibus *auf der Metzgerau* nec non *auf dem Polygon* legi; in Sponhemia prope *Kirchberg* in locis elevatis ficcioribus argillaceo-arenofis; in Palatinatu in pascuis circa *Lautern* abunde; in campis fabulofis prope *Weilerbach*; inter *Afpach* et *Cufel*, inter *Kirnbecherbach* et *Ratzweyler* tefte *Pollichio.*

Flor. Martio, Aprili, Majo. *Semina* Junio maturat. ⊙.

Caulis uncialis, vix digitalis, erectus, fubramofus, fæpe fimpliciffimus, rigidus, glaucus. *Folia* oppofita, connato-feffilia, fubulata, recta, rigida, glauca. *Flores* terminantes, folitarii, claufi, aut faltem apice fubaperti. *Ca-*

lycis foliola lanceolata, mucronata, ſtriata, margine membranacea, alba, dura, glauca. *Petala* calyce multo minora. *Stamina* 4, quandoque 5-8. *Styli* quatuor. *Capſula* apice in lacinias octo diſſiliens.

Nota. Interdum Calyx quinquephyllus. Corolla quinque petala. Styli quinque, et Stamina octo ad decem.

Obſ. Individua in calidioribus Galliæ et Hiſpaniæ regionibus lecta, floribus magis apertis inſtructa ſunt.

LXXI. TILLAEA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 236.

Calyx quadripartitus, planus: *laciniis* ovatis, magnis. *Corolla* petala quatuor, ovata, acuta, plana, calyce fere minora. *Capſulæ* quatuor, oblongæ, acuminatæ, reflexæ, longitudine floris, longitudinaliter ſurſum dehiscentes. *Semina* bina ovata.

265. TILLAEA *aquatica* erecta dichotoma, foliis acutis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 186.

Tillaea *Vaillantii* caule erecto dichotomo, foliis oblongis acutis flore pedunculato brevioribus. *Willdenow. Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 720.


Craſſula caule dichotomo, foliis linearibus, floribus quadrifidis. *Linn. fl. Suec.* 259.

Sedum minimum annuum flore roſeo tetrapetalo. *Vaillant. bot. pariſ.* 181. *tab.* 10. *fig.* 2.

m. 1.



Sagina apetala p. 392.



Tillaea aquatica p. 394.

Baldenwang sculp.

Germ. *Waſſer-Tillaea.*

Gall. *Tillaea aquatique.*

Hab. In Marggraviatu ſuperiore ad Inſulam natantem *auf dem Nonnenmattweyher* rarius; prope *Bürglen auf dem Meyerskopf* ubi aquæ ſtagnarunt, abunde, teſte *Zeyhero.*

Flor. Junio, Julio. *Semina* Auguſto maturat. ☉

Radix fibroſa, albida. *Cauliculus* 1-2-3 uncias longus, erectiusculus, quandoque ad terram proſtratus, craſſiusculus, dichotomus, glaber, articulatus. *Rami* inferiores ſæpe proſtrati, radicantes. *Folia* ſeſſilia, oppoſita, lineari-oblonga, integerrima, carnoſa, ſucculenta, viridia, glabra, quandoque rubella, binas ad tres lineas longa, lineam vix lata. *Flores* axillares terminalesque, pedunculati, ſolitarii. *Pedunculi* capillares, erecti, foliis ſublongiores. *Corollæ* quadrifidæ, laciniæ emarginatæ, obcordatæ, patulæ, dilute roſeæ.

Obſ. Plantula pro patria nova, in omnibus partibus cum Vaillantii jcone optime convenit.

In regionibus magis aquoſis Caules et Rami ſemper proſtrati radicantes, in humidiusculis minus aquoſis magis erecti; Pedunculi foliis ſæpiſſime longiores, quandoque breviores, in una eademque plantula.

CLASSIS V.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores Monopetali, inferi, 2-spermi.*

LXXIX. Cerinthe. *Cor.* fauce nuda, ventricosa. *Sem.* 2. ossea, 2-locularia.

* *Flores monopetali, inferi, tetraspermi.*
Asperifoliae.

LXXXII. Echium. *Cor.* fauce nuda, irregularis! campanulata.

LXXII. Heliotropium. *Cor.* fauce nuda, hypocrateriformis, lobis dente interjectis. *Sem.* 4.

LXXVII. Pulmonaria. *Cor.* fauce nuda, infundibuliformis. *Cal.* prismaticus.

LXXIV. Lithospermum. *Cor.* fauce nuda, infundibuliformis. *Cal.* 5-partitus.

LXXVIII. Symphytum. *Cor.* fauce dentata, ventricosa.

LXXX. Borago. *Cor.* fauce dentata, rotata.

LXXXI. Lycopsis. *Cor.* fauce fornicata, infundibuliformis, tubo curvato!

XVI. Cynoglossum. *Cor.* fauce fornicata, infundibuliformis. *Semina* depressa, latere affixa.

XV. Anchusa. *Cor.* fauce fornicata, infundibuliformis, tubo basi prismatico.

XIII. Myosotis. *Cor.* fauce fornicata, hypocrateriformis, lobis emarginatis.

Flores monopetali, inferi, angiospermi.

XXIX. Anagallis. *Caps.* monolocularis circumscissa. *Cor.* rotata. *Stigma* capitatum.

XXVIII. Lysimachia. *Caps.* 1-locularis 10-valvis. *Cor.* subrotata. *Stigma* obtusum.

XXIV. Primula. *Caps.* 1-locularis. *Cor.* infundibuliformis, fauce pervia. *Stigma* globosum.

XXIII. Androsace. *Caps.* 1-locularis. *Cor.* hypocrateriformis, fauce coarctata. *Stigma* globosum.

XXVII. Hottonia. *Caps.* 1-locularis. *Cor.* tubus infra stamina! *Stigma* globosum.

XXV. Menyanthes. *Caps.* 1-locularis. *Cor.* infundibuliformis, laciniis lanceolatis intus barbato-ciliatis. *Stigm.* bifidum.

LXXXVI. SCHWEICKERTA. *Capf.* 1-locularis. *Cor.* rotata: laciniis rotundatis, margine fimbriatis, ciliato-laceris. *Stigma* crispato-bilobum.

XC. CONVOLVULUS. *Capf.* 2-locularis, 2-sperma. *Cor.* campanulata. *Stigma* bifidum.

XCVII. DATURA. *Capf.* 2-locularis, 4-valvis! *Cor.* infundibuliformis. *Cal.* deciduus.

XCVIII. HYOSCYAMUS. *Capf.* 2-locularis, operculata! *Cor.* infundibuliformis. *Stigma* capitatum.

XCIX. NICOTIANA. *Capf.* bilocularis. *Cor.* infundibuliformis. *Stigma* emarginatum.

XCVI. VERBASCUM. *Capf.* 2-locularis. *Cor.* rotata. *Stigma* obtufum. *Stamina* declinata.

CIII. CHIRONIA. *Capf.* 2-locularis. *Cor.* hypocrateriformis. *Antheræ* defloratæ fpirales. *Stylus* declinatus.

XCI. POLEMONIUM. *Capf.* 3-locularis. *Cor.* quinquepartita. *Stamina* valvis impofita.

CXI. VINCA. *Folliculi* 2. erecti. *Cor.* hypocrateriformis, contorta. *Semina* nuda.

OLANUM. *Bacca* 2-locularis. *Cor.* rotata. *Antheræ* ſubcoalitæ, biperforatæ.

HYSALIS. *Bacca* 2-locularis, calyce inflato. *Antheræ* approximatæ.

ROPA. *Bacca* 2-locularis. *Cor.* campanulata. *Stamina* diſtantia, incurva.

* *Flores monopetali, ſuperi.*

SAMOLUS. *Capſ.* 1-locularis, apice 5-valvis. *Cor.* hypocrateriformis. *Stigma* capitatum.

PHYTEUMA. *Capſ.* 2-3-locularis, perforata. *Cor.* 5-partita. *Stigma* 2-3-fidum.

* *Jaſione* (Claſſ. XIX.)

CAMPANULA. *Capſ.* 3-5-locularis, perforata. *Cor.* campanulata. *Stigma* trifidum.

LONICERA. *Bacca* 2-locularis, ſubrotunda. *Cor.* inæqualis. *Stigma* capitatum.

* *Rubia* (Claſſ. IV.)

* *Flores Pentapetali, inferi.*

RHAMNUS. *Bacca* 3-locularis, rotunda. *Cal.* tubulóſo-urceolatus, corollifer. *Squamæ* oris 5, convergentes.

CV. Evonymus. *Bacca* capſularis, lobata. *Cal.* patens. *Semina* baccato-arillata.

CVIII. Vitis. *Bacca* ſub 5 - ſperma. *Cor.* petala apice connata, demum emarcida, decidua. *Stylus* nullus.

* *Impatiens* et *Viola.* (Cl. xix.)

* *Flores Pentapetali, ſuperi.*

CVI. Ribes. *Bacca* polyſperma. *Cal.* corollifer. *Stylus* 2-fidus.

CVII. Hedera. *Bacca* 5 - ſperma. *Cal.* cingens fructum. *Stigma* ſimplex.

* *Flores incompleti, inferi.*

CIX. Glaux. *Capſ.* 5-ſperma, 5 - valvis. *Cal.* 5 - fidus, campanulatus.

* *Polygonum amphibium.* (Claſſ. viii.)

* *Flores incompleti, ſuperi.*

CX. Thesium. *Semen* 1. coronatum. *Cal.* 4-5 - fidus, ſtaminifer.

DIGYNIA.

* *Flores monopetali, inferi.*

CXII. Asclepias. *Folliculi* 2. *Cor.* reflexa: Nectariis 5 - auriformibus unguiculatis.

CXVIII. Swertia. *Capſ.* 1-locularis, 2-valvis. *Cor.* rotata: poris 5. nectariferis.

CXIX. Gentiana. *Capſ.* 1-locularis, 2-valvis. *Cor.* tubuloſa, indeterminata.

* *Flores Pentapetali, inferi.*

* *Staphylea pinnata.*

* *Flores incompleti.*

CXVI. Willemeta. *Sem.* 1, orbiculatum, tectum. *Cal.* 5-fidus, incrementis 5. in dorſo.

CXIV. Chenopodium. *Sem.* 1, orbiculare. *Cal.* 5-phyllus, foliolis concavis.

CXV. Beta. *Sem.* 1, reniforme. *Cal.* 5-phyllus, baſi ſemen fovens.

CXIII. Herniaria. *Sem.* 1, ovatum, tectum. *Cal.* 5 partitus. *Filamenta* 5, ſterilia.

CXVII. Ulmus. *Bacca* exſucca, compreſſa. *Cal.* 1-phyllus, emarceſcens.

* *Flores Pentapetali, ſuperi, diſpermi.*
Umbellatæ.

A. *Involucro univerſali partialique.*

CXX. Eryngium. *Flores* capitati. *Receptaculum* paleaceum.

CXXI. Hydrocotyle. *Flor.* ſubumbellati, fertiles. *Sem.* compreſſa.

CXXII. SANICULA. *Flor.* umbellati, ſubcapitati, diſci abortivi. *Sem.* muricata.

CXXIII. ASTRANTIA. *Flor.* umbellati, plurimi abortientes. *Involucra* colorata. *Sem.* rugoſa.

CXXXIV. HERACLEUM. *Flor.* radiati, abortivi. *Involucrum* deciduum. *Semina* membranacea.

CXXXVIII. OENANTHE. *Flor.* radiati, diſci ſteriles. *Involucrum* ſimplex. *Sem.* coronata, ſeſſilia.

CXXV. TORILIS. *Flor.* radiati, fertiles. *Sem.* aculeolis absque ordine poſitis hiſpidata.

CXXVI. CAUCALIS. *Flor.* radiati, abortivi. *Involucr.* ſimplex. *Sem.* aculeis per ſeries longitudinales poſitis.

CXXVII. DAUCUS. *Flor.* radiati, abortivi. *Involucr.* pinnatum. *Sem.* hiſpido - muricata.

CXXXIII. LASERPITIUM. *Flor.* floſculoſi, abortivi. *Petala* cordata. *Sem.* 4 - alata.

CXXXII. PEUCEDANUM. *Flor.* floſculoſi, abortivi. *Involucr.* ſimplex. *Sem.* depreſſa ſtriata.

CXXIX. CONIUM. *Flor.* floſculoſi, fertiles. *Petala* cordata. *Sem.* gibba, coſtato - ſulcata, crenulata. *Involucella* dimidiata.

VIII. Bunium. *Flor.* flosculosi, fertiles. *Petala* cordata. *Involucella* setacea.

XI. Athamanta. *Flor.* flosculosi, fertiles. *Petala* cordata. *Sem.* convexa, striata.

V. Bupleurum. *Flor.* flosculosi, fertitiles. *Petala* involuta. *Sem.* compressa, striata. (folia indivisa.)

VII. Sium. *Flor.* flosculosi, fertiles. *Petala* cordata. *Sem.* subovata, striata.

X. Selinum. *Flor.* flosculosi, fertiles. *Petala* cordata. *Sem.* depressa, striata.

XV. Ligusticum. *Flor.* flosculosi, fertiles. *Petala* involuta. *Involucra* membranacea.

XVI. Angelica. *Flor.* flosculosi, fertiles. *Petala* planiuscula. *Umbellulæ* globosæ.

B. *Involucris partialibus; universali nullo.*

. Aethusa. *Flor.* subradiati, fertiles. *Involucella* dimidiata.

I. Coriandrum. *Flor.* radiati, abortivi. *Fructus* subglobosi.

II. Scandix. *Flor.* radiati, abortivi. *Fructus* subulati.

CXLIV. Chaerophyllum. *Flor.* flosculosi, abortivi. *Involucella* 5-phylla.

CXXXIX. Phellandrium. *Flor.* flosculosi, fertiles. *Fructus* coronati.

CXLV. Imperatoria. *Flor.* flosculosi, fertiles. *Umbella* expanso-plana.

CXLVI. Seseli. *Flor.* flosculosi, fertiles. *Umbella* rigidula.

CXL. Cicuta. *Flor.* flosculosi, fertiles. *Petala* planiuscula. *Fructus* subovatus, sulcatus.

* *Bupleurum rotundifolium.*

* *Apium Petroselinum.*

C. *Involucro nullo, nec universali, nec partialibus.*

CXLIX. Carum. *Flor.* flosculosi, abortivi. *Semina* gibba, striata.

CXLVII. Pastinaca. *Flor.* flosculosi, fertiles. *Semina* depresso-plana.

CXLVIII. Anethum. *Flor.* flosculosi, fertiles. *Semina* marginata, striata.

CLII. Aegopodium. *Flor.* flosculosi, fertiles. *Petala* cordata. *Semina* gibba, striata.

CLI. Apium. *Flor.* flosculosi, fertiles. *Petala* inflexa. *Semina* costato-striata.

CL. Pimpinella. *Flor.* flosculosi, fertiles. *Petala* cordata. *Umbellae* ante florescentiam nutantes.

TRIGYNIA.

* *Flores ſuperi.*

III. Viburnum. *Cor.* 5-fida. *Bacca* 1-ſperma.

IV. Sambucus. *Cor.* 5-fida. *Bacca* 3-ſperma.

* *Flores inferi.*

V. Staphylea. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 2-3. inflatæ.

VI. Tamarix. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 1-loc. *Sem.* pappoſa.

VIII. Alsine. *Cor.* 5-petala. *Petala* 2-fida. *Cal.* 5-phyllus. *Capſ.* 1-locularis.

VII. Corrigiola. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-partitus. *Sem.* 1-triquetrum.

TETRAGYNIA.

IX. Parnassia. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 4-valvis. *Nectaria* 5. ciliato-globulifera.

PENTAGYNIA.

* *Flores inferi.*

XIII. Crassula. *Cor.* 5-partita. *Capſ.* 5. polyſpermæ.

XI. Linum. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 10-loc. 2-ſperma.

CLXII. DROSERA. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 6-7-8-locularis apice dehiſcens. (*Styli* ſæpe 6.)

CLX. STATICE. *Cor.* 5-partita. *Sem.* 1. calyce infundibuliformi veſtitum.

* *Ceraſtium pentandrum.* (Cl. x).

* *Spergula pentandra.* (Cl. x.)

* *Gerania pentandra.* (Cl. XVI.)

POLYGYNIA.

CLXIV. MYOSURUS. *Cal.* 5-phyllus. *Nectaria* 5, lingulata. *Semina* numeroſa.

CLASSIS V.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

LXXII. HELIOTROPIUM.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 239.

Calyx monophyllus, tubulatus, quinquedentatus, perſiſtens. *Corolla* monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* planus, ſemiquinquefidus, obtuſus: *laciniis* alternis minoribus, acutioribus, majoribus interjacentibus. *Faux* nuda. *Semina* quatuor, ovata, acuminata.

266. Heliotropium *europaeum* foliis ovatis integerrimis, tomentoſis, rugoſis, ſpicis conjugatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 187. — *Pollich. ſl. pal. n.* 180.

Heliotropium foliis petiolatis ovatis, ſpicis inferioribus ſimplicibus, ſupremis gemellis *Hall. ſtirp. helv. n.* 593.

Heliotropium majus flore albo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 605. *Icon. bona.*

Heliotropium majus Dioscoridis *Tabernæmont. hiſt. p.* 937. *Icon. — Mapp. ſl. Alſ. p.* 140.

Icon. Jacqu. ſl. Auſtr. 3. *t.* 207. — *Regnault. bot. Schkuhr. bot. Handb. t.* 29. *n.* 300.

Germ. *Europaeiſche Sonnenwende. Scorpionskraut. Warzenkraut. Krebskraut.*

Gall. *Heliotrope d'Europe.*

Hab. Paſſim in cultis ſiccioribus, agris, vineisque et hortis. Retro *Durlach* in vineis raro; in cultis ad pagos rhenanos hinc inde; in Marggraviatu ſuperiore in vineis prope *Weil*, in agris aridis circa *Neubürg* et *Baſileam*; in Alſatia circa Argentinam in agris prope *Illkirch*; in cultis prope *Ehrſtein*; inter *Gemar* et *Oſten*; in collibus *Mundolsheim* et *Niederhausbergheim*; in Sponhemia in vineis ad Moſellam, nec non prope *Martinſtein* et *Monzingen*; in Palatinatu in vineis circa *Dürkheim*; in agris inter *Worms*, *Klein-Niedesheim*, *Groſs Niedesheim* et *Lamsheim*; in vineis circa *Creuzenach*, *Sprendlingen*, *Stromberg*, et *Bacharach* poſt *Pollichium* vidi.

Flor. Julio Auguſto. *Semina* Septembri, Octobri maturat. ☉

Radix fuſiformi - ramoſa, fibroſa, fuſco-albida. *Caulis* pedalis, ſesquipedalis, quandoque minor, erectus, teres, villoſus, aſperiuſculus, ramoſus. *Rami* alterni. *Folia* alterna, petiolata, ovato - oblonga, obtuſa, integra, nervoſa, villoſa, ſubincana. *Flores* caulem ramosque terminantes, ſpicati. *Spicæ* geminæ, infimæ quandoque ſolitariæ, ſecundæ, rectæ, ſuperne incurvæ, involutæ, denſæ. *Corollæ* parvæ, in fauce plicatæ, dilute ex albido violaceo cæruleæ, quandoque albæ.

Pharm. *Heliotropii Folia*; *Semina*.

Hodie in medicina apud noſtrates fere exoleta, vix cognita.

Verrucæ cutis, hac herba affricta cito evanescunt. Efficacissima est adversus Carcinomata et ulcera gangrenosa, in quibus malis magno admodum successu ea utuntur Chirurgi, qui plantæ vires compertas habent. Joh. Bauh. l. c.

LXXIII. MYOSOTIS.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 240.

Calyx semiquinquefidus, oblongus, erectus, acutus, persistens. *Corolla* monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* cylindricus brevis. *Limbus* semiquinquefidus, planus: *laciniis* emarginatis obtusis. *Faux* clausa squamulis quinque convexis, prominentibus, conniventibus. *Semina* quatuor, ovata, acuminata, glabra, seu aculeis uncinata.

267. MYOSOTIS *palustris* perennis, calycibus obovatis, obtusis, glabris, tubo corollæ æqualibus, seminibus nudis, foliis lanceolatis.

Myosotis *perennis* caule subramoso, foliis lingulatis. *Mœnch fl. Hass. n.* 154.

Myosotis *Scorpioides* β. foliis glabris. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 188. — *Pollich. fl. pal. n.* 181. β.

Scorpiurus radice longa fibrata perenni. *Hall. stirp helv. n.* 591.

Lithospermum palustre minus, flore cæruleo et albo. *Mapp. fl. Als. p.* 179. 180.

Eufrasia cœrulea. *Tabernæmont. hist. p.* 511. *Icon.*

Icon. *Curtis. fl. Lond. t.* 165. — *Schkuhr. bot Handb. t.* 29.

Germ. *Vergifsmeinnicht. Sumpf-Maus-Ohr*

Gall. *Scorpionne des marais.*

Hab. Utrinque in humidis fylvaticis, pratis udis, ad ftagna paludes et rivulos abunde.

Flor. per totam æftatem. ♃.

Planta magis minusve glabra, interdum fubpilofa. *Corollæ* elegantiffimæ, ex pallide cæruleſcente violaceæ, rubellæ, et albidæ, fauce lutescentes.

A fequente cum qua *Linnæus* ob variationes intermedias forfan non immerito conjunxit diftinguitur: *Radice* perenni. *Caule* foliisque fucculentioribus, nudo oculo fere glabris. *Corollis* majoribus.

Planta vulgatiffima ob flores amœniffimos a puellis aliisque maxime amata; ovibus noxia.

268. Myosotis *arvenfis* annua calycibus ovalibus acuminatis, hirfutiffimis, tubo corollæ longioribus, caule ramofiffimo, foliis ovato-lanceolatis. *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 224.

Myofotis *annua* caule ramofo, foliis ovato-lanceolatis. *Mœnch. fl. Haff. n.* 153.

Myofotis *Scorpioides* α., arvenfis foliis hirfutis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 188. — *Pollich. fl. pal. n.* 181. α.

Scorpiurus annuus radice exigua. *Hall ftirp. helv. n.* 590.

Lithofpermum arvenfe minus. *Mapp. fl Alf.* 179.

Auricula muris cærulea. *Tabernæmont. hist. p.* 511. *Icon.*

β. *minor.* corollis exiguis, luteis, cæruleisque.

Lithospermum arvense minus, floribus luteis vel luteo cœruleis. *Tournef. inst. p.* 137. — *Mapp. fl. Alf. p.* 179.

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 583. — *Bulliard. herb. t.* 355.

Germ. Feldmausrohr.

Gall. Scorpionne des champs.

Hab. Utrinque in arvis, agris, ruderatis, sterilibus, frequens. β. in arvis aridis macilentis, prope *Mühlburg*, *Grünwinckel* et alibi minus frequens.

Flor. per æstatem. ⊙

Distinguitur a præcedente: *Radice* annua. *Caulibus* sæpe ramosioribus, semper hirsutis, scabris. *Foliis* omnibus calycibusque hirsutis. *Corollis* multo minoribus, cærulescentibus, albidisve.

Variatio β. Pusilla, exsucca, hirsutissima, scabra. *Corollæ* exiguæ, in singulo racemo inferiores saturate luteæ, superiores cærulescentes.

69. Myosotis *Lappula* seminibus aculeis glochidibus, foliis lanceolatis pilosis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 189. — *Pollich. fl. pal. n.* 182.

Cynoglossum glandulis in faucibus florum glabris. *Hall. stirp. helv. n.* 589.

Cynoglossum minus. *Bauh. pin. p.* 257. – *Joh. Bauh. hist.* 3. *p.* 600. *Icon.*

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 692.

Germ. Klettensaamiges Mäuseohr.

Gall. Scorpionne glouteron.

Hab. Hinc inde in ruderatis, agris, vineis, arvisque Rheno vicinis frequens; prope *Knielingen*, *Schreck*, *Graben*, *Kehl* et alibi; in Palatinatu vidi ad *Philippsburg*, sed ad vias inter *Dürckheim*, *Hartenburg* et *Franckenstein*; inter *Freinsheim*, *Callstadt*, et *Worms*; in agris Rheno vicinis abunde teste *Pollichio*; prope Argentinam in ruderatis et agris versus *Illkirch*, et circa *Schiltigheim*, nec non in vineis prope *Mittelhausbergheim* vidi.

Flor. Junio, Julio, Augusto. *Semina* Augusto Septembri maturat. ☉

Caulis pedalis, sesquipedalis et altior, erectus, teres, hirsutus, scaber, superne ramosus. Ramis alternis, florentibus erectiusculis, fructiferis maxime patentibus, elongatis. *Folia* alterna, sessilia, lanceolata, obtusiuscula, integerrima, hirsuta, scabra, patentia, sesquiunciam ad binas uncias longa, quatuor ad quinque lineas lata. *Flores* spicato-racemosi, alterni, breviter pedunculati, *Bracteis* foliaceis suboppositi. *Calyx* fructiferus stellæ in morem patens, laciniis lineari-lanceolatis, hirsutis, elongatis. *Corolla* saturatius cærulea. *Semina* setuloso-echinata, adunca, fusca.

LXXIV. LITHOSPERMUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 241.

Calyx quinquepartitus, oblongus, erectus, acutus, persistens: *laciniis* lineari-subulatis, carinatis. *Corolla* monopetala, infundibuliformis, longitudine calycis aut longior. *Tubus* cylindraceus. *Limbus* semiquinquefidus, obtusus, erectus. *Faux* perforata, nuda. *Semina* quatuor, ovato-acuminata, dura, glabra, aut rugulosa.

270. LITHOSPERMUM *officinale* seminibus lævibus, corollis, calycem vix superantibus, foliis lanceolatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 189. — *Pollich. fl. pal. n.* 183.

Lithospermum caule erecto ramosissimo, floribus calycem vix superantibus. *Hall. stirp. helv. n.* 595.

Lithospermum majus erectum. *Bauh. pin. p.* 258. — *Mapp. fl. Alf. p.* 179.

Lithospermum arvense. *Tabernæmont. p.* 1234. *Icon.*

Icon. Regnault. bot. — *Oeder. fl. Dan. t.* 1084. *Blackw. herb. t.* 436. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 29. *n.* 304.

Germ. Steinhirse. Steinsaamenkraut. Perlhirse. Wilder Thée.

Gall. Herbe aux perles. Gremil officinal.

Hab. Hinc inde ad vias lapidosas calcareas, ad fossas, in dumetis insulisque Rheni. Prope *Grötzingen*, *Berghausen* et alibi; circa

Dachsland, *Knielingen* ad vias publicas; prope Argentinam *im Ostwinkel* et *in der Ruprechtsau* frequens.

Flor. Majo, Junio, Julio. *Semina* Julio et Augusto maturat. ♃

Radix ramosa, fibrosa. *Caulis* sesquipedalis, bipedalis et altior, erectus, teretiusculus, subhirsutus, scabriusculus, foliatus, superne maxime ramosus. Ramis sparsis. *Folia* alterna, sessilia, lato lanceolata, acuminata, integerrima, nervosa, deorsum punctis hirtis scabra, læte viridia, siccitate nigricantia, binas fere uncias longa, quinque ad septem lineas lata. *Flores* spicato-racemosi, subsecundi, in alis foliorum subsessiles. *Calyx* setuloso pilosus. *Corollæ* albæ. *Semina* ovata, lapidea, glaberrima, nitida, alba.

Pharm. MILII SOLIS seu LITHOSPERMI *Semina.*

Hodie in medicina fere exoleta. Semina a quibusdam cum lacte ad dysenteriam laudantur.

271. LITHOSPERMUM *arvense* seminibus rugosis, corollis vix calycem superantibus. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 190. — *Pollich. fl. palat. n.* 184.

Heliotropium foliis lingulatis, floribus tubulosis. *Hall. stirp. helv. n.* 594.

Buglossum arvense annuum Lithospermi folio. *Mapp. fl. Alf. p.* 44.

Anchusa arvensis minor facie milii solis. *Tabernæmont. hist. p.* 1233. *Icon.*

Icon. *Oeder. fl. Dan. t.* 456.

·m. *Ackersteinsaamen-Kraut. Blut-Kraut.* *chminkwurzel.*

l. Gremil des champs.

Utrinque in agris frumentaceis, secali-is, vineis, et arvis frequens.

r. Aprili, Majo. *Semina* Junio, Julio ma-urat. ⊙

Radix ramosa, fibrosa, extus rubra, intus la. *Caulis* palmaris, pedalis et altior, ere-, subangulatus, pilis adpressis scaber, su-e ramosus. Ramis subalternis, superne sæ-inis ternisque, longioribus. *Folia* alterna, ia, lineari-lanceolata, acutiuscula, inte-hirta, deorsum aspera, quindecim lineas esquiunciam longa, binas ad tres lineas la-*Flores* racemoso-spicati, subsessiles, alter-nferiores superioribus remotiores, bracteis ceis oppositi. *Corollæ* albæ, tubus basi cir-violaceo instructus. *Semina* nigra rugosa.

Radix rubro colore tingit. Radice recenti puellæ cæ septentrionales, faciem pingunt diebus æstivis. n. fl. Suec. p. 57. — Lapp. p. 46.

2. LITHOSPERMUM *purpureo-cæruleum* seminibus lævibus, corollis calycem multoties superantibus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 190. — *Pollich. fl. pal. n.* 185.

Lithospermum caulibus decumbentibus, radicatis, ramis floralibus erectis. *Hall. stirp. helv. n.* 596.

Lithospermum minus repens latifolium. *Bauh. pin. p.* 258. — *Mapp. fl. Alf. p.* 179.

Lithospermum repens majus. *Clus. hist.* 2. *p.* 163.

prope *Mannheim* in sylvis montis c
et circa *Kembs* legit *Vulpius*. Inter c
lein et pontem majorem Birsæ, *in* c
genau; in Alsatiæ montibus retro *H*
stein versus *St. Otilien*. In Sponhemi
morosa aspera prope *Winningen* ad
lam. In Palatinatu: in monte *Donne*
in sylvis montosis asperis, versus *Ste*
Kirchheim, *Rockenhausen* et *Win*
tendentibus teste *Pollichio*.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Augusto ma

Radix ramosa, fibrosa, lignea, nig
Caules ex radice plurimi; exteriores
steriles, debiles primo erectiusculi, c
ad terram inclinati, decumbentes, long
pliciusculi, teretes, hirsuti, foliati, ve
tremitatem radicati, radiculis terram in
bus novam sobolem generantibus; int
floriferi, erecti, pedales et altiores, s
ramosi. *Folia* breviter petiolata, sæpe
alterna, oblongo-lanceolata, acuminat
gra, hirsuta, aspera, lateribus sæpe re
Flores spicato-racemosi, subsessiles,
approximati, demum remotiusculi. (

LXXV. ANCHUSA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 242.

Calyx quinquepartitus, oblongus, teres, acutus, perfiftens. *Corolla* monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus longitudine calycis. *Limbus* femiquinquefidus, erecto-patens, obtufus. *Faux* claufa fquamulis quinque, convexis, prominentibus, oblongis, conniventibus *Semina* bafi infculpta, quatuor, oblongiuscula, obtufa, gibba.

273. Anchusa *officinalis* foliis lanceolatis, fpicis imbricatis, fecundis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 185. — *Pollich. fl. pal. n.* 186.

Bugloffum anguftifolium majus flore cæruleo et albo. *Bauh. pin. p.* 256. — *Mapp. fl. Alf. p.* 43. 44.

Bugloffa prima vulgaris. *Tabernæmont. hift. p.* 801. *Icon.*

Icon. Regnault. bot. — *Blackw. herb. t.* 500. *Oeder. fl. Dan. t.* 572. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 29. *n.* 307.

Germ. Gemeine Ochfenzunge.

Gall. Bugloffe officinale. Bugloffe vivace.

Hab. Hinc inde in ruderatis, hortorum rejectamentis ad pagos, nec non ad viarum verfuras et margines, ut et in pascuis aridis, agrisque.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio, Augufto maturat. ♂

Radix fubcylindrico - fufiformis, extus fa, intus incarnata, centro medullari rul orbiculato, prædita. *Caulis* fesquipedalis, pedalis et altior, erectus, obfolete anguli hirfutus, fcaber, fuperne ramosus, Rami ternis. *Folia* alterna, lineari-lanceolata, ta, margine integriuscula, minutim erofo-ticulata, utrinque hirfuta, fcabra, 4-6 un longa; feptem ad novem lineas lata, infei bafi attenuata, petiolata, reliqua feffilia, latiora. *Flores* fpicati. *Spicæ* conjugatæ, cteatæ, fecundæ, hirtæ, apice revolutæ. *rollæ* limbus planus, faturate e violaceo ruleus, incarnatus, quandoque albus.

Pharm. *Buglossi Radix; Herba; Fl*

Apes ex floribus mella colligunt.

Herba oleracea, tenera, primo vere cum oler quitur in Uplandia. Linn. fl. Suec. p. 57.

Radix mucilaginofa, infipida, aperientes vires h

Nihil ad exhilarandum animum confert, licet I res ad quatuor Cordiales relati fuerint.

Hodie in medicina apud noftrates fere exoleta.

274. Anchusa *anguftifolia* race fubnudis, conjugatis. *Linn. Sp. pl. p.* *Pollich. fl. pal. n.* 187.

Bugloffum foliis linguiformibus, afperis, cis fupremis gemellis. *Hall. ftirp.* I *n.* 599.

Bugloffum anguflifolium minus. *C. B* *pin. p.* 256. — *Mapp. fl. Alf. p.* 44.

Germ. *Schmalblättrige Ochfenzunge.*

Gall. *Bugloffe a fevilles minces.*

Hab. Cum præcedenti, præsertim ad viarum et agrorum margines arenosos.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio, Augusto maturat. ♂

Nimis affinis præcedenti, a qua tantum differre videtur. *Caulibus* magis hirsutis. *Foliis* angustioribus, hirsutioribus. *Bracteis* brevioribus, angustioribus. *Calycinis* laciniis tenuioribus, magis angustatis, hirsutisque.

Forsan præcedentis modo variatio, ad quam etiam Ill. Hallerus remittit.

Proprietates præcedentis possidet.

LXXVI. CYNOGLOSSUM.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 243.

Calyx quinquepartitus, oblongus, teres, acutus, persistens. *Corolla* monopetala, infundibuliformis, longitudine calycis. *Tubus* cylindraceus, limbo brevior. *Limbus* semiquinquefidus, obtusus. *Faux* clausa, squamulis quinque, convexis, prominentibus conniventibus. *Arilli* seminum quatuor, depressi, subrotundi, extrorsum obtusiores, scabri, muricati, non dehiscentes, latere exteriore planiusculi, apice affixi. *Semina* quatuor, subovata, gibba, acuminata, glabra.

175. Cynoglossum *officinale* staminibus corolla brevioribus, foliis lato-lanceolatis, tomentosis sessilibus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 192. — *Pollich. fl. pal. n.* 188.

Cynoglossum foliis ellipticis lanceolatis se-

riceis, caule foliofo. *Hall. ftirp. helv. n.* 587.

Cynogloffum majus vulgare. *C. Bauh. pin. p.* 257. — *Mapp. fl. Alf. p.* 85. *n.* 1. 2.

Cynogloffum cum flore. *Tabernæmont. hift. p.* 1113. *Icon.*

Icon. Curtis. fl. Lond. t. 149. — *Oeder. fl. Dan. t.* 1147. — *Blackw. herb. t.* 249. — *Regnault. bot.* — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 30.

Germ. Hundszunge. Groſse Hundszunge.

Gall. Langue de Chien. Cynogloffe.

Hab. Paffim in ruderatis, ad vias et muros, præfertim ad pagorum et urbium rejectamenta.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio, Augufto maturat. ♂

Radix ramofa, majuscula, extus fusco-nigricans, intus alba, centro medullari orbiculato amplo prædita. *Caulis* fesquipedalis, bipedalis et altior, erectus, fulcato-angulatus, villofus, fimpliciusculus, fuperne ramofus. Rami alterni, erecti, fubdichotomi. *Folia* alterna, fparfa, integra, utrinque pubescentia, mollia, acuta; inferiora in petiolum decurrentia, lanceolata, fuperiora feffilia, lineari-lanceolata, 3-4-7 uncias longa, quinque lineas ad femiunciam lata. *Flores* fpicato-racemofi. *Racemis* floriferis fecundis, fubrotundis; fructiferis elongatis. *Corollæ* obfcure purpureo-fanguineæ, rarius albæ, venis, purpureis pictæ.

Pharm. CYNOGOSSI RADIX; *Herba.*

Planta odoris tædiofi, fubhircini, narcotici, viribus narcoticis, antifpasmodicis, dotata.

Ovibus noxia. Pediculos pellit.
Flores apibus mella et ceram præbent.

176. CYNOGLOSSUM *ſylvaticum* ſtaminibus corolla brevioribus, foliis lanceolatis aſperis, planis, ſubſeſſilibus, remotis. *Hæncke. Jacqu. Coll.* 2. *p* 77.

Cynogloſſum *ſylvaticum* ſtaminibus corolla brevioribus, foliis ſpatulato-lanceolatis, lucidis, nudiusculis, ſubtus ſcabris. *Smith. comp. fl. Brittann. p.* 68.

Cynogloſſum *montanum* ſtaminibus corolla brevioribus, foliis viridibus, ſubaſperis; radicalibus ovato-lanceolatis, petiolatis; caulinis oblongis ſeſſilibus. *Lamarck. Encycl.* 2. *p.* 237.

Cynogloſſum *Dioscoridis* foliis oblongis, aveniis, hiſpidis, ſtaminibus corolla brevioribus. *Villars. fl. Delph.* 2. *p.* 457.

Cynogloſſum foliis planis ſeſſilibus elliptico-lanceolatis aſperis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 588.

Cynogloſſum montanum virenti folio, minore flore. *Tournef. inſt. p.* 139.

Cynogloſſa folio virenti. *Joh. Bauh hiſt.* 3. *p.* 600 *deſcript.* (*Icon Asperuginis.*)

Germ. Groſſe Wald-Hundszunge.

Gall. Langue de chien des bois.

Hab. In montoſis ſylvaticis umbroſis humidiusculis *auf dem Mercuriusberg* prope *Baden* raro; in Marggraviatu ſuperiore *auf dem Kaiſerſtuhl;* in Alſatiæ monte prope *Maſſe*

münster teste *Joh. Bauhino*; in ditione Basilensi prope *Rothenflue* in sylvis t. *Zeyhero*; in Palatinatu in sylvis montis *Donnersberg* abunde teste *Pollichio*.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ♂

Differt a præcedente, cum qua *Linnæus*, *Pollichius*, aliique conjungebant. *Caule* altiore, læte viridi, hirto. *Foliis* minus copiosis, sparsis, sed remotioribus, inferioribus petiolatis, superioribus semiamplexicaulibus, spathulato-lanceolatis, acuminatis, utrinque asperis, hirtis, læte vel ex flavicante viridibus, longioribus, latioribusque. *Floribus* racemoso-spicatis. *Calycibus* læte viridibus, hirsutis. *Corollis* duplo minoribus, pallide ex albo-cærulescentibus, venis purpurascentibus pictis. *Odore* multo remissiore, vix ullo, nec tædioso. Loco natali sylvatico, porro facie non tomentosa-albida, sed virente.

Obs. Planta ex seminibus in horto culta, constantissima permansit; hinc omni jure a C. officinali separanda.

Non confundenda cum C. apennino, aut subaffini C. virginico. Linn.

Hoc Cynoglossum frequentius in regionibus calidioribus Galliæ et Hispaniæ venit, ubi præsertim in sylvaticis submontosis umbrosis, Pyrenæos versus vidi.

LXXVII. PULMONARIA.

Linn Gen. pl. ed. Schreb. n. 244.

Calyx monophyllus, quinquedentatus, prismatico-pentagonus, persistens. *Corolla* monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus,

longitudine calycis. *Limbus* ſemiquinquefidus, obtuſus, erecto-patens. *Faux* pervia. *Semina* quatuor, ſubrotunda, obtuſa.

277. PULMONARIA *officinalis* foliis radicalibus ovato-cordatis ſcabris. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 194. — *Pollich. fl. palat. n.* 190. — *Hall. ſtirp. helv. n.* 597.

Pulmonaria Italorum ad Bugloſſum accedens. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 595. *Ic.* — *Mapp. fl. Alſ. p.* 253.

Pulmonaria maculoſa mas. *Tabernæmont. hiſt. p.* 948. *Ic.*

β. Foliis non maculatis.

Pulmonaria folio non maculoſo. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 169. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 253.

Pulmonaria Plinii fœmina. *Tabernæmont. hiſt. p.* 948. *Icon.*

Icon. Regnault. bot. — *Oeder. fl. Dan. t.* 482. *Blackw. herb. t.* 376. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 30.

Germ. Lungenkraut. Geflecktes und ungefleckte Lungenkraut. Hirschkohl.

Gall. Herbe de cœur. Herbe oux poûmons.

Hab. Utrinque in ſylvarum dumetis humidiusculis, ſylvisque cæduis paſſim frequens.

Flor. Martio, Aprili, Majo. *Semina* Junio, Julio maturat. ♃

Radix ſublignoſa, ramoſa, extus nigra. *Caules* ex una radice plures, palmares, pedales, erecti, angulati, hirti, ſcabri, ſimpliciusculi.

Folia radicalia longe petiolata, cordato-ovata, integra, caulinis latiora; caulina alterna, sessilia, ad caulem subdecurrentia, ovato-oblonga, acuta, pilis brevibus ciliata, scabriuscula, integra, subtus pallidiora, sesquiunciam ad binas uncias longa, unciam circiter lata. *Flores* terminales, corymboso-racemosi. *Corollæ* faux pilis barbata. *Limbus* in junioribus corollis, amœne purpureus, demum cœruleus.

Variat. Corollis albis; huc pertinet: Pulmonaria vulgaris latifolia, flore albo. *Mapp. fl. Alſ. p.* 253.

Pharm. PULMONARIÆ MACULOSÆ *Herba.*

Flores apibus mella largiuntur.

Herba olim vulneratis et phtisicis commendata. Anglis et nonnunquam Germanis in usu culinari est; pecoribus grata; submucilaginosa, subadstringens.

278. PULMONARIA *angustifolia* foliis radicalibus lanceolatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 194. — *Pollich. fl. pal. n.* 189. — *Hall. stirp. helv. n.* 598.

Pulmonaria angustifolia, cæruleo flore. *J. Bauh. hist.* 3. *p.* 596. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 254.

Pulmonaria Plinii angustifolia. *Tabernæmont. hist. p.* 948. (*Icon. bona.*)

Pulmonaria quinta Pannonica. *Cluſ. hist.* 2. *p.* 170. *Icon.*

Icon. *Oeder. fl. Dan. t.* 483.

Germ. *Schmalblättriges Lungenkraut.*

Gall. *Pulmonarie à feuilles étroites.*

ab. In dumetis calcareo-lapidosis ficcioribus prope *Stein*, et inter *Stein* et *Bauschlott* cum Mercuriali *perenni*; ad rivum prope *Domum novam*: (*Neuhaus*) in vicinia Basileæ teste *Hallero*; in Alsatiæ dumetis prope *Hoch-Landsberg*, in sylva versus *Hochfeld*; in Palatinatu, prope *Lautern* circa *Erfenbach* in dumetis humidiusculis umbrosis; in virgultis et sylvis opacis inter *Berstadt* et *der langen Meil*; in montibus lapidosis inter *Bingen* et *Stromberg* post *Pollichium* vidi.

or. Aprili, Majo. *Semina* Junio, Julio maturat ♃

Affinis præcedenti, a qua differt: *Caulibus* ioribus. *Foliis* radicalibus ovato-lanceolatis, petiolum decurrentibus, magis acuminatis, ɔerioribus subcordato-ovatis, quandoque ova-lanceolatis, sessilibus.

Nota. Certe specie a præcedente distincta, in horto culta constans est.

ɔf. Sine dubio duæ distinctæ species sub P. angustifolia Linn. militant; nostra nempe et alia magis hirsuta, foliis radicalibus elongato-lanceolatis angustioribus in petiolum decurrentibus longitudine fere caulis, magis hirsutis, caulinis ovato-lanceolatis, angustioribus, sessilibus. Hanc comprehendere videntur Clusius sub Pulmonaria tertia austriaca. l. c. p. 169. Icon. — Tabernæmontanus sub Pulmonaria prima angustifolia l. c. p. 948. Icon.

LXXVIII. SYMPHYTUM.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 245.

Calyx quinquepartitus, erectus, pentagonus, ;utus, persistens. *Corolla* monopetala, cam-

panulata. *Tubus* brevissimus. *Limbus* subulato-ventricosus, tubo paulo crassior: *ore* quinque-dentato, obtuso, reflexo. *Faux* munita radiis quinque subulatis, limbo brevioribus, in conum conniventibus. *Semina* quatuor, gibba, acuminata, apicibus conniventia.

279. SYMPHYTUM *officinale* foliis ovato-lanceolatis decurrentibus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 195. — *Pollich. fl. pal. n.* 191. — *Hall. stirp. helv. n.* 600.

Symphytum Consolida major, flore purpureo, quæ mas. *Bauh. pin. p.* 259. — *Mapp. fl. Alf. p.* 298.

Symphytum majus flore purpureo. *Tabernæmont. hist. p.* 949. *Icon.*

β. Corollis albis, vel lutescentibus.

Symphytum Consolida major, flore albo vel pallide luteo. *Bauh. pin. p.* 259. — *Mapp. fl. Alf. p.* 299.

Symphytum major flore albo. *Tabernæm. hist. p.* 949. *Icon.*

Icon. Curtis. fl. Lond. t. 230. — *Oeder. fl. Dan. p.* 664. — *Regnault. bot.* — *Blackw. herb. t* 252. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 30.

Germ. Grosse Wallwurzel. Beinheil.

Gall. Grande Consoude. Consoude officinale.

Hab. Utrinque in pratis humidiusculis ad fossas pratorum, nec non in virgultis, salicetis ad sylvarum pratorumque marginalia uda, præsertim in Rheni vicinia hinc inde

frequens cum Iride *Pseudacoro* et Lythro *Salicaria*.

lor. Majo, Junio. *Semina* Julio, Augusto maturat. ♃

Radix magna, ramosa, ramis cylindricis, :tus nigra, intus alba, carnoso-mucilaginosa, ntro orbiculari amplo punctis adsperso, præta. *Caules* e radice plures, bipedales et al›res, angulati, scabri, subramosi. *Rami* erei, alterni. *Folia* radicalia ovato-lanceolata, petiolum decurrentia, caulina alterna, petiota, ad caulem utrinque decurrentia, acumiıta, integra, rugosa, hirsuta, scabra. *Flores* ırymboso-racemosi. *Racemis* conjugatis, nuntibus, unilateralibus. *Corollæ* purpureæ, purıreo-cæruleæ, roseæ, variegatæ, pallide luæ et albidæ.

harm. SYMPHYTI *s.* CONSOLIDÆ MAJORIS *Radix; Herba; Flores.*

Ex floribus multum mellis apes congerunt.

Radix recens maxime mucilaginosa, adstringens, crassantes, emollientes et vulnerarias habet qualitates, im præsertim ad ulcera consolidanda, hinc nomen Conlidæ. Hodie a quibusdam in medicina certe nimis gligitur.

Decoctum radicis in ore detentum in sistenda salitione nimia, magno sæpe cum effectu adhibetur, sed vendum ne nimis viscidum crassumque evadat.

Radix Symphyti mense Octobri collecta et decocta m corio, illud flexile reddit. Ad conficiendos folles gni usus; coquuntur libræ decem radicis in Ampho- (Eymer) aquæ, ad remanentiam dimidiæ partis, et nor corio illinitur, quo facto non amplius durescit. ıbernæm. l. c.

Gluten ex Symphyto fit ad lanam caprarum Ancyıarum ita necessarium, ut absque eo in fila duci ne:at. Leisten chem. tillampning til Ullen ınufact. p. 9.

Pulvis radicis cum aqua coctus, et per linteum expressus, pulchrum colorem Kermesinum dat. Hallot p. 357.

LXXIX. CERINTHE.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 246.

Calyx quinquepartitus: laciniis oblongis, æqualibus, persistentibus. *Corolla* monopetala, tubulata. *Limbus* quinquefidus. *Faux* nuda, pervia. *Semina* duo, ossea, nitida, subovata, extus gibba, bilocularia, in calyce persistente.

280. CERINTHE *minor* foliis amplexicaulibus integris, fructibus geminis, corollis acutis clausis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 196. *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 210.

Cerinthe minor. *Bauh. pin. p.* 258. — *Tabernemont. hist. p.* 805. *Icon.*

Cerinthe minor f. quarta. *Clus. hist.* 2. *p.* 168.

Icon. Jacqu. fl. Austr. t. 124.

Germ. Kleine Cerinthe.

Gall. Cerinthe mineur. Melinet.

Hab. In plaga Basileensi circa *Pfirt* in agris, ubi invenit *Cl. Lachenal.*

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto et Septembri matura. ⊙

Radix ramosa, fusco-albida. *Caulis* pedalis, sesquipedalis, erectus, teres, ramosus. *Folia radicalia* in petiolum decurrentia, obovata; *caulina* amplexicaulia, cordato-ovata, obtusa, integra, subtus glauca, supra viridia, pallide sæpe maculata, glabra. *Bracteæ* foliaceæ, con

lato-ovatæ, acutiusculæ, margine ſubdenticulatæ, glabræ. *Flores* axillares, pedunculati, uniflori, nutantes. *Calycis foliola* inæqualia, duo exteriora latiora, ovata vel ſubcordata, tria interiora anguſtiora, oblonga, omnia minutim ſerrulata. *Corollæ* flavæ, calyce paulo longiores, tubuloſæ, ad medium fere quinquefidæ; *laciniis* oblongo-lanceolatis, acuminatis, erectis, concavis. *Antheræ* acuminatæ, erectæ, baſi bifidæ. *Semina* bilocularia, nigra, ſplendentia.

Obſ. Planta in horto culta omnino annua eſt.
Ex floribus apes mel et ceram colligunt.

LXXX. BORAGO.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 248.

Calyx quinquepartitus, perſiſtens. *Corolla* monopetala, rotata, longitudine calycis. *Tubus* calyce brevior. *Limbus* quinquepartitus, rotatus, planus. *Faux* coronata prominentiis quinque emarginatis obtuſis. *Semina* quatuor, ſubrotunda, rugoſa, apice extrorſum carinata, baſi globoſa, receptaculo excavato longitudinaliter inſerta.

281. BORAGO *officinalis* foliis omnibus alternis; calycibus patentibus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 197.

Borago foliis aſperis lanceolatis, palis florum duplicatis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 607.

Bugloſſum latifolium, Borago. *Bauh. pin. p.* 256.

Borrago I. II. III. *Tabernæmont. hiſt. p.* 799. *Icon.*

Icon. *Regnault. bot.* — *Blackw. herb. t.* 36. *Schkuhr. bot. Handb. t.* 31.

Germ. *Boragen. Boretsch.*

Gall. *Borage. Bourrache.*

Hab. Passim circa pagos et urbes in ruderatis, et hortorum rejectamentis. Circa *Carlsruhe an der neuen Strasse über die Schiesswiese*, prope *dem Holzmagazin* et alibi, sine dubio ex hortis exsul.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto, Septembri maturat. ⊙.

Radix ramosa, fibrosa. *Caulis* palmaris, pedalis et altior, erectus, sulcato-angulatus, hispidus, ramosus. *Ramis* alternis, diffusis. *Folia* alterna, sessilia, amplexicaulia, ad caulem subdecurrentia, ovato-oblonga, obtusa, nervoso-rugosa, hispido-scabra, succulenta. *Flores* corymboso-racemosi: Racemo bifido, secundo, nutante, folioso, hispido. *Corollæ* Limbus patentissimus, rotatus, violaceo-cæruleus, incarnatus, quandoque albus, amœnissimus.

Pharm. Boraginis *Herba; Flores.*

Flores apibus mel largiuntur, hinc sæpe in viciniis apiariorum colitur.

Folia tenella in acetariis et instar oleris cocta comeduntur.

Radix mucilaginosa. Succus herbæ expressus post depurationem inspissatus, verum Nitrum prismaticum continet. Marggraf. Mem. de l'Ac. d. Sc. de Berlin 1747. Idem jam antea observavit Boulduc in Mem. de l'Ac. des Sc. de Paris 1734. p. 101. sq.

Hodie in medicina fere exoleta. Flores sine dubio ob elegantiam inter quatuor cordiales recepti.

LXXXI. LYCOPSIS.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 250.

Calyx quinquepartitus: *laciniis* oblongis, acutis, patulis, perſiſtentibus. *Corolla* monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, curvato-flexus. *Limbus* ſemiquinquefidus, obtuſus. *Faux* clauſa ſquamulis quinque convexis, prominentibus, conniventibus. *Semina* quatuor, ſublonga.

282. LYCOPSIS *arvenſis* foliis lanceolatis, hiſpidis, calycibus florescentibus erectis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 199. — *Pollich. fl. palat. n.* 192.

Lycopſis foliis aſperrimis undulatis ſerratis, linguiformibus. *Hall. ſtirp. helv. n.* 605.

Bugloſſum ſylveſtre minus. *Bauh. pin. p.* 256. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 44.

Echium Fuchſii ſive Borrago ſylveſtris. *Joh. Bauh. hiſt.* 3. *p.* 581. *Icon.*

Icon. Curtis. fl. Lond. t. 336. — *Oeder. fl. Dan. t.* 435. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 31.

Germ. Ackerkrummhals. Ackerochſenzunge.

Gall. Grippe des champs.

Hab. Utrinque in agris, arvis, et ruderatis, ad viarum margines frequens.

Flor. per totam æſtatem. *Semina* Auguſto, Septembri maturat. ⊙

Radix cylindrico-fuſiformis, ſubramoſa, albida. *Caulis* pedalis, ſeſquipedalis et altior,

erectus, sulcato-angulatus, tuberculatus, setuloso-hispidus, subdichotomus. *Folia* alterna, sessilia, amplexicaulia, lanceolato-lingulata, margine subsinuato-dentata, sæpe undulata, utrinque tuberculato-setuloso-hispida, aspera. *Flores* corymboso-racemosi. *Racemis* secundis, apice incurvis, inferne laxioribus. *Corollæ* cærulei, venis aquosis, albidis aut rubellis pictæ.

Nota. Facile dignoscitur Tubo corollæ incurvato-flexo.

Pharm. Buglossi sylvestris *Radix.*

Planta succulenta, insipida, inodora, tenella adhuc, ut Borago pro acetariis non inepta.

Ovibus bonum præbet pabulum, et peracceptum.

Apes ex floribus mel colligunt.

Hodie in medicina plane exoleta.

Obs. Lycopsis vesicaria et pulla Linn. hucusque apud nos nondum repertæ sunt; Asperugineam quoque procumbentem in regionibus calidioribus præsertim in cultis, olivetis et agris tam copiose obvenientem, hucusque frustra in regionibus nostris quæsivi.

LXXXII. ECHIUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 251.

Calyx quinquepartitus, erectus, persistens: *laciniis* subulatis, erectis. *Corolla* monopetala, campanulata, angulata. *Tubus* brevis. *Limbus* erectus, sensim ampliatus, quinquefidus, obtusus: *laciniis* inæqualibus, superioribus duobus longioribus, infima minore acuta, reflexa. *Faux* ampliata, pervia. *Semina* quatuor, subrotunda, oblique acuminata.

283. ECHIUM *vulgare* caule tuberculoso hispido, foliis caulinis lanceolatis hispidis, floribus spicatis lateralibus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 200. — *Pollich. fl. palat. n.* 193.

Echium foliis asperis lingulatis, calycibus hirsutis ex singulis alis spiciferum. *Hall. stirp. helv. n.* 603.

Echium vulgare. *Joh. Bauh. hist.* 3. *p.* 586. *Icon.* — *C. Bauh. pin. p.* 254. — *Mapp. fl. Als. p.* 95.

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 445. — *Blackw. herb. t.* 299. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 32.

Germ. Gemeiner Natterkopf. Frauenkrieg. Stolzer Heinrich. Wilde blaue Ochsenzunge.

Gall. Herbe aux Vipers.

Hab. Utrinque passim in pascuis sabulosis, ad agrorum margines, in ruderatis saxosis, muris, nec non ad rudera arcium et castellorum antiqua collapsa cis et transrhenana abunde. Circa *Carlsruhe* ad *Scheibenhardt* muros villæ circumdatos egregie ornat.

Flor. Junio, Julio, Augusto. *Semina* Augusto et Septembri maturat. ♂

Radix ramosa, crassa, fibrosa, extus fusco-nigricans, intus alba. *Caulis* 2 - 3 - 5 pedalis, erectus, teres, firmus, tuberculis nigris aut fuscis aspersus, hirsutus, scaber, ramosus. Ramis alternis. *Folia* radicalia in petiolum decurrentia, caulina alterna, sessilia, omnia lingulato-lanceolata, integerrima, utrinque hirsutie bulbosa, scabra. *Flores* longe spicati. *Spica* densa, unilateralis, apice incurva. *Calyx* hispidus. *Corollæ* amœnissime primo purpureæ,

demum violaceo - cæruleæ, rarius albæ. *Stamina* exserta, sursum curva.

Pharm. ECHII f. VIPERINI *Radix; Herba; Semina.*

E floribus apes mel congerunt.

Planta florens ad rudera antiqua collapsa murosque, certe insigne decus.

Radix fere insipida, olim contra Epilepsiam laudabatur.

Herba adhuc puella succulenta, emollientes, demulcentes et nutrientes habet virtutes; olim præcipue contra serpentum viperarum morsus pota et imposita, maxime celebrata est; quæ vis etiam seminibus sine dubio ob formam aliquatenus capiti serpentis analogam, tribuitur.

Hodie in medicina fere exoleta.

Obs. Echium violaceum. Linn. in regionibus calidioribus obveniens hucusque apud nos non lectum est.

LXXXIII. ANDROSACE.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 257.

Involucrum polyphyllum, multiflorum. *Calyx* monophyllus, pentagonus, semiquinquefidus, acutus, erectus, persistens. *Corolla* monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* ovatus, calyce obvolutus. *Limbus* planus, quinquepartitus: *laciniis* ovato - oblongis, obtusis, integris. *Faux* glandulis obsessa. *Capsula* globosa, calyci plano insidens, unilocularis, quinquefariam apice dehiscens, polysperma.

84. ANDROSACE *maxima* perianthiis fructuum maximis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 201. *Pollich. fl. pal. n.* 194.

Androſace ſtipulis quinis ampliſſimis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 624.

Androſace altera. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 134. *Icon.*

Androſace Mathioli ſecunda. *Tabernæm. hiſt. p.* 1203. *Icon.*

con. Jacqu. fl. Auſtr. t. 331.

erm. Groſser Mannsharniſch.

all. Androſace majeur.

ab. In Sponhemia: in agris et vineis prope *Winningen* ad Moſellam nec non prope *Weyler* et *Monzingen.* In Palatinatu in agris inter *Worms* et *Klein-Niedesheim*; retro *Kirchheim* in arvis inter *Marum*, *Gaſum* et *Stetten*, teſte *Pollichio*; inter *Mainz* et *Oppenheim* in agris poſt *Dillenium* vidi.

lor. Aprili, Majo. *Semina* Julio maturat. ☉

Radix fuſiformis, tenuis, ſubfibroſa, fuſca. *capi* e radice plures, digitales, palmares et altioes, erecti, teretes, nudi, ſubvilloſi, ſimpliciſimi. *Folia* radicalia in orbem congeſta, ſeſſilia, vata, leviter ſubſinuato-denticulata, glabra, raſſiuscula, ſemunciam ad unciam longa, 5-7-ineas lata. *Flores* ſcapum terminantes, in umellam ſimplicem digeſti. *Umbella* erecta, 5-8-10 flora. *Involucrum* 5-8-10 phyllum, patens. *Foliola* obovata, integra, aut rariter obſolete denticulata, glabra, quatuor ad quinque lineas longa, tres ad quatuor lineas lata. *Calycis* tubus albide villoſus. *Laciniæ* quinque, patentes, ellipticæ, acutæ, rariter ſerrato-denti-

culatæ, in fructu ampliores, fusco - rufescentes, villosiusculæ. *Corolla* calyce duplo brevior: Laciniæ obovatæ, integræ, albæ.

285. ANDROSACE *lactea* foliis linearibus glabris, umbella involucris multoties longiore. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 204.

Aretia foliis gramineis, scapis paucifloris. *Hall. stirp. helv. n.* 622.

Androsace alpina perennis angustifolia, glabra flore singulari. *Tournef. inst. p.* 123. *Mapp. fl. Als. p.* 23.

Sedum alpinum gramineo folio, lacteo flore. *Bauh. pin. p.* 284.

Sedum minus nonum. *Clus. hist.* 2. *p.* 61.

Icon. Jacqu. fl. Austr. vol. 3. *t.* 333.


Germ. Milchweisser Mannsharnisch.

Gall. Androsacé lactée.

Hab. In monte *Wasserfall* Juræ Alsatiæ, teste *C. Bauhino*, *Hallero* et *Lachenalio*; *auf der Callenflur Zeyherus* vidit.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri maturat. ♃

Radix repens, articulata, fibrosa, fusca. *Scapi* quatuor ad septem uncias longi, erectiusculi, filiformes, tenues, nudi, simplicissimi. *Folia* radicalia in orbem densiuscule congesta, sessilia, linearia, angusta, integra, margine subreflexa, saturate viridia, glabra, per lentem subvillosa, septem ad octo lineas longa, dimidiam lineam vix lata. *Flores* singulum scapum terminantes, solitarii, aut umbellati, biflori,



ndrosace Lachenalii p. 457.

r del.   *H....g sc.*

rarius triflori. *Involucrum* ſubtriphyllum, *foliolis* lanceolatis, acutis, concavis, glabris, lineam ad binas lineas longis, in unifloro individuo aut nullis, aut binis, ternis, minoribus. *Pedunculi* filiformes, tenues, erecti, ſesquiunciam ad binas uncias longi. *Calyx* pentagonus, campanulatus, ſemiquinqueſidus. Laciniis acutis, corolla brevioribus. *Corollæ* tubus flavus. Laciniæ quinque, obcordatæ, apice emarginatæ, planæ, niveæ. *Capſula* rotunda, longitudine calycis.

Nota. Individuum deſcriptum generoſiſſimo Lachenalio debeo, qui illud loco citato colligebat.

Obſ. Recedit ab A. lactea in alpibus helveticis et in pyrenæis lecta. Scapis longioribus, ſæpiſſime unifloris.

286. ANDROSACE *Lachenalii* foliis lanceolatis, obtuſis, ſeſſilibus, craſſiuſculis, ſubhirſutis, margine ſetuloſo-ciliatis, ſcapo multifloro, involucris umbella multo brevioribus.

Aretia foliis craſſis rugoſis gramineis, ſcapis multifloris? *Hall. ſtirp. helv. n.* 619. Excluſa tab. 17. quæ ad *A. carneæ Linn.* variationem β. pertinet.

Gall. Lachenaliſcher Mannsharniſch.

Gall. Androſace de Mr. Lachenal.

Hab. In ſummo monte *Ballon* Alſatiæ teſte *Hallero* et *Lachenalio.*

Flor. Julio, Auguſto. *Semina* Septembri maturat. ♃

Radix ramoſo fibroſa, tenuis, fusca. *Scapi* ex radice 1-2-3, digitales et altiores, erecti,

firmi, subhirsuti. *Folia radicalia* numerosa, in rosulam digesta, sessilia, lanceolata, plana, crassiusoula, subrugosa, integra, apice obtusiuscula, subhirsuta, margine setuloso-albide ciliata, 7-lineas, ad unciam longa, binas ad tres lineas lata, pallide viridia. *Umbella* terminalis, 3-5-7 radiata. *Radii* seu pedunculi filiformes, erecti, unciales, hirsuti, uniflori. *Involucrum* 3-5-7 phyllum. *Foliolis* lanceolatis, hirsutis, erectis, umbella multoties brevioribus. *Calyx* pentagonus, ad medium quinquefidus: *Laciniis* argute lanceolatis, firmis, erectis, hirsutis, laete viridibus. *Corolla* dilute carnea.

Nota. Descriptionem dedi ad individuum ab amicissimo Lachenalio l. c. repertum, mihi communicatum.

Obs. Forsan hucusque militabat sub variatione β. Androsaces carneae. Linn. Sp. pl. 1. p. 204. a qua differt: Radice tenuiore. Scapis altioribus. Foliis multo latioribus, non linearisubulatis, minus firmis, non tam dense congestis. Umbellarum radiis multo longioribus, tenuioribus. Involucris semper multo brevioribus.

Differt ab Androsace obtusifolia Allionii fl. Pedem 1. Tab. 46. f. 1. Scapis brevioribus. Foliis minus dense congestis, obtusis, non glabris.

Maxime affinis A. brevifoliae Villarsii fl. Delph. 2. p. 480. n. 7. t. 15. a qua differt. Foliis non petiolatis, obtusis, nec acutis, duplo longioribus. Scapis 3-5-7 floris, nec 8-9 floris.

Lachenalii plantam nec in Pyrenaeis, ubi praesertim in summo monte Canigou aliisque montium jugis A. carnea Linn. var. β. seu Aretia foliis ciliatis-linearibus, floribus umbellatis Hall. Enum. 486. 5. tab. 7. maxima in abundantia obvenit, neque in Helvetiae alpibus vidi.

LXXXIV. PRIMULA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 258.

Involucrum polyphyllum, multiflorum, minimum. *Calyx* monophyllus, tubulatus, pentagonus, quinquedentatus, acutus, erectus, persistens. *Corolla* monopetala. *Tubus* cylindraceus, terminatus collo parvo hemisphaerico. *Limbus* patens, semiquinquefidus: *Laciniis* obcordatis, emarginatis, obtusis. *Faux* pervia. *Capsula* teres, tecta, unilocularis, dehiscens, apice decemdentata. *Semina* numerosa, subrotunda.

287. PRIMULA *officinalis* foliis rugoso dentatis, scapis multifloris, floribus omnibus nutantibus, calyce tubo corollae aequante, limbo corollarum concavo.

Primula *veris officinalis* foliis dentatis rugosis, limbo corollarum concavo. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 204. — *Pollich. fl. palat. n.* 195. *α.*

Primula foliis rugosis, dentatis, hirsutis, scapis multifloris, floribus omnibus nutantibus. *Hall. stirp. helv. n.* 610.

Primula veris odorata flore luteo simplici. *J. Bauh. hist.* 3. *p.* 495. — *Mapp. fl. Als. p.* 252.

Primula veris. *Tabenaemont. hist. p.* 699. *Icon.*

Icon. Regnault. bot. — *Bulliard. herb. t.* 171. *Oeder. fl. Dan. t.* 433. — *Schkuhr. b. Handb. t.* 33.

Germ. *Gebräuchliche Schlüsselblume; Wohlriechende, Wiesenschlüsselblume.*

Gall. *Primevere; Primerole.*

Hab. Utrinque in pratis præsertim apricis montanis et pomariis frequens.

Flor. Aprili, Majo. *Semina* Junio, Julio maturat. ♃

Radix subcylindrica, descendens, tuberculoso-geniculata, fibris filiformibus, longiusculis instructa, albida. *Scapi* e radice sæpe plures, digitales, semipedales et altiores, simplicissimi, erecti, teretes, pubescentes, nudi, foliis duplo longiores. *Folia* radicalia in orbem congesta, in petiolum decurrentia, ovato-oblonga, obobtusiuscula, subcrenulata, rugosula, subtus e viridi-cinerea, pubescentia, venosa. *Flores* terminales, umbellati, pedunculati, octo-ad undecim, nutantes. *Involucrum* parvum, polyphyllum. Foliolis lineari-lanceolatis, concavis, acutis, inæqualibus. *Corollæ* tubus superne obsolete pentagonus, longitudine calycis. Limbus planoconcavus, quinquefidus, saturate luteus.

Pharm. *Paralyseos s. Primulæ veris Radix; Herba; Flores.*

Flores apibus mel largiuntur.

Folia juniora ab Anglis et Belgis in acetaria placentasque sumuntur.

Radicis odor fragrans, subanisatus, sapor subamaricans.

Florum odor gratus, submellitus.

Corollæ fermentatione cum Saccharo et malis citreis, vinum sapidum præbent.

Corollæ siccatæ sub florum nomine, in infuso thæiformi ab antiquissimis temporibus, nostratibus in usu sunt.

ı contra Paralyfin et dolores articulorum adhibe-
ur.

ota. Non in omnibus officinis pharmaceuticis Paralyfis et Primula veris fynonyma funt; certe in Pharmacia Londinenfi diftinguitur inter utramque, ita ut fpeciem fequentem elatiorem, Primulam vocet; hanc five officinalem autem, Paralyfin.

8. PRIMULA *elatior* foliis rugofis dentatis, fcapis multifloris, floribus exterioribus nutantibus, calyce tubo corollæ fubbreviore; limbo corollarum plano.

Primula *veris elatior* β. limbo corollarum plano. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 204. — *Pollich. fl. pal. n.* 195. β.

Primula foliis rugofis dentatis, fcapis multifloris, floribus exterioribus nutantibus. *Hall. ftirp. helv. n.* 609.

Primula veris pallido flore elatior. *Cluf. hift.* 1. *p.* 301. *Icon.* — *Mapp. fl. Alf. p.* 252.

Primula fylveftris. *Tabernæmont. hift. p.* 700. *Icon.*

ı *n. Oeder. fl. Dan. t.* 434.

ʳ*m. Grofse wilde Schlüffelblume. Wald-Schlüffelblume.*

l l. Primevere des bois.

b. Utrinque in pratis fylvaticis dumetofis humidis et fylvis montofis demiffioribusve virgultofis humidis frequens.

ı*r.* Martio, Aprili, Majo. *Semina* Junio naturat. ♃

Differt a præcedente cum qua *Linnæus* conjungebat. *Radice*, *Scapis*, *Foliisque* majoribus. *Floribus* in umbella exterioribus tantum nutantibus. *Corollis* multo majoribus, pallidioribus, limbo planis, vix odoratis. *Tubo* calyce longiore.

Obs. In horto pater meus dilectissimus pulcherrimam collectionem Primularum multifariis coloribus ludentium habuit, ex quibus semina diligentissime collegit, disseminavitque. Non raro ex his obtinuit veram P. officinalem et nostram elatiorem, hinc vix specie diversæ sunt; idem novissime in horto alio observavi.

289. PRIMULA *uniflora* foliis rugosis subtus villosulis, dentatis, scapis unifloris.

Primula *acaulis* foliis rugosis dentatis subtus hirsutis, scapis unifloris. *Jacqu. Miscell.* 1. *p.* 158.

Primula veris γ. acaulis ..... scapo nullo. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 205.

Primula *sylvestris* pedunculis radicalibus unifloris. *Scop. fl. Carn. ed.* 2. *n.* 204.

Primula foliis hirsutis rugosis dentatis, scapis unifloris. *Hall. stirp. helv. n.* 608.

Primula veris pallido flore humilis. *Clus. hist.* 1. *p.* 302.

Primula veris quarta, sylvestris secunda. *Tabernæmont. p.* 701. *Icon.*

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 134.

Germ. Einblumige Schlüsselblume.

Gall. Primevere uniflore.

Hab. In montosis sylvaticis; in monte *Vogel-*

:rg ubique copiose, ubi nuperrime *Zey-*
:rus vidit.

·. Martio, Aprili, Majo. *Semina* Junio,
ılio maturat. ♃

Facile dignoscitur *Scapis* seu pedunculis
liçe pluribus, uncialibus, digitalibus et
ibus, simplicissimis, unifloris. *Corollæ*
› plano, pallide sulphureo, specioso.

In horto Electoris ex seminibus culta, ultra 15
:nos hucusque constantissima permansit. Ibidem
tiam colitur variatio anglica Corolla alba simpli-
i, et Corolla plena incarnata pulcherrima.

Forsan orta ex Primula elatiore.

. PRIMULA *farinosa* foliis rugosis,
crenatis, glabris, subtus farinosis, um-
bella erecta. *Jacqu. Misc.* 1. *p.* 159.

:imula foliis oblongis denticulatis, undu-
latis subtus farinosis, umbella erecta fa-
stigiata, corollæ limbo plano. *Aiton. hort.*
Kew. 1. *p.* 193.

·imula foliis crenatis glabris, florum lim-
bo plano. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 205.

retia foliis glabris ellipticis rugosis subtus
farinosis, floribus umbellatis. *Hall. stirp.*
helv. *n.* 623.

·imula veris rubro et albo flore. *Clus. hist.*
1. *p.* 300.

·imula alpina angustifolia. *Tabernæmont.*
p. 704. *Icon.*

ı. *Oeder. fl. Dan. t.* 125.

n. Mehlblättrige Schlüsselblume. Lerchen-
ümle. Rothe Wiesen-Schlüsselblume.

Hab. In Principatus superioris pratis uliginosis locisque et pascuis humidis, spongiosis, udis graminosis fere ubique abunde, ita ut sæpe prata instar tapetis elegantissimo rubore, e longinquo jam conspicuo, obducat. In confinibus Principatus superioris *im Thurgau* et *Hegau* inter *Hülzingen* et *Stockach*, et passim alibi in pratis nuperrime vidi.

Flor. Aprili, Majo. *Semina* Julio matura. ♃

Radix fibrosa. *Scapus* digitalis, palmaris et altior, erectus, glaber. *Folia radicalia* in rosulam congesta, in petiolum decurrentia, oblonga, minute crenata, glabra, superne læte viridia, subtus farina alba adspersa. *Flores* terminales, umbellati, erecti. *Calyx* farinosus. *Corollarum* limbi plani, emarginati, amœne rubelli, vel ex cœruleo-violacei, quandoque ex violaceo-albidi, perraro nivei.

Plantula ob flores amœnissimos, sane pulcherrima, verum in pratis uliginosis ornamentum, difficilius in horto cicuranda.

Obs. Ubi copiose nascitur, semper indicat solum spongiosum, prata uda, nimis aquosa.

291. Primula *Auricula* foliis serratis glabris. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 205.

Primula foliis serratis glabris, inverse ovatis, scapo multifloro, circiter longitudine foliorum. *Jacqu. Misc.* 1. *p.* 160.

Primula umbellifera, foliis serratis glabris, carnosis. *Hall. stirp. helv. n.* 612.

Sanicula alpina lutea. *Bauh. pin. p.* 242.

Auricula ursi prima. *Clus. hist.* 1. *p.* 303. *Icon.*

Icon. *Jacqu. fl. Austr. t.* 415.

Germ. *Bergaurikel.*

Gall. *Oreille d'ours.*

Hab. In Marggraviatu superiore in montis *Belchen* rupium fissuris infrequens, post *Vulpium* legi; in rupibus *Gilgenberg*, *Bassvwang*, *Falkenstein*, *auf der Geisflur* nuperrime vidit *Zeyherus.*

Flor. Julio. *Semina* Augusto maturat. ♃

Radix fibrosa. *Scapus* digitalis vix altior, erectus. *Folia* radicalia in rosulam digesta, in petiolum decurrentia, obovata, serrata, glabra, crassiuscula. *Flores* terminales, umbellati. *Calyx* farinosus. *Corollarum* limbi plani, pallide sulphurei, fauce farina alba adspersi.

Pharm. *Auriculæ Ursi* *Radix; Folia; Flores.*

In medicina hodie fere exul; vires habet subadstringentes. Radix usurpatur a Venatoribus in alpibus helveticis et pyrenæis ad arcendam vertiginem. Flores suaveolentes.

Sine dubio est mater, tot variationum Auricularum hortensium.

LXXXV. MENYANTHES.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 263.

Calyx monophyllus, quinquepartitus, persistens. *Laciniis* lanceolatis, obtusis, erectis. *Corolla* monopetala, infundibuliformis. *Tubus* crassus, calyce longior. *Limbus* quinquepartitus. *Laciniis* lanceolatis, acutiusculis, revolutis, intus barbato-ciliatis. *Capsula* ovato-glo-

bosa, utrinque sulco depresso et valvularum suturis contrario inscripta, unilocularis, bivalvis. *Semina* ovata, turgide lenticularia, glaberrima, lucida.

292. MENYANTHES *trifoliata* foliis ternatis. *Linn. Sp. pl. p.* 208. — *Pollich. fl. pal. n.* 197. — *Hall. stirp. helv. n.* 633.

Menyanthes palustre latifolium et angustifolium triphyllum. *Tournef. inst.* — *Mapp. fl. Alf. p.* 194.

Trifolium palustre. *Bauh. pin. p.* 327.

Trifolium fibrinum. *Tabernæmont. hist. p.* 906. *Icon.*

Icon. *Curtis. fl. Lond. t.* 240. — *Bulliard. herb. t.* 131. — *Regnault. bot.* — *Blackw. herb. t.* 474. — *Oeder. fl. Dan. t.* 541. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 35.

Germ. Bitter-Klee. Bieber-Klee. Fieber-Klee. Sumpf-Klee.

Gall. Trefle d'eau. Trefle de Castor.

Hab. Utrinque in pratis uliginosis in pratorum et pascuorum fossis, ad paludes et stagna hinc inde frequens.

Flor. Aprili, Majo. *Semina* Julio maturat. ♃

Radix cylindrica, longe repens, articulata. *Scapus* palmaris, pedalis, erectus, teres glaber, nudus. *Folia radicalia* petiolata, ternata: *Foliolis* ovatis, seu oblongis, obtusis, venosis, glabris, crassiusculis, margine obsolete repandis, rariter subcrenulatis, læte viridibus, ultra binas uncias longis, sesquiunciam fere

tis. *Petioli* teretes, ſtriati, glabri, craſſius-
ıli, foliis longiores, baſi vaginati, membra-
ıcei. *Flores* racemoſi. *Racemus* terminalis.
edunculi ſubterni, uniflori, erectiusculi. *Bra-
eæ* ovatæ, acutiusculæ, concavæ, peduncu-
ı multo breviores. *Corollæ* ſpecioſæ, pulcher-
mæ, ex incarnato-albidæ. *Limbi* laciniæ in-
ıs denſe barbatæ. *Barba* rorida, concolore.

harm. TRIFOLII FIBRINI *ſ.* AQUATICI
Herba.

Flores apibus mella largiuntur.

Radices per terram ſpongioſam udam longe late-
ıe repentes, maxime confirmant aquarum ſtagnantium
ırginalia.

Herba maxime amara, tonicas, roborantes, anthelmin-
icas, diureticas, antiscorbuticas virtutes præ multis poſ-
let; hinc ſane ad optima medicamenta pertinet. In febri-
ısintermittentibus, febri quartana protracta, atonia viſ-
rum, in variis morbis chronicis, malo hypochondriaco,
ſtomachi debilitate, in hydropis initio, ſcorbuto, mor-
ısque cutaneis præſtans.

Radix et herba ſiccata, hyeme cum pabulo mixta,
: vaccarum auget; pulveriſata, pecoribus tuſſienti-
ıs præſertim ovibus, convenientiſſima.

Planta vulgatiſſima, hucusque a veterinariis nimis
glecta.

LXXXVI. SCHWEYCKERTA.

Gen. novum.

Calyx monophyllus, quinquepartitus, per-
ens: *laciniis* lanceolatis, acutis, erectis. *Co-
lla* monopetala, rotata. *Tubus* tenuiſſimus,
lyce brevior. *Limbus* quinquepartitus: *La-
iis* ovali-rotundatis, patulis, margine utrin-
e fimbriatis, ciliato-laceris. *Germen* ſupe-

rum. *Stylus* fimplex. *Stigma* crifpato-bilobum, obtufum. *Capfula* ovato-lanceolata, compreffiuscula, ad margines incraffata, et rotundata, fubcoriacea, unilocularis, bivalvis. *Semina* numerofa, obovata, maxime compreffa, margine membranaceo, ciliato, circumdata, valvularum marginibus utrinque duplici ferie longitudinali affixa.

293. SCHWEYCKHERTA *Nymphoides* foliis cordatis integris.

Menyanthes *Nymphoïdes* foliis cordatis integerrimis, corollis ciliatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 207. — *Pollich. fl. pal. n.* 196.

Waldfchmidia *nymphoides. Wiggers. prim. fl. Holf. p.* 20.

Limnanthemum peltatum. *Gmel. act. petrop.* 1769. *p.* 527. *t.* 17. *f.* 2.

Nymphæa lutea minor, flore fimbriato. *Bauh. pin.* 194. — *Bauh. hift.* 3. *p.* 764.

Nymphæa lutea minor fecunda. *Tabernæmont. hift. p.* 1118. *Icon.*

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 339.

Germ. Seeblumenartige Schweyckerte. Seerofenartige Zottenblume.

Gall. Menianthe flottant.

Hab. Circa *Dachsland in der Federbach*, et in ftagnis adjacentibus cum Marfilea *quadrifolia*; prope *Schreck, Knielingen, Hochftädt, Linckenheim* in ftagnis natans non infrequens; prope *Scheibenhardt* in foffa aquatica.

tica. In Palatinatu inter *Lautern* et *Espelſteg* in piscina parva in ſylva ſituata, in valle prope *dem Danſenberg*; in aquis circa *Franckenthal* et *Worms* copioſe; in foſſis majoribus ac paludibus Rheno vicinis abunde, teſte *Pollichio*.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Auguſto, Septembri maturat. ♃

Radix teres, articulata, fibroſa. *Caules* prælongi, teretes, articulati, in aqua repentes. *Folia* oppoſita, inferiora longe petiolata, omnia ſubrotunda, integra, margine obſolete repanda, læte viridia, ſupra ſæpe macula fuſco-purpuraſcente picta, glabra, ſubtus punctis albido-viridibus, rubellisque notata, ſupra aquam natantia. *Flores* terminales, extra aquam eminentes, pedunculati. *Pedunculi* faſciculati, uniflori. *Stipulæ* lanceolatæ, membranaceæ, pellucidæ, ad pedunculorum baſin. *Corollæ* luteæ, ſpecioſæ.

Nota. Ob inflorescentiæ et fructificationis partes longe à Menyanthis genere diſcrepantes, removi, et novum genus conſtitui.

Denominavi in memoriam ſempiternam Botanici acutiſſimi J. M. Schweyckerti, hortorum Sereniſſimi Electoris Badenſis Inſpectoris.

LXXXVII. HOTTONIA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 265.

Calyx monophyllus, quinquepartitus, perſiſtens: *Laciniis* linearibus, gracilibus, erecto-patulis. *Corolla* monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* quinquefidus, planus: *Laciniis* ovato-oblongis,

emarginatis. *Capſula* globoſa, acuminata, unilocularis, calyce impoſita, apice dehiscens. *Semina* plurima globoſa.

294. HOTTONIA *paluſtris* pedunculo verticillato-multifloro. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 208. *Pollich. fl. palat. n.* 198.

Hottonia florum verticillis ſpicatis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 632.

Stratiotes fluviatilis flore purpurascente et albo. *Vaill. bot. pariſ. p.* 190. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 296. *n.* 1. 2.

Millefolium aquaticum ſ. Viola aquatica caule nudo. *Bauh. pin. p.* 141.

Fœniculum aquaticum ſecundum. *Tabernæmont. hiſt. p.* 186. *Icon.*

Icon. Curtis. fl. Lond. — *Oeder. fl. Dan. t.* 384. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 35.

Germ. Sumpf-Hottonie. Waſſerviolen.

Gall. Plumeau aquatique.

Hab. Utrinque in foſſis aquaticis aqua ſtagnanti repletis paſſim frequens: Circa *Carlsruhe* in foſſa *auf der Schieſswieſe*; ad foſſam ſylvaticam juxta *dem Kuhlisfeld*; prope *Beuertheim*, *Rüppurr*, *Scheibenhardt*, *Rindheim* et alibi; in foſſis profundioribus cis et transrhenanis copioſe.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio, Auguſto maturat. ♃

Radix longe lateque repens, articulata, fibroſa. *Culmus* palmaris, pedalis, et altior, erectus, teres, nudus, cum racemo conico ter-

inali extra aquam eminens. *Folia* radicalia in ellam verticillatam supra aquam expansa, pinnata: Foliolis sessilibus, lineari-setaceis, simplicissimis, quandoque subramosis, glaberrimis, te viridibus. *Racemus* terminalis, conicus, ectus. *Pedunculi* verticillati, patenti-erectiusculi, uniflori. *Bractea* lineari-setacea, longitune fere pedunculi. *Corollæ* speciosæ, ex roseo-bidæ, quandoque niveæ. Tubus et Faux flavians.

Pulcherrima sane planta, quæ hinc inde stagna Rheno vicina profundiora tapetis in morem obducit.

Denominata ab Jll. Bœrhavio in memoriam bonici Petri Hotton antecessoris sui.

Ex floribus apes mella legunt.

LXXXVIII. LYSIMACHIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 269.

Calyx quinquepartitus, acutus, erectus, persistens. *Corolla* monopetala, rotata. *Tubus* nullus. *Limbus* quinquepartitus, planus: Laciniis vato-oblongis. *Staminum* filamenta basi sæpe onnata. *Capsula* globosa, mucronata, unilocularis, decemvalvis, apice dehiscens. *Semina* plurima, subangulata.

295. LYSIMACHIA *vulgaris* paniculata, racemis terminalibus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 209. — *Pollich. fl. pal. n.* 199.

Lysimachia foliis ovato-lanceolatis, spicis paniculatis. *Hall. stirp. helv. n.* 630.

Lysimachia lutea major quæ Dioscoridis. *Bauh. pin. p.* 245. — *Mapp. fl. Alf. p.* 186. *n.* 3. 4. 5.

Lyſimachia lutea ſecunda. *Tabernæmont. hiſt. p.* 1237. *Icon.*

Icon. Curtis. fl. Lond. t. 288. — *Bulliard. herb. t.* 347. — *Oeder. fl. Dan. t.* 689. — *Blackw. herb. t.* 278.

Germ. Gemeine Lyſimachie. Gemeiner gelber Weiderich.

Gall. Souci d'eau. Lyſimaque vulgaire.

Hab. Utrinque in pratis dumetoſis, aquoſis, ad rivos, flumina et foſſas paſſim cum Lythro *Salicaria* et Stachy *paluſtri* copioſe.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Auguſto maturat. ♃

Radix ramoſa, fibroſa. *Caulis* 2 - 3 - 4 pedalis, erectus, ſulcato - angulatus, villoſiuſculus, ramoſus: Rami oppoſiti, diviſi. *Folia* ſubſeſſilia, oppoſita, bina, terna, quaterna, rarius quina, ovato lanceolata, integra. *Flores* corymboſo-racemoſi, caulem ramosque terminantes. *Corollæ* ſaturate luteæ. *Staminum* filamenta baſi connata.

Pharm. LYSIMACHIÆ LUTEÆ *Radix; Herba.*

Pollen antherarum ceræ materiem præbet apibus.

Radix brunneo, Herba luteo colore tingit.

Radix adſtringens, pro coriis conficiendis apta, cum Herba adſtringenti cauſa in medicina olim præſertim ad ſanguinem ſiſtendum in uſu fuit; hodie fere exoleta.

296. LYSIMACHIA *thyrſiflora* racemis lateralibus pedunculatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 209. — *Pollich. fl. pal. n.* 200.

Lyſimachia racemis denſiſſimis alaribus folio brevioribus. *Hall. ſtirp. helv. n.* 631.

Lyſimachia altera lutea Lobelii, flore quaſi ſpicato. *Joh. Bauh. hiſt.* 2. *p.* 904. *Icon.*

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 517.

Germ. Strauſsartige Lyſimachie.

Gall. Lyſimaque thyrſiflore.

Hab. In Palatinatu in paludibus, foſſis, piscinis ac rivulis paſſim circa *Lautern*, teſte *Pollichio.*

Flor. Junio, Julio. *Semina* Auguſto, Septembri maturat. ♃

Caulis cubitalis et altior, erectus, teres, glaber, articulatus, craſſiusculus, ſimpliciusculus, ſuperne obtuſe tetragonus, villoſus. *Folia* oppoſita, ſeſſilia, lanceolata, anguſta, integra, inferne villoſiuscula, ſuperne glabra. *Racemi* axillares, oppoſiti, pedunculati, erecti, ſolitarii, ovati, denſi. *Pedicelli* breves. *Bractea* lineari-ſetacea, pedicelli longitudine. *Calycis* laciniæ quinque, ſæpiſſime ſeptem ad decem. *Corollæ* luteæ, parvæ, quinque, ſex, ſæpius ſeptem ad decem partitæ. *Stamina* quinque, ſæpe ſeptem, ad decem. *Filamenta* baſi non connata.

Nota. Hucusque in regionibus Badenſibus et Alſaticis nondum lecta eſt.

297. LYSIMACHIA *nemorum* foliis ovatis acutis, floribus ſolitariis, caule procumbente. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 211. — *Pollich. fl. pal. n.* 201.

Lyſimachia caule procumbente, foliis ovato-lanceolatis, petiolis alaribus unifloris. *Hall. ſtirp. helv. n.* 628.

Lysimachia humifusa, folio subrotundo acuminato flore luteo. *Tournef. inst. p.* 142. *Mapp. fl. Alſ. p.* 186.

Anagallis lutea nemorum. *Bauh. pin. p.* 252. *Tabernæmont. hiſt. p.* 1092. *Ic.*

Icon. Curtis fl. Lond. t. 328. — *Oeder. fl. Dan. t.* 174.

Germ. Wald-Lyſimachia. Gelber Gauchheil. Gelber Hünerdarm.

Gall. Lyſimache des bois. Mouron à fleurs jaunes.

Hab. In ſylvis humidis, roridis, locisque ſpongioſis, pratisque montoſis ſylvaticis retro *Ettlingen, Herrnalb, Frauenalb, auf dem Tobel;* prope *Gernsbach, Eberſtein, Baden, Lichtenthal, auf dem Kaltenbrunn, auf der Herrnwieſe, auf der Blättie;* in convallibus roridis *im Bühlerthal;* prope *Durrbach, Oberkirch, Allerheiligen, Gengenbach* et alibi non infrequens; in Marggraviatu ſuperiore, in ſylvis umbroſis paſſim. In Alſatiæ montoſis ſylvaticis humidis retro *Barr, Rappolsweiher;* prope *Marienkirch* et alibi.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Auguſto maturat. ♃

Radix fibroſa, albida. *Caulis* digitalis, palmaris, pedalis, ad terram decumbens, teretiusculus, oppoſite ſulcatus, articulatus, glaber, ſimpliciusculus. *Folia* oppoſita, ſeſſilia, ſæpe in brevem petiolum decurrentia, ovata, acuta, integra, tenera, glabra, læte viridia, unciam dimidiam ad integram longa, quinque ad ſeptem lineas lata. *Pedunculi* axillares, ſolitarii, capillares, uniflori; floriferi erecti, longitudine foliorum, fructiferi penduli. *Calycis* laciniæ, lan-

ceolatæ, ſetaceæ, corolla breviores. *Corolla* mediocris, tenera, lutea.

Variat. In pratis ſucculentis. *Caulibus* erectiuſculis. *Foliis Corolliſque* ſubminoribus.

298. Lysimachia *Nummularia* foliis ſubcordatis, floribus ſolitariis, caule repente. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 211. — *Pollich. fl. pal. n.* 229.

Lyſimachia caule proſtrato, foliis ſubrotundis, petiolis alaribus unifloris. *Hall. ſtirp. helv. n.* 202.

Lyſimachia humifuſa folio rotundiore, flore luteo. *Tournef. inſt. p.* 141. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 186.

Nummularia major et minor. *Tabernæm. hiſt. p.* 1261. *Icon.*

Icon. Curtis. fl. Lond. t. 149. — *Oeder. fl. Dan. t.* 394. — *Regnault. bot.* — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 36.

Germ. Pfennigkraut.

Gall. Nummulaire.

Hab. Utrinque in paſcuis depreſſis humidis, udis, in ſalicetis, alnetis ad baſin arborum; in ſylvaticis udis; et ad foſſarum margines frequens.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Auguſto maturat. ♃

Radix repens, articulata, fibroſa. *Caulis* pedalis, ſeſquipedalis et longior, repens, decumbens, tetragonus, compreſſus, glabriuſculus, ſimpliciuſculus, vel oppoſite ramoſus. *Folia* oppoſita, breviter petiolata, ovato-ſubrotun-

da, obtusa; suprema acutiuscula, integerrima, læte viridia, septem lineas ad unciam longa, tot fere lata. *Pedunculi* axillares, solitarii, tetragoni, uniflori, foliis breviores, æquales, quandoque longiores. *Calycis* laciniæ cordato-ovatæ, acutæ, basi ampliore undulata ac reduplicata. *Corolla* lutea. Laciniis ovatis, acutis, patentibus, calyce duplo longioribus, per lentem margine glandulosis. *Staminum* filamenta glandulosa.

Pharm. NUMMULARIÆ *Herba.*

Flores ceram apibus porrigunt.

Planta ovibus noxia. Oleo infusa necat Curculionem granarium. Scopol. fl. carn. n. 216.

Adstringentes virtutes habet et olim ad primaria vulneraria et antiphtisica in pulmonum exulceratione, hæmoptysi, hæmorrhagiis uteri numerabatur. Hodie in medicina fere exoleta.

LXXXIX. ANAGALLIS.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 270.

Calyx quinquepartitus, acutus persistens: *Laciniis* carinatis. *Corolla* monopetala, rotata. *Tubus* nullus. *Limbus* quinquepartitus, planus: *Laciniis* ovato-orbiculatis, unguibus connexis. *Staminum* filamenta basi connata. *Capsula* globosa, unilocularis, circumscissa. *Semina* plurima, angulata.

299. ANAGALLIS *phœnicea* caule procumbente, foliis ovatis, calycis segmentis lanceolatis, corollis phœniceis.

Anagallis *arvensis* β. phœnicea. *Linn. Syst. veg.* 1. *p.* 423. — *Pollich. fl. pal. n.* 203.

Anagallis caule procumbente foliis ovato-lanceolatis, calycis ſegmentis lanceolatis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 625.

Anagallis terreſtris mas. *Blackw. herb. t.* 43.

Anagallis phœnicea. *Tabernæmont. hiſt. p,* 1092. *Icon.* — *Mapp. fl. Alſ. p.* 22.

Icon. Curtis. fl. Lond. — *Regnault. bot.* — *Oeder. fl. Dan. t.* 88. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 36.

Germ. Rother Gauchheil. Gauchheilmännlein. Grundheil. Rother Hühnerdarm. Vernunft-kraut.

Gall. Mouron male. Mouron a fleurs rouges.

Hab. Utrinque in cultis, hortis, vineis, agris et arvis paſſim frequens.

Flor. Majo, Junio, Julio. *Semina* Julio, Auguſto maturat. ⊙

Radix fibroſa, extus ex albido cinerea. *Caulis* digitalis, palmaris et altior, erectiusculus, ſæpe proſtratus, ſubtortuoſus, quadrangulus, glaber, ramoſus. *Rami* oppoſiti, diffuſi. *Folia* oppoſita, ſeſſilia, ovata, ſæpe ovato - cordata, acutiuscula aut obtuſa, integra, glabra, ſubtus punctis fuscis ſeu atris notata. *Pedunculi* axillares, oppoſiti, ſolitarii, uniflori, foliis longiores; florentes erecti, deflorati inflexi. *Calycis* laciniæ triangulari-carinatæ, margine membranaceæ. *Corolla* phœnicea, baſi purpurea, margine crenulata. *Staminum* filamenta baſi coalita, piloſiſſima: pili pulcherrime articulati, ſuperne purpurei.

Variat. Corollis albis et dilute roſeis.

Pharm. ANAGALLIDIS *Herba.*

Flores apibus ceram melleque præbent.

Bonum in arvis ovibus pabulum; ſimul contra eorum vertiginem commendatur in Schreb. Samml. 2. p. 312.

Seminibus Anagallidis mirifice delectantur paſſeres.

Herba cum floribus leniter adſtringentes et detergentes virtutes habet; pro egregio vulnerario olim habita. Specifice in Mania, Melancholia et Phrenitide laudabatur, hinc Vernunftkraut audit.

Jam Dioscorides ad morſum Viperarum commendabat. Contra morſum animalium rapidorum, immo contra hydrophobiam cum furore junctam adhuc nuperius et præcipue ante quinquaginta annos tanquam ſummum ſpecificum laudabatur, ſed nunc præſtantiora in uſu ſunt.

Ad Dioscoridis et Plinii de efficacia ſucci Anagallidis cum melle in ulcusculis et hebetudine oculorum effatum, item narrationem de felici aquæ ejus in ſuffuſione ſucceſſu (vix credibili) quem multis procuraſſe femina Lutetiæ memorat J. Bauh. hiſt. 3. p. 370. attentos nos iterum reddit Perſarum hodiernus, contra incipientem cataractam equorum, uſus, quorum oculis extrinſecus applicant. Gmelin Reiſe durch Rußland 3. p. 349.

300. ANAGALLIS *cœrulea* caule procumbente, foliis ovatis, calycis ſegmentis ſubulatis, corollis cæruleis.

Anagallis *arvenſis α.* cærulea. *Linn. Syſt. veg.* 1. *p.* 423. — *Pollich. ſl. pal. n.* 203. *β.*

Anagallis terreſtris fœmina. *Blackw. herb. t.* 274.

Anagallis cœruleo flore. *Bauh. pin. p.* 252. *Mapp. ſl. Alſ. p.* 22.

Anagallis cærulea. *Tabernæmont. hiſt. p.* 1092. *Icon.*

Icon. Regnault. bot.

Tom. 1.

Tab. III.



Anagallis tenella [illegible]

[illegible] del. [illegible]

Germ. *Blauer Gauchheil. Blauer Hühnerdarm. Gauchheil-Weiblein.*

Gall. *Mouron femelle. Mouron à fleurs bleues.*

Hab. In iisdem cum præcedenti locis; copiose in arvis cis et transrhenanis.

Flor. Majo, Junio, Julio. *Semina* Julio, Augusto maturat. ☉

Maxime affinis præcedenti, a qua differt. *Caulibus* altioribus, ramosioribus. *Foliis* minoribus. *Corollis* majoribus, cæruleis. *Calycis* segmentis angustioribus. *Capsula* magis ovata.

Nota. Planta per plures annos cum præcedenti in horto culta, constantissime permansit, hinc specie omnino distincta.

Planta ovibus accepta et conveniens, in arvis areosis sabulum figit, et condecorat.

501. ANAGALLIS *tenella* foliis ovatis acutiusculis, caule repente. *Linn. Syst. veg.* 165.

Lysimachia *tenella* foliis ovatis acutiusculis, pedunculis folio longioribus, caule repente. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 211.

Lysimachia foliis orbiculatis planis, floribus solitariis rubellis, caule repente. *Sauv. fl. Monosp.* 135.

Lysimachia humifusa, folio rotundiore, flore purpurascente. *Tournef. inst. p.* 141.

Nummularia minor purpurascente flore. *Bauh. pin. p.* 252. *prodr. p.* 136. *Icon. Moris. hist.* 2. *p.* 567. *Sect.* 5. *t.* 26. *f.* 2.

Nummularia rubra. *Bauh. hist.* 3. *p.* 371.

Icon. Curtis fl. Lond.

Germ. Zarter purpurrother Gauchheil.

Gall. Mouron tendre rouge.

Hab. Plantula rarissima in Marggraviatu superiore in Insula natante tursosa ericetosa; *auf dem Nonnmatweyher*; ubi Anno 1784, nec amplius legi.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri maturat. ⊙

Radix fibrosa, repens, è lutescente fusca. *Cauliculi* e radice plurimi, biunciales, digitales, vix altiores, debiles, erectiusculi, saepe ad terram decumbentes, tetragoni, articulati, glabri, simpliciusculi, tenelli. *Folia* opposita, breviter petiolata, ovali-rotundata, apice acutiuscula, integerrima, glabra, venulosa, pallide viridia, subdiaphana, tenella, binas ad tres lineas longa, totque fere lata. *Pedunculi* axillares, praesertim ex foliorum superiorum alis, oppositi, solitarii, uniflori, erecti, foliis triplo longiores, fructiferi penduli. *Calycis* segmenta lanceolata, acuta, erecta, corolla triplo breviora: *Corollae* amoene rubellae, segmenta quinque, lanceolata, obtusa, venis saturatioribus picta, lineas tres cum dimidia longa, lineam lata. *Staminum* filamenta pilosa. *Capsula* omnino horizontaliter circumscissa, orbiculata.

Nota. Plantulam amoenissimam ante aliquot annos loco citato frustra quaesivi, quia locus scilicet parsque insulae natantis ubi crescebat, destructa est

Obs. Specimen l. c. lectum, omni ex parte convenit cum individuis passim in Gallia meridionali prope Monspelium et in Hispania abs me lectis.

XC. CONVOLVULUS.

Linn Gen. pl. ed. Schreb. n. 287.

Calyx quinquepartitus, connivens, ovatus, obtusus, persistens. *Corolla* monopetala, campanulato-infundibuliformis, patens, plicata, obsolete quinqueloba. *Capsula* calyce obvoluta, subrotunda, bilocularis, subtrivalvis. *Semina* bina subrotunda.

302. CONVOLVULUS *arvensis* caule volubili, foliis sagittatis utrinque acutis, pedunculis unifloris. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 218. *Pollich. fl. pal. n.* 204.

Convolvulus foliis sagittatis latescentibus, petiolis unifloris, stipulis remotis subulatis. *Hall. stirp. helv. n.* 664.

Convolvulus minor arvensis flore roseo-purpureo radiis albis picto - flore candido - et flore albo cum purpureo umbilico. *C. Bauh. pin. p.* 294. — *Mapp. fl. Alf. p.* 79. *n.* 2. 3. 4. 5.

Volubilis arvensis flore roseo. *Tabernæm. hist. p.* 1263. *Icon.*

Icon. Curtis. fl. Lond. t. 119. — *Bulliard. herb. t.* 269. — *Regnault. bot.* — *Oeder. fl. Dan. t.* 459.

Germ. Ackerwinde. Feldwinde. Kornwinde. Kleine Winde.

Gall. Petit Lizeron. Licet.

Hab. Utrinque in agris, arvis, vineis et cultis frequens.

Flor, Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ♃

Caules sesquipedales et longiores, ad terram procumbentes, circa frumenta aliaque vegetabilia se convolventes, angulati, glabri. *Folia* alterna, petiolata, cordato-sagittata, integra, glabra, sesquiunciam longa, unam fere lata. *Pedunculi* axillares, tetragoni, basi obliqui, solitarii, uniflori. *Stipulæ* seu bracteæ, duæ, in medio pedunculi, oppositæ, breves, perangustæ. *Corollæ* albidæ, extus radiis latis, roseis aut purpurascentibus; quandoque roseæ, radiis albis pictæ, aut mere albidæ, basi purpureæ, unciam in diametro circiter habentes. *Staminum* filamenta glandulosa.

Variat. *Caulibus*, *Foliis* et *Floribus* minoribus. Huc pertinent: *Convolvulus angustissimo folio nostras cum auriculis. Pluck. Phytog. t.* 24. *f.* 3. — *Mapp. fl. Alsf. p.* 79. *n.* 3. in locis aridis sterilioribus arvis obveniens.

Pharm. CONVOLVULI MINORIS *Herba.*

Flores apibus mel præbent.

In locis sabulosis arenam figit. Caules circumvolventes frumenta, sæpe noxii. Bonum ovibus pabulum.

Folia lactescentia alvum subducunt. Succus foliorum cum sale et aceto illitus, contra cutis sorditates et scabiem commendabatur.

Hodie in medicina fere exoleta.

303. CONVOLVULUS *sepium* foliis sagittatis postice truncatis, pedunculis tetragonis unifloris. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 218. — *Pollich. fl. palat. n.* 205.

Convolvulus foliis sagittatis, hamis emarginatis angulosis, petiolis unifloris, stipu-

lis cordatis maximis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 663.

Convolvulus major albus. *C. Bauh. pin. p.* 294. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 79.

Volubilis major. *Tabernæm. hiſt. p.* 1263. *Icon.* *Curtis. fl. Lond.* — *Oeder. fl. Dan. t.* 458. — *Blackw. herb. t.* 38. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 38.

Germ. *Zaunwinde. Groſse weiſſe Winde. Weiſsglocken. Baumwinde.*

Gall. *Grande Lizeron. Lizeron des haies.*

Hab. Utrinque in ſepibus, dumetis, hortis, muris paſſim.

Flor. Junio, Julio, Auguſto. *Semina* Auguſto et Septembri maturat. ♃

Caulis prælongus, circa frutices arbuſcu- isque ſe convolvens, glaber. *Folia* alterna, onge petiolata, cordato-ſagittata, baſi truncata, ſinuata, dentata, glabra, læte viridia, uatuor ad quinque uncias longa, tres circiter uncias lata. *Pedunculi* alares, ſolitarii, teragoni, uniflori, glabri, baſi obliqui; petiolis reviores. *Bracteæ* flori proximæ, cordatæ, alycem mentientes, maximæ. *Calyx* quinque- artitus. *Corolla* ſpecioſa, magna, alba. *Glandula* nectarifera crocea, ad baſin germinis.

Pharm. CONVOLVULI MAJORIS *Folia.*

Flores apibus mella largiuntur.

Planta in plantationibus præſertim arboribus juniobus, aliisque vegetabilibus noxia, ſedulo eradicanda : diminuenda.

Succus foliorum lactescens, amaricans, nauſeoſus, ſpiſſatus, vires habet Scammonei, quod ipſum ex eoem genere venit, ſed a viginti ad triginta grana ſumi ebent.

Folia decocta in aqua, cum vino hausta, in Hydrope a quibusdam commendantur; vires omnino diureticas præ multis possident.

Tournefortius ex relatione rusticorum provincialium refert, herbam contusam vulneribus impositam, insigniter esse travmaticam.

Planta sane efficax, nimis in medicina neglecta est.

XCI. POLEMONIUM.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 289.

Calyx monophyllus, semiquinquefidus, inferus, cyathiformis, persistens. *Corolla* monopetala, rotata. *Tubus* clausus valvis quinque ad apicem positis. *Limbus* quinquepartitus, amplus, planus: laciniis subrotundis, obtusis. *Stamina* valvulis tubi inserta, inclinata, corolla breviora. *Stylus* filiformis. *Stigma* trifidum revolutum. *Capsula* trigono-ovata, trilocularis, trivalvis, apice trifariam dehiscens. *Dissepimenta* valvulis contraria. *Semina* plurima, irregularia, acutiuscula.

304. POLEMONIUM *cæruleum* foliis pinnatis, floribus erectis, calycibus corollæ tubo longioribus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 230. — *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 242.

Polemonium foliis pinnatis, floribus erectis, elliptico-lanceolatis. *Hall. stirp. helv. n.* 665.

Polemonium vulgare cæruleum. *Tournef. inst. p.* 146.

Valeriana græca quorundam, colore cæruleo. *Bauh. hist.* 3. *p.* 212.

Vale-

Valeriana græca. *Tabernæmont. p.* 460. *Icon.*

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 255. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 38.

Germ. Griechischer Baldrian. Himmelsleiter. Blaues Sperrkraut.

Gall. Polemonium.

Hab. In Marggraviatu superiore prope Basileam in pratis udis circa *Mærkt* ad Rhenum frequens, nuperrime adhuc vidit *Zeyherus.*

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio, Augusto maturat. ♃

Radix fibrosa. *Caulis* sesquipedalis et altior, erectus, sulcato - angulosus, glaber, superne ramosus. *Folia* alterna, petiolata, impari - pinnata: *foliolis* elliptico - lanceolatis, integris, brevissime pedicellatis, obliquis, supra glabris, subtus villosiusculis. *Flores* terminales corymbosi, conferti. *Corollæ* cæruleæ, speciosæ, ad faucem albidæ, venis cæruleis anastomosantibus pictæ.

Variat. In hortis Corollis albis, et pallide violaceis.

Pharm. VALERIANÆ GRÆCÆ *Folia.*

Hodie in medicina exul, detergentes vires possidet; in Russiæ et Sibiriæ regionibus. ubi in abundantia nascitur in tumoribus et ulceribus venereis adhibetur.

XCII. CAMPANULA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 290.

Calyx quinquepartitus, acutus, erecto - patens, superus. *Corolla* monopetala, campanu-

lata, basi impervia, semiquinquefida: *laciniis* latis, acutis, patulis. *Nectarium* in fundo corollæ valvulis quinque acutis conniventibus, receptaculum tegentibus constructum. *Capsula* subrotunda, angulata, 3-5 locularis, foraminibus lateralibus emittens femina. *Semina* numerosa, parva.

† *Foliis lævioribus angustioribus.*

305. CAMPANULA *rotundifolia* foliis radicalibus reniformibus, caulinis linearibus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 232. — *Pollich. fl. pal. n.* 206.

Campanula foliis serratis, radicalibus cordatis, caulinis lanceolatis. *Hall. stirp. helv. n.* 701.

Campanula minor rotundifolia vulgaris. *Bauh. pin. p.* 93. — *Mapp. fl. Alf. p.* 50.

Rapunculus sylvestris minor. *Tabernæmont. hist. p.* 409.

Icon. Curtis. fl. Lond. t. 226. — *Oeder. fl. Dan. t.* 1086.

Germ. Rundblättrige Glockenblume.

Gall. Campanule à feuilles radicales rondes.

Hab. Utrinque in pascuis ficcioribus, ericetis, juniperetis, agris, arvis, vineis, muris, rupibus, sylvis.

Flor. Junio, Julio. Augusto *Semina* maturat.

Caulis subpedalis et altior, erectus, basi subincurvus, angulatus, glaber, ramosus. *Rami*

ormes, alterni, erecti, subtriflori, antrorsum nutantes. *Folia* radicalia longe petiolata, reformi-cordata, obtusa, crenulata, tres ad quatuor lineas longa et lata, in ficcioribus saepe emarcida; caulina infima brevius petiolata, alterna, ovato-lanceolata, sequentia ellipt-lanceolata, superiora subsessilia, alterna, otiora, lineari-lanceolata, angusta, unciam quatuordecim lineas longa, lineam dimidiam, omnia integerrima; ramea nonnulla sea. *Flores* caulem ramosque terminantes, unculati. *Pedunculi* capillares, inaequales, nutantes, subterni, uniflori. *Bracteae* setae, tenerrimae. *Calycis* segmenta subulata, eta, corolla duplo fere breviora, laevia. *Corollae* caeruleae, quandoque albidae, quinque ad lineas longae, in diametro semunciam vix entes.

Flores apibus accepti.

Bonum ovibus pabulum praebet.

6. CAMPANULA *pusilla* foliis omnibus serratis, radicalibus cordato-ovatis, firmis, nitidis, caulinis linearibus, alternis remotis. *Jacqu. Collect.* 2. *p.* 79.

Campanula foliis radicalibus cordatis serratis, caulinis linearibus. *Hall. stirp. helv. n.* 702.

Campanula alpina rotundifolia minor. *Bauh. pin. p.* 93. *Prodr. p.* 34. *Icon.* — *Mapp. fl. Alf. p.* 51.

rm. Kleine Alpen-Glockenblume.

ll. Campanule des alpes mineur.

b. In Marggraviatu superiore ad montis *Bel-*

chen rupes non infrequens; circa Basileam *auf dem Vogelberg*, *Ramstein*, *Diatisberg*, *Schauenburg* in rupibus frequens. In Alsatia *auf dem Hochgebirg Hochfeld* erga *Schönburg* in rupibus, teste *Mappo*; in monte *Wasserfall* teste *C. Bauhino*.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri maturat. ♃

Caules ex una radice plures, digitales, palmares, erecti, teretes, tenues, striati, glabriusculi, profunde virides, simpliciusculi. *Folia* radicalia cæspitosa, copiosa, in orbem sparsa, petiolata, cordato-ovata, sæpe subrhomboidea, argute serrata, acuta, firma, glaberrima, nitida, dilute viridia, semiunciam longa; Caulina inferiora alterna, subpetiolata, remota, superiora sessilia, omnia lineari-lanceolata, acuta, argute serrata. *Flores* 2-3-(rarius unicus terminalis). *Pedunculi* inæquales, uniflori. *Calyx* quinquepartitus, segmentis setaceis, rectis, corolla triplo brevioribus, saturate viridibus. *Corolla* campanulata, respectu plantulæ magna, dilute cærulea, quandoque albida.

Variat. Caule unifloro, bifloro et trifloro.

Nota. Differt a C. rotundifolia, cum qua sub variatione Linnæus combinavit. Caulibus demissioribus, paucifloris. Foliis radicalibus copiosissimis, non evanescentibus, majoribus, non reniformibus, sed cordato-ovatis, serratis, firmioribus. Caulinis serratis, nec integris. Corollis duplo majoribus, pallidioribus.

Obs. Individua hujus in patrio monte Belchen lecta, et in horto cicurata, nullam mutationem passa sunt; porro semina in Pyrenæis lecta, in horto Carlsruhano culta, plantulas exhibuerunt quidem justo majores, sed constantes; hinc specie certe distincta a præcedente.

307. CAMPANULA *linifolia* foliis fubhirfutis: radicalibus obovatis fubrotundis, ferratis; caulinis confertis linearibus integerrimis, dentibus calycinis fetaceis. *Jacqu. Collect.* 2. *p.* 81.

Campanula caule fimplici, foliis fubhirfutis, linearibus, petiolis unifloris. *Hall. ftirp. helv. n.* 700. (exclufo Barrelieri Synonymo.)

Campanula linifolia cærulea. *C. Bauh. prodr.* 34. — *Mapp. fl. Alf. p.* 51.

Germ. Flachsblättrige Glockenblume.

Gall. Campanule à feuilles de Lin.

Hab. In Marggraviatu fuperiore ad montis *Belchen* rupes frequens. In Alfatia *auf dem wilden Hochgebirg bey dem fchwarzen See,* in rupibus tefte *Mappo;* in rupibus ad fumma juga montis *Waffer fall* tefte *C. Bauhino* et *Lachenalio.*

Flor. Julio, Augufto. *Semina* maturat Septembri. ♃

Maxime affinis C. *rotundifoliæ*, cum qua *Linnæus* fub variatione combinavit. Diftincta autem. *Caulibus* femper villofis, fimpliciusculis. *Foliis* radicalibus obovatis; caulinis fparfis, lineari-lanceolatis, villofo-pubescentibus, fubincanis. *Floribus* 3-5-9 pedunculatis. *Pedunculis* inæqualibus, erectiusculis, pubescentibus, unifloris. *Calycibus* quinquepartitis: *fegmentis* fetaceis, villofis. *Corollis* amplioribus, cyaneis.

Nota. Non confundenda, nec pro eadem habenda cum C. uniflora Villarfii fl. Delph. 2. p. 500. t. 10., quæ eft C. valdenfis Allionii

fl. pedem 1. p. 109. t. 6. f. 1. planta toto cœlo a nostrate diversa, distincta caule unifloro strigoso; foliis caulinis inferioribus latioribus serratis, strigosis. Corolla longiore minus ampla; non in rupibus sed in graminosis pascuis alpium provenientis.

Diversa etiam est a C. Scheuchzeri. Villarsii l. c. p. 503. t. 10.

Obs. Planta in horto culta constantissima permansit; hinc certo peculiaris species.

308. Campanula *patula*, foliis strictis: radicalibus lanceolato-ovalibus, panicula patula. *Linn. Sp. pl. 1. p. 232. — Pollich. fl. pal. n. 207.*

Campanula caule brachiato, foliis lanceolato-linearibus, glabris, petiolis paucifloris nudis. *Hall. stirp. helv. n.* 698.

Campanula minor rotundifolia flore in summis cauliculis. *Bauh. pin. p.* 93. — *Tournef. inst. p.* 112.

Campanula esculentæ facie ramis et floribus patulis. *Dill. hort. Elt. f.* 58. *t.* 68.

Icon. *Oeder. fl. Dan. t.* 373.

Germ. *Ausgebreitete Glockenblume.*

Gall. *Campanule patente.*

Hab. Utrinque in ericetosis, juniperetis, sylvis, collibus dumetosis et arvis sylvaticis. Circa *Aue*, *Grünwettersbach*, *Palmbach* et alibi passim frequens.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ♂

Radix ramosa, fibrosa, ex lutescente albida. *Caulis* sesquipedalis, bipedalis et altior,

rectus, fulcato - angulatus, inferne villofo-cabriusculus, fuperne glaber, ramofus. *Rami* lterni, patentes. *Folia* infima obverfe lanceoato - ovata, obtufa, margine obfolete crenuata, fuperiora femiamplexicaulia, ovato - laneolata, acutiuscula, fubcrenulata, glabriuscua, pallide viridia, unciam ad fesquiunciam lona, tres lineas circiter lata, omnia feffilia; rainea minora, anguftiora. *Panicula* patens. *Peunculi* uniflori, in fingulo ramo fubterni. *Bratea* fetacea, longitudine fere pedunculi. *Cacis* fegmenta fetacea, corolla multo breviora, utrinque bafi denticulo notata. *Corolla* d medium quinquefida: *laciniis* acutis, paentibus, fex ad feptem lineas longa, pallide purpureo cærulea, quandoque albida.

Ex floribus mel apes conquirunt.

Planta adhuc tenella ovibus gratum pabulum præet; etiam equis vaccis et fuibus accepta.

509. CAMPANULA *Rapunculus* foliis undulatis: radicalibus lanceolato - ovalibus, panicula coarctata. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 232. *Pollich. fl. pal. n.* 208.

Campanula foliis ellipticis ferratis, fubhirfutis, caule afpero, floribus paniculatis. *Hall. ftirp. helv. n.* 699.

Campanula radice efculenta, flore cæruleo. *Mapp. fl. Alf. p.* 50.

Rapunculus efculentus. *Bauh. pin. p.* 92.

Rapunculus. *Tabernæmont. hift. p.* 793. (*Icon. plantæ cultæ.*)

con. Regnault. bot. — Oeder. fl. Dan. t. 855. *Schkuhr. bot. Handb. t.* 39.

Germ. *Kleine Rapünzel. Rapunzel-Rüben.*

Gall. *Raponce. Raiponce.*

Hab. Utrinque in pratis ſiccioribus, agris, cultis, vineis, ad viarum margines, in dumetis, ſepibus paſſim non infrequens.

Flor. Majo, Junio, Julio. *Semina* Julio et Auguſto maturat ♂.

Radix napiformis, digiti minimi craſſitie, alba. *Caulis* 2-3 pedalis, erectus, angulatus, ſulcatus, hirſutus, ſuperne glabriuſculus, racemoſo-paniculatus. *Folia* radicalia ovato-lanceolata, obtuſa, ſubundulata, hirſuta; caulina alterna, ſeſſilia, lanceolata, margine ſubcrenulato-undulata, glabriuſcula, ſeſquiunciam ad binas uncias longa, quatuor ad quinque lineas lata, ſuperiora minora; ramea ſetacea. *Panicula* terminalis, erecta, lanceolata, coarctata, racemoſa. *Pedunculi* inferiores erecti, bifidi, altero perbrevi, altero longiore, unifloro; ſuperiores ex caule ſolitarii, alterni, ſparſi, uniflori. *Bractea* ſetacea, tenuiſſima. *Calycis* ſegmenta ſetacea, tenerrima, acutiſſima. *Corolla* quinquefida: laciniis acutis, quinque ad ſex lineas longa, e purpureo-cærulea, venis ſaturatioribus picta.

Radix lacteſcens, ſapida, eſculenta. Ineunte vere radix cum foliis tenellis radicalibus vel cruda vel elixata in acetaria aptatur; hinc etiam in hortis pro uſu culinari colitur ut grandior evadat.

Non confundenda cum alio Rapunculo eſculento, qui ſub R. ſpicato; ſeu radice Phyteumatis ſpicati, Linnæi venit.

310. Campanula *persicifolia* foliis radicalibus obovatis, caulinis lanceolato-

linearibus fubferratis, feffilibus remotis. *Linn. Syft. veg. p.* 206. — *Pollich. fl. pal. n.* 209.

Campanula *decurrens. Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 232.

Campanula foliis radicalibus ovatis, caulinis linearibus, petiolis longiffimis paucifloris. *Hall. ftirp. helv. n.* 697.

Campanula Perficæfolio. *Cluf. hift.* 2. *p.* 171. *Mapp. fl. Alf. p.* 50.

Rapunculus perficifolius magno flore. *Bauh. pin. p.* 93.

Rapunculus nemorofus fecundus. *Tabernæmont. hift. p.* 795. *Icon.*

con. Bulliard. herb. t. 367. — *Oeder. fl. Dan. t.* 1087.

erm. Pfirfichblättrige Glockenblume.

all. Campanule à feuilles des Pêches.

ab. Utrinque in collibus aridis dumetofis aprieis, juniperetis, ad viarum montofarum excavationes, ad vinearum marginalia, viasque afperas montofas fepesque paffim frequens.

lor. Junio, Julio, Augufto. *Semina* Augufto, Septembri maturat. ♃

Radix fubfufiformis, fibrofa, albida. *Caulis* ıbitalis, tripedalis et altior, erectus, fulcatoıgulatus, glaber, fimplex. *Folia* radicalia caunaque inferiora in petiolum decurrentia, oboıta, obfolete crenulata, glabra, tres ad quaıor uncias longa, quatuor ad quinque lineas ta; fuperiora alterna, feffilia, remotiuscula, ıeari-lanceolata, anguftiora, acutiuscula, in-

tegriuscula, per lentem rariter ſerrulata, glabra. *Pedunculi* ex foliorum ſuperiorum axillis, ſolitarii, angulati, uniflori, floribus ſubbreviores, ſubnutantes. *Calycis* ſegmenta ſubulata, erecta, corolla multo breviora. *Corollæ* ſpecioſæ, amplæ, violaceo-cæruleæ, aut albidæ, quandoque qurpureæ, ultra unciam longæ.

Variat. Caule unifloro.

Pulcherrimum ſane in locis aſperis ſæpe ob flores elegantiſſimos ſpecioſos ornamentum.

Flores apibus mel præbent.

Radices esculentæ, in hortis majores, magis teneræ, ſapidæ evadunt.

†† *Foliis ſcabris latioribus.*

311. CAMPANULA *latifolia* foliis ovato-lanceolatis, caule ſimpliciſſimo tereti, floribus ſolitariis pedunculatis, fructibus cernuis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 233.

Campanula foliis ovato-lanceolatis, ſerratis, petiolis unifloris, calycibus glabris. *Hall. ſtirp. helv. n.* 691.

Campanula maxima foliis latiſſimis flore cæruleo et albo. *Tournef. inſt. p.* 108. — *Bauh. pin. p.* 911.

Campanula pulchra a Toſſano Carolo miſſa. *Joh. Bauh. hiſt.* 2. *p.* 807. *Icon.*

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 85.

Germ. Breitblättrige Glockenblume.

Gall. Campanule à feuilles larges.

Hab. Circa Baſileam in Sylva *die Hardt* ubi noviſſime legit *Zeyherus.*

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ♃

Caulis cubitalis, tripedalis, erectus, teres, striatus, superne angulatus, hirsutus, firmus, simplex. *Folia* radicalia inferioraque caulina ovato - lanceolata, in petiolum latum decurrentia, superiora alterna, sessilia, late lanceolata, omnia eroso - inæqualiter obtuse serrata, venosa, utrinque hirsuta, aspera, tres ad quatuor uncias longa, sesquiunciam lata, suprema minora. *Flores* ex alis foliorum superiorum. *Pedunculi* alterni, solitarii, angulati, uniflori, folio breviores. *Calycis* segmenta latiuscula, triangularia, acuta, glabra. *Corollæ* speciosæ, ultra medium quinquefidæ: laciniis acuminatis, calycem duplo excedentibus, ciliatis; violaceo cæruleæ, aut albidæ, ultra sesquiunciam longæ.

312. CAMPANULA *rapunculoides* foliis cordato - lanceolatis, caule ramoso, floribus secundis, sparsis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 234. — *Pollich. fl. pal. n.* 210.

Campanula foliis cordato - lanceolatis, hirsutis, petiolis unifloris. *Hall. stirp. helv. n.* 692.

Campanula hortensis rapunculi radice. *C. Bauh. pin. p.* 94. — *Mapp. fl. Alf. p.* 49.

Campanula repens flore minore cœruleo. *Joh. Bauh hist.* 2. *p.* 807.

Germ. Rapunzelartige Glockenblume.

Gall. Campanule inclinée.

Hab. Utrinque in dumetis, nemoribus, ad radices montium, in vineis et collibus sicciorībus passim frequens.

Flor. Junio, Julio, Augusto. *Semina* Augusto et Septembri maturat. ♃

Radix repens. *Caulis* sesquipedalis et altior, erectus, angulatus, subhirsutus, scabriusculus, ramosus. *Rami* alterni. *Folia* inferiora longius petiolata, cordato-lanceolata serrata; superiora alterna, sessilia, ovato-lanceolata, subhirsuta, aspera. *Flores* paniculato-racemosi, subsecundi. *Pedunculi* solitarii, uniflori, nutantes. *Calycis* segmenta reflexa, obtusa, hirsuta. *Corolla* mediocris, caerulea.

Radices ita repunt ut vix eradicari queant, dulcescentes sunt.

Flores apibus mella praebent.

313. CAMPANULA *Trachelium*, caule angulato, foliis petiolatis, calycibus ciliatis, pedunculis trifidis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 235. — *Pollich. fl. pal. n.* 211.

Campanula foliis cordato-lanceolatis, acute serratis, hirsutis, petiolis ex alis paucifloris, calycibus hispidis. *Hall. stirp. helv. n.* 690.

Campanula vulgatior foliis urticae vel major et asperior. *Bauh. pin. p.* 94. — *Mapp. fl. Als. p.* 49.

Cervicaria major I. II. III. et IV. *Tabernaemont. hist. p.* 796. *Icon.*

Icon. Bulliard. herb. T. 319.

Germ. Nesselblättrige Glockenblume. Halskraut. Zäpfleinkraut.

Gall. Campanule gantélée.

Hab. Utrinque in montosis nemorosis, colli-

bus dumetofis, ad fylvarum marginalia dura lapidofa; ad rudera arcium antiqua collapfa paffim frequens.

Flor. Junio, Julio, Augufto. *Semina* Septembri maturat. ♃

Caulis bipedalis, tripedalis, erectus, angulatus, fæpe rubellus, hifpidus. *Folia* inferiora petiolata, ovato-cordata, incifo-ferrata, urticæ analoga, rugofo-venofa, hirfuta, fcabra, tres circiter uncias longa, duas lata; fuperiora alterna, ovato-lanceolata, ferrata; fuprema fubfeffilia, lanceolata, obfolete ferrata. *Pedunculi* axillares, folitarii, angulati, breves, fubtrifidi, nutantes. *Calycis* fegmenta lanceolata, erecta, pilis canescentibus hifpida. *Corollæ* magnæ, cæruleæ, purpureæ, vel albidæ, fauce pilofæ.

Variat. Pedunculis fimplicibus unifloris.

Pharm. CERVICARIÆ MAJORIS *Folia.*

Contra colli et oris exulcerationes et inflammationes olim commendabatur; hodie exoleta in medicina. Flores apibus mella largiuntur.

14. CAMPANULA *glomerata* caule angulato fimplici, floribus feffilibus, capitulo terminali. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 235. *Pollich. fl. palat. n.* 212.

Campanula caule fimplici afpero, foliis amplexicaulibus, floribus capitatis. *Hall. ftirp. helv. n.* 685.

Campanula pratenfis flore conglomerato. *Bauh. pin. p.* 94. — *Mapp. fl. Alf. p.* 50.

Trachelium minus. *Joh. Bauh. hift.* 2. *p.* 801. *Icon.*

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto ma

Caulis digitalis, palmaris, pedalis et erectus, angulatus, hirsutus, scaber, si *Folia* radicalia longe petiolata, cordat ceolata; caulina alterna, subpetiolata, lanceolata; superiora sessilia, semiampl lia, omnia minutim serrulata, firma, *Flores* in axillis foliorum superioribus s les, subterni, terminalesque plures in cap densum, globosum congesti. *Corollæ* med violaceo - cærulecæ, quandoque albidæ, plerumque pilis albis præditæ.

Variat. Floribus omnibus terminalibu pitulum congestis.

Pharm. CERVICARIÆ MINORIS F

Hodie in medicina exoleta.

Flores apibus valde accepti.

315. CAMPANULA *Cervicaria* h floribus sessilibus, capitulo termin liis lanceolato - linearibus undulatis.

Campanula hirsuta altissima asperior foliis angustis, floribus parvis conglomeratis. *Dill. Giess. p.* 121.

Trachelium altissimum hirsutum asperius foliis angustis, floribus parvis. *Joh. Bauh. hist.* 2. *p.* 801. *Icon.*

Germ. *Mittlere Halsglockenblume. Mittleres Halskraut.*

Gall. *Campanule cervicaire.*

Hab. In Sponhemia inter *Winningen* et *Coblenz* in sylvis dumetosis rarius; retro *Sprendlingen* in sylvarum marginalibus virgultosis argillaceo - calcareis inter Rosam *arvensem* non infrequens. In Palatinatu, in sylvis virgultosis inter *Berstatt* et *der langen Meil* teste *Pollichio*. In Alsatia inter *Sulz* et *Zenne* legit *J. Bauhinus*.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ♃

Differt a præcedente specie affini: *Caule* semper altiore, bipedali, tripedali, magis hirsuto, scabro. *Foliis* radicalibus lanceolatis, obtusis, in petiolum decurrentibus; caulinis alternis, semiamplexicaulibus, lineari - lingulatis, margine subundulatis, obsolete crenulatis, multo longioribus, inferne canescentibus, magis hirsutis, scaberrimis. *Floribus* passim ex foliorum axillis superioribus sessilibus, terminalibus, copiosioribus, dense conglomeratis. *Calycibus* magis hirsutis. *Corollis* duplo fere minoribus, violaceo - cæruleis, extus hirtis.

Nota. Ad rariores omnino cives pertinet.

Obs. Campanula thyrsoidea et C. Spicata Linn. hucusque apud nos nondum lectæ sunt, nec magis C. Medium.

Radix dulcis esculenta. Flores apibus mel largiuntur.

††† *Capsulis prismaticis; Caule subdiviso.*

316. CAMPANULA *Speculum* caule ramosissimo diffuso, foliis oblongis subcrenatis, calycibus solitariis, corolla longioribus, capsulis prismaticis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 238. — *Pollich. fl. pal. n.* 214.

Campanula caule procumbente, fructibus prismaticis, floribus rotatis longissime petiolatis, solitariis. *Hall, stirp. helv. n.* 703.

Campanula arvensis erecta. *Bauh. pin. p.* 215. — *Mapp. fl. Alʃ. p.* 51.

Viola arvensis. *Tabernæmont. hist. p.* 682. (*Icon.* mala.)

Icon. Curtis. Magaz. t. 102.

Germ. Frauenspiegel. Venusspiegel.

Gall. Miroir de Vénus. Doucette.

Hab. Utrinque inter segetes et in arvis passim. Circa *Carlsruhe* rarius; retro *Durlach*, *Berghausen*, *Grötzingen* infrequens. In Marggraviatu superiore prope *Badenweiler*, *Niederweiler*, *Müllheim* et alibi inter segetes sæpe nimis abunde. In Alsatia prope Argentinam inter segetes *in dem Ostwinkel;* prope *Jllkirch*, *Oberhausbergen* et alibi; in Alsatia superiore frequens. In Palatinatu in agris circa *Heidelberg*, in monte *Oppenheimensi* cui arx inædificata inter segetes; in arvis Rheno vicinis satis copiose, teste *Pollichio.*

Flor. Junio, Julio, Augusto in Septembrem usque. *Semina* Augusto, Octobri maturat. ☉

Radix fibrosa. *Caulis* pedalis, sesquipedalis et altior, erectus, debilis, angulatus, gla-

brius-

briusculus, ramosus. *Rami* alterni, copiosi, diffusi. *Folia* alterna, semiamplexicaulia; radicalia in petiolum decurrentia, omnia obovata, obtusa, obsolete rariter crenulata, subvillosa, glabriuscula, læte viridia. *Flores* copiosi, subsessiles, solitarii. *Calycis* segmenta corolla longiora. *Corollæ* amœnissime cœruleo-purpureo-violaceæ, quandoque albidae, subrotatae. *Capsulæ* prismaticae.

Obs. Cataloniæ agros hinc inde tapetis in morem obducit; elegantia admirabilis, verbis non exprimenda.

Bonum in arvis ovibus pabulum præbet.

Flores apibus mel largiuntur.

317. Campanula *hybrida* caule basi subramoso stricto, foliis oblongis crenatis, calycibus aggregatis corolla longioribus, capsulis prismaticis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 239.

Campanula caule erecto, fructibus prismaticis, floribus rotatis, sessilibus, congestis. *Hall. stirp. helv. n.* 704.

Campanula arvensis procumbens. *Mapp. fl. Als. p.* 51.

Speculum Veneris minus. *Raj. hist. p.* 743.

Onobrychis altera Belgarum et Dodonæi. *Lob. Icon.* 418.

Avicularia Sylvii quibusdam. *J. Bauh. hist.* 2. *p.* 800. (*Ic. mala.*)

Germ. Bastard-Venus-Spiegel.

Gall. Doucette batard. Miroir de Venus batard.

Hab. In Marggraviatu superiore prope *Weil*

versus Basileam inter segetes; in agris inter Basileam et *Hagens* teste *Joh. Bauhino*; inter segetes prope St. *Jacob* teste *C. Bauhino*. In Alsatia prope Argentinam in segetibus juxta *Jllkirch* teste *Mappo*.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri maturat. ⊙

Caulis pedalis, sesquipedalis, erectus, angulatus, sulcatus, glabriusculus, simpliciusculus, sæpissime basi ramosus. *Folia* alterna, sessilia, ovata, obsolete dentata, glabriuscula. *Flores* sessiles, terni, quaterni, coarctati. *Calyx* trigonus, segmentis corolla multo longioribus, elongatis, rectis. *Corolla* ex purpureo cærulea, profunde quinquefida, fere rotata, sæpe imperfecta, calyce occulta, non explicata.

Planta secundum Linnæum hybrida, orta ex matre C. Speculo.

Obs. Argentorati in loco a Mappo allegato hanc plantam sæpe sed frustra quæsivi.

XCIII. PHYTEUMA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 292.

Calyx monophyllus, quinquepartitus, acutus, erecto-patulus, superus. *Corolla* monopetala, rotata, patens, quinquepartita: *laciniis* linearibus, acutis, recurvis. *Capsula* subrotunda, 2-3-locularis, utrinque foramine laterali dehiscens. *Semina* plurima, parva, subrotunda.

318. PHYTEUMA *orbicularis* capitulo subrotundo, foliis serratis, radicalibus cordatis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 242.

Rapunculus foliis imis longe cordatis, caulinis sessilibus, acutis, bracteis ovato-lanceolatis. *Hall. stirp. helv. n.* 681.

Rapunculus folio oblongo, spica orbiculari. *Bauh. pin. p.* 92. — *Mapp. fl. Alf. p.* 267.

Germ. Kugelförmige Rapunzel.

Gall. Raiponce en globe.

Hab. In Marggraviatu superiore in montis *Belchen* jugo; in Alsatiæ superioris subalpinis prope *Heiligenstein*, *Haslach* prope *Mutzig*; in montosis graminosis montis *Ballon* ubique frequens; in pratis *Michelfeldæ* testibus *Lachenalio* et *Zeyhero*.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ♃

Radix fusiformis, albida. *Caulis* pedalis et altior, erectus, angulatus, glaber, simplex, foliatus. *Folia* radicalia longe petiolata, cordata, acuminata, obtusa, inæqualiter obsolete crenulata, venosa, glabra; caulina alterna inferiora cordato sæpe ovato-lanceolata, in brevem petiolum decurrentia; superiora sessilia, semiamplexicaulia, angustiora, et acutiora. *Spica* terminalis, solitaria, ovali-hemisphærica, obtusa, sæpe globulosa. *Bracteæ* sub spica, ovato-lanceolatæ, carinatæ, caudatæ, acutæ, canescentes, hirsutæ, spica breviores. *Corollæ* imbricatæ, densæ, saturate cyaneæ, purpureo-violaceæ, raro albidæ. *Stigma* sæpissime trifidum, rarius bifidum, revolutum. *Capsula* subbilocularis.

Affinis sequenti a qua differt. Caule sæpissime humiliori. Foliis obsolete quasi eroso-crenulatis angustioribus, nec denticulato inæqualiter serratis. Spica semper breviore, magis rotundata. Bracteis basi multo

longioribus, brevioribus. Stigmate fere semper trifido, nec saepissime bifido. Loco porro natali subalpino.

Obs. Planta sane quoad foliorum formam in pratis subalpinis Helvetiae, Galliae et Hispaniae maxime ludit. Vidi specimina: Foliis radicalibus profunde sinuato-cordatis, caulinis cordato-ovatis, ovato-lanceolatis; alia Foliis radicalibus caulinisque ovato-lanceolatis; alia Foliis omnibus ellipticis obtusis; alia Spica exacte globosa, alia oblonga. Sed in individuis a me visis et observatis: Folia omnia praesertim radicalia, eroso-obtuse crenulata, non serrata, nec dentata.

519. Phyteuma *spicata* spica oblonga, capsulis bilocularibus, foliis radicalibus cordatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 242.

Rapunculus foliis radicalibus cordatis, tubis bicornibus revolutis. *Hall. stirp. helv. n.* 684.

Rapunculus spicatus. *C. Bauh. pin. p.* 92. *Mapp. fl. Als. p.* 267.

Rapunculus quintus, nemorosus primus. *Tabernaemont. hist. p.* 794. *Icon.*

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 362. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 39. *n.* 430.

Germ. Aehren-Rapunzel. Wald-Rapunzel. Waldrübleinkraut.

Gall. Raiponce à épi.

Hab. Utrinque in sylvis umbrosis humidiusculis, in pratis sylvaticis, montosis et demissioribus, ad sylvarum marginalia passim frequens.

Flor. Majo, Junio, Julio. *Semina* Julio, Augusto maturat. ♃.

Radix napiformis. *Caulis* fesquipedalis, bipedalis, tripedalis et altior, erectus, angulatus, glaber, fimplex. *Folia* radicalia longe petiolata, cordata, acuminata, obtufiuscula; caulina inferiora fimilia, fuperiora ovata, acuminata, fubfeffilia, omnia inæqualiter dentato-ferrata, glabriuscula. *Spica* terminalis, ovato-cylindrica, erecta, denfa, unciam ad tres uncias longa. *Bracteæ* fub fpica lineari-lanceolatæ, fetaceis intermixtæ, fpica breviores, inæquales. *Corollæ* cæruleæ, violaceæ, fæpe ochroleucæ, vel albidæ, quinquefidæ, quandoque quadrifidæ, *Staminibus* tunc quatuor inftructæ. *Stigma* fæpiffime bifidum, raro trifidum, revolutum. *Capfula* fubbilocularis.

Variat. *Foliis* radicalibus caulinisque inferioribus cordatis, fubæqualiter ferratis; *Spica* fubovata. Huc fine dubio pertinet Phyteuma *nigrum*. *Smith. fl. Bohem.* 1. *n.* 189.

Nota. Folia fæpe macula triangulari fusca notata.
Radix esculenta a quibusdam in acetaria adaptatur, ut Campanula Rapunculus.
Flores apibus mella porrigunt.

XCIV. SAMOLUS.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 294.

Calyx quinquepartitus, fuperus, bafi obtufus: *laciniis* erectis perfiftientibus. *Corolla* monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* breviffimus, longitudine calycis, pertufus. *Limbus* planus, quinquepartitus, obtufus. *Squamulæ* quinque, breviffimæ, fetaceæ, ad bafin finus limbi conniventis. *Capfula* ovata, calyce cin-

cta, unilocularis, semiquinquevalvis. *Semina* plurima, ovata, exigua.

320. Samolus *Valerandi* caule erecto, foliis obovatis integris, racemo terminali.

Samolus *Valerandi. Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 243. *Pollich. fl. palat. n.* 216. — *Hall. stirp. helv. n.* 707. — *Mapp. fl. Alf. p.* 278. — *Joh. Bauh. hist.* 3. *p.* 781. *Icon.*

Anagallis aquatica rotundo folio non crenato. *Bauh. pin. p.* 252.

Alsine aquatica perennis foliis Beccabungæ. *Moris. hist.* 2. *p.* 323. *Sect.* 3. *tab.* 24. *f.* 28.

Icon. Curtis. fl. Lond. t. 368. — *Oeder. fl. Dan. t.* 198. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 40. *n.* 433.

Germ. Samoskraut. Valerandskraut. Pungen.

Gall. Samole valerande.

Hab. In uliginosis passim versus Rhenum prope *Dachsland*, *Schreck*, *Linckenheim* perraro. In Palatinatu in pratis ad salinas circa *Dürckheim* copiose, et in toto illo pratorum tractu usque ad *Oggersheim*, *Frankenthal*, *Lambsheim* etc. abunde; passim ad fossarum margines inter *Daudernheim* et *Odernheim;* circa *Mainz*, teste *Pollichio*. In Alsatia prope Argentinam in udis *auf der Metzgerau* et alibi passim vidi.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ♂

Caulis palmaris, pedalis, erectus, teres, glaber, simpliciusculus, quandoque ramosus. *Rami* alterni. *Folia* radicalia in orbem congesta, in petiolum decurrentia; caulina alterna, obovata, obtusa, integra, glaberrima, læ-

te viridia; suprema sessilia. *Racemus* terminalis, laxiusculus, erectus. *Bracteae* lanceolata, parva. *Corollae* parvae, albidae.

Nota. Ubi in abundantia venit, semper fere indicium salis culinaris est; sic in maritimis et locis salsis longe a mari dissitis Cataloniae et Arragoniae praesertim, maxima in copia vidi Samolum muria albido-cinerea obductum.

Obs. Individua in Hispania lecta, nostratibus majora, firmiora magis ramosa, foliis rotundioribus praedita sunt; sine dubio ad africanam variationem a Linnaeo allegatam, pertinent.

Pharm. Samoli Folia.

Folia amariuscula, detergentes vires possident; hodie in medicina exoleta.

XCV. LONICERA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 319.

Calyx quinquepartitus, superus, parvus. *Corolla* monopetala, tubulosa. *Tubus* oblongus, gibbus. *Limbus* quinquepartitus subbilabiatus: *laciniis* revolutis, quarum una profundius separata. *Bacca* umbilicata, bilocularis. *Semina* subrotunda compressa.

† *Periclymena, Caule volubili.*

321. Lonicera *Caprifolium* floribus verticillatis terminalibus sessilibus, foliis summis connato-perfoliatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 246. — *Pollich. fl. palat. n.* 217.

Caprifolium italicum. *Tournef. inst. p.* 608. *tab.* 378. — *Dodon. pempt. p.* 411. *Icon.*

Periclymenum perfoliatum. *Bauh. pin. p*

302. —. *J. Bauh. hist.* 2. *p.* 104. *Icon.* — *Tabernæmont. hist. p.* 1299. *Icon.*

Icon. Jacqu. fl. Austr. t. 357. — *Pfleger. arb. et frut. Badenses. op. pict.*

Germ. Geisblatt. Specklilie. Italienische Specklilie.

Gall. Chevre feville d'Italie.

Hab. In dumetis circa *Carlsruhe* passim; ad vinearum marginalia dumetosa prope *Durlach*, *Grötzingen*, *Baden*, *Bühl*, *Affenthal*, *Neuweyher*, *im Amte Stauffenberg*. In Principatu superiore ad vinearum marginalia et alibi passim frequens. In Alsatia ad vineas prope *Barr* vidi. In Palatinatu in vinearum dumetis ac sepibus circa *Heidelberg*, *Neuenheim* teste *Pollichio*. In Sponhemia in vineis ad Mosellam prope *Trarbach* et *Winningen* legi.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio maturat. ♄

Frutex debilis ad dumeta se convolvens. *Rami* oppositi, teretes, longi. *Folia* sessilia, connata, inferiora ovata, obtusa; summa orbiculata, connato-perfoliata, integra, glabriuscula. *Flores* terminales, verticillati, sessiles. *Corollæ* crassiusculæ, ex niveo-rubellæ, quandoque niveæ, suaveolentes. *Baccæ* subrotundæ, succulentæ, glabræ, fulvæ.

Pharm. CAPRIFOLII ITALICI *Cortex; Flores; Folia; Baccæ.*

Frutex elegans ob flores suavissimos amoenos, topiariis aptus; pulchre cum sequenti specie operit hortorum muros, domunculasque æstivas. Flores noctu præsertim suavissimo odore hortos implent.

Flores apibus mel porrigunt.

Cortex naufeofus, fubftipticus, ut et Surculi feu ftipites in aqua decocti, in arthritide vaga et lue venerea commendabantur.

Flores feu potius aqua ex illis deftillata, aftmaticis, tuffientibus, etiam in palpitatione cordis laudabatur.

Folia fapore fubnaufeofa, fubftiptica, in aqua decocta, ad ulcera et inflammationes oris et faucium in gargarismate. Contufa ulceribus cancrofis applicabantur. Succus item ad Lentigines et maculas cutis delendas adhibetur.

Baccæ catharticas vires habent, quapropter Hydropicis a quibusdam commendantur.

Hodie apud noftrates in medicina fere exoleta, vix cognita.

322. LONICERA *Periclymenum* capitulis ovatis imbricatis terminalibus, foliis omnibus diftinctis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 247. — *Pollich. fl. pal. n.* 218.

Caprifolium. *Hall. ftirp. helv. n.* 73.

Caprifolium germanicum. *Tournef. inft. p.* 608. — *Mapp. fl. Alf. p.* 51. — *Dodon. pempt. p.* 411.

Periclymenum germanicum non perfoliatum. *Bauh. pin. p.* 302.

Periclymenum primum. *Tabernæm. hift. p.* 1299. *Icon.*

β. Foliis finuatis.

Caprifolium non perfoliatum foliis finuofis. *Tournef. inft. p.* 608. — *Mapp. fl. Alf. p.* 52.

γ. Foliis finuatis variegatis.

Caprifolium non perfoliatum foliis finuofis variegatis. *Mapp. fl. Alf. p.* 52.

Icon. *Curtis. fl. Lond.* — *Oeder. fl. Dan.* 908. — *Pfleger. arb. et frut. Badenfes.* *Schkuhr. bot. Handb. t.* 40. *n.* 436.

Germ. *Geisblatt. Wald-Specklilie. Deutfc* *Geisblatt.*

Gall. *Chevrefeville commune, ou d'Allemag*

Hab. Utrinque paffim in dumetis, fepibus, neis, non infrequens. β et γ. præfertim vinearum marginalia prope *Baden*, *Bü* *Bühlerthal*, et alibi paffim.

Flor. Junio, Julio. Augufto *Semina* maturat

Habitu præcedenti affinis, a quo difting tur: *Foliis* omnibus diftinctis, nec fuperiorib connato-perfoliatis.

Pharm. *Caprifolii Germanici Sti* *tes; Folia; Flores; Baccæ.*

Proprietates et qualitates prioris habet. Flo etiam fuaveolentes apibus accepti.

†† *Chamæcerasa pedunculis bifloris.*

323. Lonicera *nigra* pedunculis bif ris, baccis diftinctis foliis ellipticis in gerrimis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 247.

Caprifolium foliis ovato-lanceolatis, bac gemellis, calyce quinquefido. *Hall. fti* *helv. n.* 676.

Chamæcerafus alpina fructu nigro gemi *Tournef. inft. p.* 609. — *Bauh. pin. p.* 4

Periclymenum rectum, folio ferrato. *J* *Bauh. hift.* 2. *p.* 107. *Icon.*

Periclymenum quintum, rectum fecund Sabaudicum. *Tabernæmont. hift. p.* 13 *Icon.*

con. *Jacqu. fl. Austr. t.* 314. — *Pfleger. arb. et frut. Badens.*

erm. *Schwarze Lonizere. Schwarze Berg-kriesen.*

all. Lonieere noir. Chevrefeville à fruits noirs.

Hab. In Marggraviatu superiore in montosis altioribus inter *Schweighof* et *Sirnitz.* In monte *Feldberg* legit *Vulpius.* In ditione Basileensi, circa *Ramstein* unico in loco legit *Zeyherus.*

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ♄

Frutex tripedalis et altior erectus. *Rami* recti. *Folia* opposita, breviter petiolata, ova-o-lanceolata, integra, margine undulata, ju-iora hirsutula. *Pedunculi* ex foliorum alis bi-ori. *Calyx* quinquefidus, segmentis latioribus, urpureis. *Corolla* bilabiata, extus fusco-pur-urea, intus albida, villosa. *Labium* superius uadrifidum, erectum, laciniis obtusis; infe-us integrum, oblongum, reflexum. *Baccæ* emellæ, basi connatæ, ovatæ, nigræ, intus tro-purpureæ. *Semina* quinque ad sex, ovalia, ıbcompressa.

Nota. Specimina nostratia ab aliis in Helvetia et saltu Pyrenæo lecta, nullo modo recedunt. Folia margine non serrata, sed inæqualiter plicato-undulata.

Ad rariora omnino pertinet, hucusque in Alsatiæ Vogesis nondum lecta.

24. Lonicera *Xylosteum* pedunculis bifloris, baccis distinctis, foliis integerrimis pubescentibus. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 248. — *Pollich. fl. pal. n.* 219.

Caprifolium foliis ovatis acuminatis subhirsutis, baccis gemellis. *Hall. stirp. helv. n.* 677.

Chamæcerasus dumetorum fructu gemino rubro. *Tournef. inst. p.* 609. — *Mapp. fl. Alf. p.* 66. — *Bauh. pin. p.* 451.

Periclymenum rectum fructu rubro. *Joh. Bauh. hist.* 2. *p.* 106. *Icon.*

Periclymenum quartum rectum. *Tabernamont. hist. p.* 1299. *Ic.*

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 808. — *Pfleger. arb. et frut. Badenses.*

Germ. Heckenkirsche. Beinholz. Geisleck.

Gall. Chevrefeville des Buissons.

Hab. In dumetis, sepibus ac sylvis passim frequens. Prope *Bühl*, *Cappel*, *im Bühlerthal* ad sepes et sylvas, circa *Neusatz*; *im Amte Staufenberg* prope *Durbach*, *Gengenbach*, *Oberkirch* frequens. In Marggraviatu superiore *am Kaiserstuhl*; prope *Badenweiler*, *Zunzingen*, *Müllheim* et alibi in sepibus. In Alsatia prope Argentinam *in dem Osswald*, *im Jllkircherwald* et *im Ostwinkel*; copiose in Alsatia superiore passim. In Palatinatu in dumetis et sylvis circa *Lautern*; prope molam imperialem in sylva *Hallgrund* etc. in montis *Donnersberg* virgultosis; inter *Dürckheim* et *Hartenburg* in monte cui vetustum *Monasterium Limburgense* inaedificatum est, teste *Pollichio*. In Sponhemia passim frequens prope *Trarbach*, *Winningen* et alibi.

Flor. Majo, Junio. *Semina* maturat Augusto, Septembri. ♄

Frutex 3-7-pedalis et altior. *Rami* oppo-
i, glabri. *Folia* oppofita, petiolata, ovata,
otufa, integra, pubescentia. *Pedunculi* ex fo-
orum alis biflori. *Corollæ* bilabiatæ, albido-
ivicantes, violaceo mixtæ, extus villofæ. *Bac-
æ* gemellæ, bafi connatæ, globofæ, rubræ.

harm. XYLOSTEI *Baccæ.*

Sepes vivæ in hortis aridis inde optimæ. Linn.
. Suec. p. 69.

Folia capris acceptiffimum pabulum præbent, hinc
onticolis noftratibus Geifsleck audit.

Flores apibus mel largiuntur.

Lignum duriffimum pro dentibus textorum et
ctinum pratorum aptum. Internodia ftolonum pro
tulis tabacinis inferviunt.

Baccæ naufeofæ fucculentae purgant et vomitus
ent, hodie in medicina exoletæ.

25. LONICERA *alpigena* pedunculis bifloris, baccis coadunatis, foliis ovali-lanceolatis. *Linn. Syft. veg. p.* 249.

Caprifolium foliis ovato-lanceolatis, fubhirfutis, bacca fingulari bicolli, biflora. *Hall. ftirp. helv. n.* 675.

Chamaecerafus alpina, fructu gemino rubro, duobus punctis notato. *Tournef. inft. p.* 609. — *Mapp. fl. Alf. p.* 66. — *Bauh. pin. p.* 451.

Chamaecerafus Gesneri vel Chamaepericlymenon quoddam alpinum. *Joh. Bauh. hift.* 2. *p.* 807. *Icon.*

Periclymenum fextum, rectum tertium. *Tabernæmont. hift. p.* 1300. *Icon.*

Icon. Jacqu. fl. Auftr. t. 274. — *Mill. Dict. t.* 167. *f.* 2.

Germ. *Rothe Alpen-Lonicere. Rothe Bergkriesen.*

Gall. *Lonicere des alpes.*

Hab. In Alſatiae montibus retro *Hochandlau* erga *Hochfeld* teſte *Mappo*; in monte *Ballon* legit *Zeyherus*; in monte *Waſſerfall* poſt *Bauhinum, Lachenal* et *Zeyherus* legerunt. In monte *Dornach* circa *Ramſtein* et *Langenbruck* teſte *Zeyhero*. In Principatu ſuperiore *auf dem Schienberg* vidi.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Septembri maturat. ♄

Frutex 3-4 pedalis, erectus. *Rami* patentes, copioſi. *Folia* oppoſita, breviter petiolata, ſubovato-lanceolata, obtuſiuscula, integra, glabriuscula, binas ad tres uncias longa. *Pedunculi* ex foliorum alis ſolitarii, biflori, longi, angulati. *Bracteæ* ad apicem pedunculorum, binæ, oppoſitæ, ſubulatæ, margine ciliatæ, minutæ. *Corollæ* gemellæ, ex albido-rubellæ, extus villoſæ: *Labium ſuperius* ovatum, lateribus reflexum, apice tridentatum; *inferius* patens, oblongum, obtuſum, integrum. *Baccæ* ovatae, rubrae, punctis duobus nigris latiusculis notatæ. *Semina* ſaepe tantum tria perfecta, ſubrotunda, compreſſiuscula.

Flores apibus maxime accepti. Baccæ nauſeoſæ vomitum cient.

Obſ. In hortis et arbuſtis Carlsruhanis, aliisque adhuc hoſpitantur ſequentes ſpecies:

1) LONICERA ſempervirens verticillis aphyllis terminalibus, foliis ſummis connato-perfoliatis, (corollis coccineis). Linn.

2) LONICERA tatarica pedunculis bifloris, baccis diſtinctis foliis cordatis obtuſis. Linn.

3) Lonicera cœrulea pedunculis bifloris, baccis coadunatis globofis, ftylis indivifis. Linn.

4) Lonicera Symphoricarpos caule erecto, capitulis lateralibus pedunculatis, foliis petiolatis. Linn.

5) Lonicera Diervilla racemis terminalibus, foliis ferratis, (corollis luteis). Linn.

XCVI. VERBASCUM.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 331.

Calyx monophyllus, quinquepartitus, periens, laciniis erectis acutis. *Corolla* monoetala, rotata, fubinaequalis. *Tubus* cylindraeus, breviffimus. *Limbus* patens, quinquepartus: *laciniis* ovatis, obtufis. *Filamenta* faepe ferne villofa. *Capfula* fubrotunda, bilocula-s, bivalvis, fuperne dehiscens. *Semina* nuerofa, angulata.

26. Verbascum *Thapsus* foliis decurrentibus utrinque tomentofis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 253. — *Pollich. fl. palat. n.* 220. *Hall. ftirp. helv. n.* 581.

Verbascum mas latifolium luteum. *Bauh. pin. p.* 451. — *Mapp. fl. Alf. p.* 319.

Verbascum mas et candela regia. *Lobel. hift. p.* 303.

Verbascum primum. *Tabernæmont. hift. p.* 955. *Ic.*

con. *Regnault. bot.* — *Oeder. fl. Dan. t.* 631. *Blackw. herb. t.* 3. *et* 502. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 42.

Germ. *Wollkraut. Wollblumen. Königskerzen.*

Gall. *Molene. Bouillon blanc male.*

Hab. Utrinque in locis ſiccis aſperis ſabuloſis, in aggeribus, ſepibus, arvis arenoſis paſſim abunde. Circa *Carlsruhe im Faſanengarten*; prope *Mühlburg*; in Rheni ſabuloſis frequens; inter *Kehl* et Argentinam ſumma in abundantia. Amat terram ſabulosam incultam ſiccam.

Flor. Julio, Auguſto. *Semina* Septembri, Octobri maturat. ♂.

Radix ramoſa. *Caulis* 4 ad 7 pedalis, erectus, angulatus, tomentoſus, ſimplex, quandoque ramoſus. *Rami* erecti. *Folia* ſparſa, ad caulem decurrentia, ovato - elliptica, magna, obtuſe crenata, ſupra rugoſa, ſubtus nervoſo - venuloſa, undique tomentoſa; inferiora petiolata, majora; ſuperiora ſeſſilia, ſenſim minora. *Spica* caulem ramosque terminans, cylindrica, longa, ſpecioſa, ſimplex, conſtans floribus tempore inæqualibus. *Pedunculi* breves, ramoſi, faſciculati, tomentoſi. *Bracteæ* ovato-lanceolatae, ſubtus tomentoſae, calyce fere longiores. *Calyx* tomentoſus. *Corollæ* magnae, pallide luteæ, extus lanuginoſæ, intus ſplendidæ. *Staminum* filamenta tria ſuperiora breviora, ſuperne lanata, duo inferiora longiora, glabra, erecta.

Obſ. Plantas maxime monſtroſas Caulibus ramoſiſſimis. Calycibus in folia degeneratis Stigmatibus folioſis monſtroſis vidi prope Dachsland auf dem Damm.

Pharm. *Verbasci Radix*; *Folia*; *Flores.*

Ex floribus apes mella legunt.

Lanugo

.anugo ex caule et foliis abrafa, pro fomite in-re poteft.

Ad plantarum narcoticarum familiam accedit; odor m recentium peculiaris, fubnarcoticus. Semina faciunt, pifces eorum ope capiuntur. Boccone . di fif. p. 212. etiam pereunt. Ariftotel. hift. n. L. VIII. c. 20.

Radix recens et ficca gallinaceam gentem mire it ad obefitatem usque, acrimoniam etiam demul- in phthifi boum multo cum fucceffu utuntur Nor-; an non et in homine? Linn. fl. Suec. p. 69.

n Carniolia habetur ubique pro fpecifico in morbis iorum Bovillæ gentis, dictum ideo Plutfchnik, t-fchentza. Scopol. fl. Carn. ed. 2. n. 247.

Radix appenfa ad affectus catarrhales præfervan- et curandos laudabatur, unde Radix etiam Rheu-ica dicitur.

Folia emollientes habent præfertim vires.

Flores vel melius corollæ calycibus liberatæ, ficcatæ affervandæ; anodynas emollientes et re-entes habent vires. Deftillatione aquam exhibent e fuavem, cui fupernatat cuticula oleofa et grumi tenacis butyracei, fed exigui. Rifler. Diff. de basco.

7. Verbascum *phlomoides* foliis ovatis utrinque tomentofis, inferioribus petiolatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 253.

Verbascum fœmina, flore luteo magno. *Bauh. pin. p.* 239. — *Mapp. fl. Alf. p.* 319.

Verbascum maximum meridionalium odoratum luteum. *Joh. Bauh. hift.* 3. *p.* 855.

Verbascum maximum album femina flore fubpallido. *Lob. Icon. p.* 561. (*bona.*)

Verbascum montanum tomentofum et incanum folio fubrotundo, caule non alato ftaminibus purpureis. *Till. pif.* 171.

Germ. *Italiänisches Wollkraut. Wollkraut-weiblein. Grosses Wollkraut.*

Gall. *Bovillon blanc femelle.*

Hab. Hinc inde in sabulosis asperis locis prope *Schröck*, *Linckenheim* et *Hochstädt.* In Alsatia prope Argentinam *in dem Jllkircher Wald* ad aquam teste *Mappo.*

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri et Octobri maturat. ♂.

Affinis maxime præcedenti a quo differt *Caule* altiore, sæpe et crassiore, magis tomentoso. *Foliis* inferioribus petiolatis, ovatis, dentato - crenatis; superioribus sparsis, sessilibus, semiamplexicaulibus, non decurrentibus. *Spica* speciosiore, simplici, longiore. *Bracteis* lanceolatis, angustioribus, subundulatis, caudatis, multo longioribus. *Floribus* subsessilibus, subfasciculatis, ternis, sæpissime quaternis, quandoque quinis. *Corollis* speciosioribus, majoribus, magis pallide luteis, suavius odoratis.

Obs. Individua passim Monspelii, Narbonæ, et in Hispania lecta, a nostratibus non diversa.

In horto culta constans permansit.

Tomentum seu lanugo quæ longior et copiosior in hacce specie est, præsertim in Hispania et Italia pro fomite inservit.

Flores apibus accepti, largam illis mellis copiam præbent.

Vires habet præcedentis et forsan amplius.

328. VERBASCUM *pulverulentum* caule ramoso, foliis ovato - lanceolatis, inferioribus petiolatis, calycibus farinosis fasciculatis.

Verbascum *pulverulentum* caule ramoso calycibus farinosis, fasciculatis, flore luteo. *Villars. fl. Delph.* 2. *p.* 490. *n.* 4.

Verbascum *Lychnitis var. α. Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 253.

Verbascum spica ramosa, foliis ovato-lanceolatis, inferioribus petiolatis, flore luteo α. *Hall. stirp. helv. n.* 583.

Verbascum pulverulentum flore luteo parvo. *Joh. Bauh. hist.* 3. *p.* 856. *Icon.* — *Mapp. fl. Alf. p.* 320.

Verbascum luteum sextum. *Tabernæmont. hist. p.* 957. *Icon.*

Germ. *Kleinblühendes gelbes Wollkraut.*

Gall. *Bouillon pulverulente.*

Hab. Ad viarum margines in locis argillaceo-arenosis sterilibus et ruderatis passim cum sequente specie non infrequens. Circa *Dachsland*, *Mühlburg*; ad pagos cis et transrhenanos passim. In Marggraviatu superiore ad pontem Wiesæ *auf der Sandgrube* versus Basileam, prope *Neuhaus*. In Alsatia circa Argentinam prope *der Spitalmühl* ad viam; ad sepes prope *Osswald*, *auf dem Metzgerwall* versus fossam et alibi passim copiose.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ♂

Affinis sequenti speciei, a qua differt. *Caulibus* minus angulatis. *Foliis* ovato-oblongis, subserratis. *Calycibus* farina alba obsessis. *Corollis* majoribus, copiosioribus, semper luteis nec albis.

Obs. Planta in horto ex seminibus culta, constantissima permansit; hinc a V. Lychnitide omni jure separanda.

329. VERBASCUM *Lychnitis* foliis cuneiformi oblongis, caule angulato ramoso.

Verbascum *Lychnitis β. Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 253. — *Pollich. fl. pal. n.* 221.

Verbascum spica ramosa, foliis ovato-lanceolatis, inferioribus petiolatis. *β.* flore albo. *Hall. stirp. helv. n.* 583.

Verbascum Lychnitidis flore albo parvo. *Bauh. pin. p.* 240. — *J. Bauh. hist.* 3. *app. p.* 857. *Icon.* — *Mapp. fl. Alf. p.* 320.

Verbascum tertium, album secundum. *Tabernæmont. hist. p.* 956. *Icon.*

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 586.

Germ. Kleines weisblumiges Wollkraut.

Gall. Bovillon lychnite. Bovillon à fleurs blancs.

Hab. Utrinque in ruderatis siccis, pascuis et arvis sabulosis asperis sterilibus, ad viarum margines dumetosas passim frequens.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ♂

Caulis cubitalis, tripedalis et altior, erectus, sulcato-angulatus, ramosus: *Rami* alterni. *Folia* cuneiformi-oblonga, vel ovato-lanceolata, obtuse crenulata, superne subrugosa, glabriuscula, inferne tomentosa, farinosa, canescentia; insima petiolata, superiora alterna, sessilia. *Spica* caulem ramosque terminans, ra-

mosa. *Bracteæ* lineari-subulatæ. *Corollæ* albæ. *Staminum* filamenta plumosa, alba.

330. VERBASCUM *nigrum* foliis oblongo-cordatis petiolatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 253. — *Pollich. fl. pal. n.* 222.

Verbascum foliis imis petiolatis, cordato-lanceolatis, superioribus sessilibus, ovatis, acutis. *Hall. stirp. helv. n.* 584.

Verbascum nigrum flore ex luteo purpurascente. *Bauh. pin. p.* 240.

Verbascum nigrum flore parvo luteo, apicibus purpureis. *Joh. Bauh. hist.* 3. *app. p.* 857. *Icon.*

Verbascum quartum nigrum. *Tabernæm. hist.* 956. *Icon?*

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 1088.

Germ. Schwarzes Wollkraut.

Gall. Bovillon noir.

Hab. Utrinque ad viarum margines, in ruderatis, argillaceo sabulosis, et calcareis; ad agrorum et vinearum marginalia dumetosa et ad montium radices passim frequens.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto, Septembri maturat. ♂

Radix ramosa, fibrosa. *Caulis* cubitalis, 3-4 pedalis, erectus, angulatus, tomentoso-villosus, e viridi rubellus, simpliciusculus, quandoque ramosus. *Rami* alterni, erecti. *Folia* radicalia caulinaque inferiora petiolata, cordato-oblonga, acuta, magna; superiora breviter petiolata, ovata, acuta; omnia obtuse-cre-

nata, superne obscure viridia, rugosa, scabriuscula; utrinque villosa. *Spica* subsimplex, terminalis, densa. *Bracteæ* lanceolatæ. *Corollæ* mediocres, saturate luteæ, fauce maculis purpurascentibus hemisphæricis coronatæ. *Staminum* filamenta medio barbata, purpurascentia.

Pharm. VERBASCI NIGRI *Radix; Flores.*

Flores apibus acceptissimi, ex quibus mel conquirunt.

Ex hac specie Radicem desumere suadet Linnæus. Sed medicis apud nos neglecta et fere incognita.

In Sibiria, Flores recentes triti vel etiam oleum coctum, vulneribus recentibus imponuntur; in Epilepsia infantum ibi etiam celebrantur. Gmelin. fl. Sibir. 3. p. 92.

Tota planta cum floribus contra glires et mures pro egregio præservativo habetur, quod etiam de priore specie dicitur.

331. VERBASCUM *Blattaria* foliis amplexicaulibus oblongis glabris, pedunculis solitariis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 254. *Pollich. fl. pal. n.* 223.

Verbascum spica rarissima, foliis glabris serratis, cordato-lanceolatis, imis semipinnatis, superioribus amplexicaulibus. *Hall. stirp. helv. n.* 585.

Blattaria lutea folio longo laciniato. *Bauh. pin. p.* 240. — *Mapp. fl. Alf. p.* 40.

Blattaria alba. *Tabernæmont. hist. p.* 959. *Icon.*

Germ. Schabenkraut. Mottenkraut.

Gall. Bovillon mitier.

Hab. Ad fossarum aquaticarum marginalia elevata; ad viarum margines, in ruderatis et vineis passim frequens. Inter *Carlsruhe* et *Durlach* ad viam publicam rarius; prope *Dachsland*, *Knielingen*, *Schreck*, *Hochstedt*, *Linckenheim auf den Rheindämmen* nec non ad fossas copiose. In Marggraviatu superiore *am Kaiserstuhl*; inter *Neuburg* et *Müllheim* rarius. In Alsatia circa Argentinam *auf dem Schiess-Rhein*; prope *Ostwald*; ad fossas inter *der Walckmühl* et *dem Steinstrasserthor* et alibi copiose. In Palatinatu inter *Klein - Niedesheim* et *Lambsheim* ad fossas et vias; circa *Germersheim*, *Franckenthal*, *Heidelberg* in pascuis ad vias teste *Pollichio*.

Flor. Junio, Julio, Augusto. *Semina* Augusto et Septembri maturat. ♂

Radix ramosa, fibrosa. *Caulis* cubitalis et altior, quandoque minor, erectiusculus, subangulatus, striatus, glaber, simpliciusculus vel ramosus. *Rami* alterni. *Folia* alterna, sessilia, amplexicaulia, ovato - lanceolata, inæqualiter inciso - crenulato - serrata, subrugosa, glabriuscula. *Racemus* caulem ramosque terminans, laxus, rarus, longus. *Pedunculi* solitarii, uniflori. *Bractea* lanceolata. *Calyces* glandulosi. *Corollæ* majusculæ, flavæ, raro albidæ. *Staminum* filamenta supra medium, barbula clavata, violacea, obsessa. *Stylus* glandulosus. *Capsula* globosa, glabra.

Pharm. BLATTARIÆ *Folia.*

Flores apibus mel largiuntur.

Folia subadstringentia, amariuscula, olim contra vermes intestinales laudabantur; hodie in medicina exoleta.

Abjecta, ut ait Plinius, Blattas in se contrahit, ideoque Romani Blattariam vocarunt.

XCVII. DATURA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 332.

Calyx monophyllus, oblongus, tubulosus, ventricosus, quinquangularis, quinquedentatus, deciduus, horizontaliter prope basin parte remanente orbiculata persistente. *Corolla* monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, calyce fere longior. *Limbus* erecto-patulus, quinquangularis, quinqueplicatus, fere integer, quinquedentato-acuminatus. *Capsula* subovata, bilocularis, quadrivalvis, basi calycis imposita. *Semina* numerosa, reniformia.

332. DATURA *Stramonium* pericarpiis spinosis erectis, foliis ovatis glabris. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 255. — *Pollich. fl. palat. n.* 224.

Stramonium foliis angulosis, fructu erecto muricato, calyce pentagonio. *Hall. stirp. helv. n.* 586.

Stramonium fructu spinoso rotundo, flore albo simplici. *Mapp. fl. Alf. p.* 297.

Solanum fœtidum, pomo spinoso oblongo, flore albo. *Bauh. pin. p.* 168.

Solanum spinosum. *Tabernæmont. hist. p.* 978. *Icon.*

Icon. Curtis fl. Lond. — *Bulliard. herb. t.* 13. — *Regnault. bot.* — *Oeder. fl. Dan. t.*

236. — *Blackw. herb. t.* 313. — *Stœrck libell de Stramon.* 1. *t.* 1. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 43.

Germ. Stechapfel. Igelkolben. Rauchapfel. Dornapfel. Tollkraut.

Gall. Pomme épineuſe. Pommette épineuſe.

Hab. Utrinque in ruderatis, pagorum et civitatum rejectamentis, fimetis paſſim: Ad pagos cis et transrhenanos hinc inde nimis copioſe. Circa *Carlsruhe* rarius.

Flor. Julio, Auguſto. *Semina* Septembri et Octobri maturat. ⊙

Radix ramoſa, fibris elongatis obſeſſa, alba. *Caulis* bipedalis, tripedalis, et altior, erectus, teres, glaber, nitidus, inferne ſimplex, craſſiusculus, ſuperne dichotomus. *Rami* patuli, ſubpubescentes. *Folia* alterna, petiolata, ovata, acuta, inæqualiter ſinuato-dentata, ſupra obſcure viridia, lineata, ſubtus pallidiora, nervoſa, utrinque glabra. *Flores* ſolitarii, breviter pedunculati. Pedunculi erecti, e dichotomia caulis orti. *Corolla* ſpecioſa, infundibuliformis. Tubus viridescens, pentagonus. Limbus niveus, calyce longior, ſuperne ampliatus, patulus, pentagonus, quinqueplicatus, quinquefidus, dentibus rotundatis, brevibus, terminatis apice lineari-ſubulato, conduplicato, erecto. *Capſula* magna, ovata, obtuſa, ſpinoſa.

Pharm. DATURÆ ſ. STRAMONII *Herba, Semina.*

Tota planta narcotica, venenata, viroſa, deteſtanda. Temulentiam, ſoporem, amentiam, maniam, convulſiones, paralyſes artuum, ſitim vehementem, ſudores frigidos, tremores, aphoniam, furorem, non raro mortem contrahit.

Semina maxime deleteria, non cum Nigellæ ſemine confundenda ſunt.

Venena plantarum narcotica optime infringuntur, vomitu ſubitaneo, acidis, præſertim aceto.

Virtutes Stramonii medicatas in Mania, Epilepſia et convulſionibus dedit Jll. Stœrck l. c. comprobarunt poſt bene multi. vid. Murray app. med. 1. p. 760. ſq.

Nota. Extractum (ut omnia ex plantis narcoticis vaporoſis) ex ſucco expreſſo herbæ, inſpiſſatione leni igne, ſuadente Stœrckio parandum eſt.

Planta in pagis et circa eos diminuenda eſt. Ex America in Europam migravit.

XCVIII. HYOSCYAMUS.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 333.

Calyx monophyllus, tubuloſus, inferne ventricoſus: *Ore* quinquefido, acuto, perſiſtens. *Corolla* monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, brevis. *Limbus* erecto - patens, ſemiquinquefidus: *Laciniis* obtuſis, una ovata, reliquis latiore. *Stamina* inclinata. *Capſula* ovata, obtuſa, linea utrinque inſculpta, bilocularis, circumſciſſa, operculo horizontaliter dehiscente. *Semina* numeroſa, inæqualia.

333. Hyoscyamus *niger* foliis amplexicaulibus ſinuatis, floribus ſeſſilibus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 257. — *Pollich. ſl. pal. n.* 225. *Hall. ſtirp. helv. n.* 580.

Hyoscyamus vulgaris niger. *Bauh. pin. p.* 169. — *Mapp. ſl. Alſ. p.* 147.

Hyoscyamus primus. *Tabernæmont. hiſt. p.* 968. *Icon.*

'con. *Bulliard. herb. t.* 93. — *Regnault. bot. Schkuhr. bot. Handb. t.* 44. *n.* 461. — *Blackw. t.* 550.

ʔerm. *Schwarzes Bilsenkraut. Bilsensaamen. Bilsen. Teufelsaugen. Zigeunerkraut. Hühnertod. Tollkraut. Schlafkraut. Hexenkraut.*

ʔall. *Jusquiame noir. Jusquiame.*

Iab. Utrinque ad pagorum et urbium vias, ruderata, fimeta, hortorum rejectamenta, ad carbonariorum areas. Amat ruderata pinguia. Circa *Carlsruhe* rarius; prope *Durlach* in ruderatis copiosius; ad pagos cis et transrhenanos frequens. Prope Argentinam *in der Ruprechtsau*, prope *der hohen Wart* copiose, juxta vias publicas, *auf dem Schiesrein* et alibi.

'*lor.* Majo, Junio, Julio. *Semina* Augusto, Septembri maturat. ⊙ ♂

Radix fusiformis, carnosa, albida, centro ıedullari orbiculato, rugoso, disco annulato incto, prædita. *Caulis* pedalis, sesquipedalis t altior, erectus, teres, crassiusculus, villo-) -lanatus, subglutinosus, ramosus. *Rami* al- ›rni, erecti. *Folia* alterna, sessilia, amplexiaulia, ovato-oblonga, acuta, pinnatifido-denıta, vel inciso-sinuato-dentata, costa albida, ræsertim molliter pilosa, viscosa. *Flores* axilıres, solitarii, subpedunculati. *Calyx* basi vil›so-viscidus. *Corollæ* faux ex luteo-purpuıscens. Limbus patens, colore peculiari lurio, tristi, sordide sublutescens, venis rubels, undique pulcherrimis, pictus. *Staminum* lamenta alba, villosa, ad latus corollæ sursum exa. *Semina* numerosissima, cinerea, ovata, ompressa, undique foveolis reticulata.

iopores, vertigines, convulsiones, rifus fardoi
flationes, ftrangulationes, ardorem faucium
extremitatum, refolutionem et fæpe mortem p
Salus erit in vomitu excitato, aceto, potuque
acetato.

Ne confundantur in culinis radices aliaru tarum fufiformes innoxiæ edules, cum radice f Hyoscyami.

Vires medicatas certe magnas hodie comp fimas in paralyfi, palpitationibus cordis, con bus, mania, vide in Jll. Stœrck libello de cyamo. Extractum ejus fæpius, hisce alii morbis a nimia irritabilitate fenforii communis c grana 1-2-3 in aqua quadam deftillata folutu dofi, fummo cum fructu etiam tenellis infantibu buimus.

Deleterias proprietates, lege inter alios l ray. app. med. 1. p. 655. fq. — Gmelin. zengifte. p. 220. fq. — Mapp. fl. Alf. Hall. l. c.

XCIX. NICOTIANA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 27

334. NICOTIANA *Tabacum* foliis lanceolato-ovatis, sessilibus decurrentibus, floribus acutis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 258.

Nicotiana major latifolia. *Bauh. pin. p.* 169.

Nicotiana major. *Tabernæmont. hist. p.* 971. *Icon.*

Icon. Regnault. bot. — *Blackw. herb. t.* 146. *Schkuhr. bot. Handb. t.* 44.

Germ. Virginischer Tabac. Gemeiner Tabac.

Gall. le Tabac. Tabac de Virginie.

Hab. In America. Colitur utrinque passim cis et trans Rhenum.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Augusto, Septembri maturat. ⊙

Radix fibrosa. *Caulis* 3-4-6 pedalis, erectus, teres, crassiusculus, villosus, subviscidus, simplex. *Folia* inferiora magna, alterna, ovali-lanceolata, acuta, versus basin attenuata, sessilia, ad caulem decurrentia, costa et nervis pubescentia; *suprema* sessilia, vix decurrentia, minora. *Flores* terminales, corymboso-fastigiati. *Bracteæ* lanceolatæ, acutæ. *Calyx* villoso-viscidus. *Corolla* villoso-viscida. *Tubus* pallide viridis, calyce duplo longior, striatus. *Limbus* superne rubellus, acutus, ciliatus.

Pharm. NICOTIANÆ Folia. Semen.

Tabacum ex America in Europam transplantatum, in familiarem usum ubique tractum est. A. 1496 in Domingo insula ab Eremita Hispano, Roman Pane stirps primum detecta est.

Inter annos 1560 et 1580 jam in Lusitania, Hispania, Gallia et Italia culturam ejus exercuerunt.

Planta narcotica, inebrians, purgans, emetica,

errhina. Minus affueti, dum fumum hauriunt ore, vertigine, cephalalgia, anxietate, somnolentia, vomitu, alvi solutione corripiuntur.

Usus diæteticus hodie vulgatissimus; ubique terrarum pulvis naribus et fumus ore hauriuntur, luxuriosa mira et sæpe damnosa consuetudine.

Qui plura cupit quoad historiam, usum et abusum, virtutesque medicas discere leg. Murray. app. med. ed. Althof. 1. p. 681. sq.

C. ATROPA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 335.

Calyx monophyllus, quinquefidus, persistens. *Corolla* monopetala, campanulata. *Tubus* brevissimus. *Limbus* ventricosus, ovatus, calyce longior: *Ore* quinquefido, patulo; *Laciniis* subæqualibus. *Filamenta* staminum arcuata. *Bacca* globosa, calyci magno insidens, bilocularis, succulenta. *Semina* plurima, reniformia.

335. Atropa *Belladonna* caule herbaceo, foliis ovatis integris. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 260. — *Pollich. fl. pal. n.* 226.

Belladonna caule herbaceo, brachiato, foliis ovato-lanceolatis integerrimis. *Hall. stirp. helv. n.* 579.

Belladonna majoribus foliis et floribus. *Mapp. fl. Alf. p.* 36.

Solanum melanocerasus. *Bauh. pin. p.* 166.

Solanum bacca nigra cerasi simili. *Tabernæmont. hist. p.* 977. *Icon.*

con. *Jacqu. fl. Auftr.* 4. *t.* 309. — *Bulliard. herb. t.* 29. — *Curtis. fl. Lond. t.* 347. — *Oeder. fl. Dan. t.* 758. — *Regnault. bot.* — *Blackw. t.* 564. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 45. *n.* 469.

Germ. *Tollbeere. Tollkraut. Teufelsbeere. Wolfskirschen. Waldnachtschatten. Wolfsbeere. Wüthbeere.*

Gall. *Belladonna. Belladone baccifere.*

Hab. In fylvis præfertim montofis cæduis, ad radices montium, et fylvarum montofarum marginalia; ad rudera arcium antiqua collapfa hinc inde frequens. Prope *der Ziegelhütte* circa *Grötzingen*; in fylva inter *Grötzingen* et *Berghaufen* montofa; prope *Weingarten*, *Stein*, *Pforzheim*, *Weiffenftein*, *Huchenfeld* in fylvis frequens. Circa *Raftadt*, *Baden*, *Bühl*, in convallibus *Bühlerthal im Amte Stauffenberg*; in fylvaticis prope *Gengenbach*, *Offenburg*, *Oberkirch*, *Lahr*, *Hohengerolseck*. In Marggraviatu fuperiore ad montem *Kayferftuhl* prope *Ihringen*; prope *Badenweiler*, *Schweighof*, *Seringen*; in adfcenfu montis *Blauen* et alibi frequens. In Alfatiæ præfertim Vogefi fylvis cæduis, retro *Rappolsweiher*, *Dufenbach*, prope *Lützelftein*, *im Dambacherwald*; retro *Barr auf dem Ottilienberg* et alibi paffim abunde. In Palatinatu in fylvis circa *Lautern* paffim; in ruderibus arcis *Beutelheimer Schlofs*; in monte *Donnersberg* et altiffimis montibus circa *Steinbach* proxime pagum *Standebühl*; in valle *Wilfterthal*; circa *Alzenbruck* in valle longa *Mergenthal*; inter *Afpach* et *Kufel* in collibus fylvofis montis *Remisberg*; in fylvis

circa *Wolfftein*, *Lauterecken*; in nemoribus circa *Kirckel* teste *Pollichio*. In Sponhemia *im Sohnwald* prope *Zifch* et alibi.

Flor. Junio, Julio, Augufto. *Baccas* Septembri, Octobri maturat. ♃

Radix ramofa, longa, craffa, fucculenta. *Caulis* 3-5 pedalis, erectus, teres, minute villofus, trichotomus. *Rami* dichotomi. *Folia* alterna, gemina plerumque ad ramos, altero minore, petiolata, ovata, acuta, integerrima, nervofa, molliuscula, obfcure viridia. *Flores* in ramorum axillis fubfolitarii, pedunculati, uniflori. Pedunculis folio brevioribus. *Calyx* fæpiffime quinque, quandoque tetrapartitus. *Corolla* qninquefida, raro quadrifida, e viridi-rubro-fordide-purpurascens, lurida. *Stamina* quinque, diftantia, perraro quatuor. *Bacca* rotunda, fplendens, nigricans, magnitudine et forma fructus cerafi mediocris, fucculenta, intus purpureo-rofea.

Pharm. *Belladonnæ f. Solani furiosi Radix; Herba; Baccæ.*

Tota planta narcotica, vix odora.

Baccæ dulces, fatuæ, deleteriæ, oris ficcitatem, deglutitionis impedimenta, anxietatem, ardorem linguæ, faucium, ventriculi, et inteftinorum inflammationem, pupillarum dilatationem, corporis vacillationem, vertiginem, foporem, delirium, convulfionem, rifum fardonium, furorem, tremorem, fudores frigidos, non raro mortem producunt.

Symptomata atrociffima tolluntur emetico mox exhibito, acidis præfertim vegetabilibus, aceto, fero lactis acetato. De vi funefta inter alios: Hall. l. c. Spielm. Diff. veg. venen. Alfatiæ. p. 16. fq. — Mapp. fl. Alf. l. c. — Commerc. Noric. 1743. p. 61. fq. — Gmelin Pflanzengifte p. 289. fq. — Murray. app. med. 1. p. 626. fq.

Contra

Contra Convulsiones, Maniam, Epilepsiam, Hydrophobiam et Cancrum non sine successu interdum exhibetur. Ob Foliorum et Radicum effectum medicatum vid. Joh. Heinr. Münch patrem et filios ejusdem duos medicinæ Doctores: Burchard Fridr. Münch. Diss. de Belladonna efficaci in rabie canina remedio. Götting. 1781. et ampliore commentatione ej. Practische Abhandl. von der Belladonna und ihrer Anwendung cum tab. æn. Götting. 1785. — Joh. Heinr. Münch. (alter filius) Diss. inaug. observationes practicæ circa usum Belladonnæ in Melancholia, Mania, et Epilepsia. Götting. 1783. — Mich. Alberti de Belladonna tanquam specifico in Cancro imprimis occulto resp. Ferd. Christ. Oetinger Hall. 1739. — Jac. Fridr. Ludwig. Diss. de Belladonna ejusque usu in Vesania. Jen. 1789. — Murray. app. med. l. c.

Nota. Baccæ cerasa æmulantes, infantibus jam sæpe imposuerunt, ut multa tristissima exempla docent; hinc planta ex pagorum et civitatum vicinia, ut ex hortis removenda est.

CI. PHYSALIS.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 336.

Calyx monophyllus, semiquinquefidus, pentagonus, persistens: *laciniis* acutis. *Corolla* monopetala, rotata. *Tubus* brevissimus. *Limbus* semiquinquefidus, plicatus: laciniis acutis. *Bacca* subglobosa, bilocularis, intra calycem maximum inflatum, clausum, pentagonum, coloratum. *Semina* reniformia, compressa.

336. Physalis *Alkekengi* foliis geminis integris, acutis, caule herbaceo, inferne subramoso. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 262. —. *Pollich. fl. pal. n.* 227.

Physalis foliis conjugatis, cordatis, sinuatis, caule ramoso. *Hall. stirp. helv. n.* 577.

Alkekengi officinarum. *Mapp. fl. Alf. p.* 12.

Solanum vesicarium. *Bauh. pin. p.* 166. — *Tabernæmont. hist. p.* 975. *Icon.*

Icon. Regnault. bot. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 45. *n.* 471. — *Blackw. herb. t.* 161.

Germ. Judenkirschen. Schlutten. Teufelspuppen. Blasenkirsche.

Gall. Coqueret. Coquerelle.

Hab. Utrinque in vicinia cis et transrhenana *auf den Rheindämmen* passim frequens. Ad vias excavatas hinc inde. In vineis prope *Durlach*, *Grötzingen*, *Berghausen*, *Weingarten* et alibi. Prope *Eberfteinburg* abunde in locis asperis lapidosis. In Marggraviatu superiore passim in vineis et ad vias excavatas. In Alsatia circa Argentinam ad viarum marginalia *vor dem Weissenthurnthor*; *in der Ruprechtsau* copiose, et *am Rheinzoll*; in vineis Alsatiæ superioris et ad latera viarum excavata, passim frequens. In Palatinatu in vineis et dumetis circa *Odernheim*, *Türckheim*, *Heidelberg* et alibi. In Sponhemia in similibus locis ad Mosellam.

Flor. Junio, Julio, Augusto. *Baccas* maturat Septembri, Octobri. ♃

Radix repens. *Caulis* pedalis, sesquipedalis, erectus, teres, striatus, superne subramosus, villosus. *Folia* alterna, petiolata, gemina, ex cordato-ovata, integra, vel obsolete sinuato-dentata, villosa. *Flores* axillares, pedunculati. *Pedunculi* solitarii, uniflori. *Corollæ* albæ. *Calyx* maturus maxime inflatus, ex ro-

ındo - acuminatus, rubro - croceus, includens accam subrotundam, magnitudine cerasi, coccineam, nitidam.

Pharm. ALKEKENGI *f.* HALICACABI *Baccæ.*

Baccæ maturæ dulces, acidulæ, demum amaræ, ıculentæ sunt; refrigerantes et diureticas virtutes habent.

Amaritiem insigniorem præ se ferunt, nisi à con.ctu calycis probe caveas.

De virtute diuretica baccarum Alkekengi seq. historiam refert Arnoldus de Villanova in libro e vinis: Fuit tempore meo Cardinalis quidam inquit, ui jam per quatriduum Urinæ abnegationem passus est, t ut dicitur desperatus, nullis aliis proficientibus medicinis, qui de consilio parvi medici per potum vini Alkekengi liberatus est, et soluta est urina in quantitate. x eo solo experimento medicus ille cum parva scientia et pauper, factus est magnus et dives etc.

CII. SOLANUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 337.

Calyx monophyllus, semiquinquefidus, erectus, acutus, persistens. *Corolla* monopetala, otata. *Tubus* brevissimus. *Limbus* semiquinquefidus, reflexo - planus, plicatus. *Antheræ* ıbcoalitæ. *Bacca* subrotunda, bilocularis. *Semina* plurima, subrotunda, nidulantia.

37. SOLANUM *Dulcamara* caule inermi frutescente flexuoso, foliis superioribus hastatis, racemis cymosis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 264. — *Pollich. fl. pal. n.* 228.

Solanum caule flexuoso, frutescente, foliis supremis tripartitis et cordato-lanceolatis. *Hall, stirp. helv. n.* 575.

Solanum scandens s. Dulcamara. *Bauh. pin. p. 167. — Mapp. fl. Alsat. p. 291.*

Amara dulcis. *Tabernæmont. hist. p.* 1290. *Icon.*

Icon. Curtis. fl. Lond. — Regnault. bot. — Oeder. fl. Dan. t. 607. — Bulliard. herb. t. 23. Pfleger. arb. et frut. Badens.

Germ. Bitterfuss. Hirschkraut. Mäuseholz. wilde Stickwurz. Wasserranken.

Gall. Douce-amère. Morelle grimpante.

Hab. Utrinque in dumetis, virgultosis aquaticis, in sylvis humidis, ad fossas et margines rivorum passim frequens.

Flor. Junio, Julio. *Baccas* Augusto, Septembri, Octobri maturat. ♄

Radix repens. *Caulis* (h. e. *Stipites*) suffruticosus, prælongus, subangulatus, flaccidus, inferne tuberculoso - rugoso - rimoso - scabriusculus, decumbens, aut scandens, ramosus. *Rami* pauci, alterni, erectiusculi. *Folia* alterna, petiolata, cordata, aut ovata, acuta, glabra, profunde viridia; inferiora subintegra; superiora hastata, quandoque tripartita. *Flores* laterales, oppositifolii, pedunculati, cymosi: *Cymæ* bifidæ, nutantes. *Corollæ* rotatæ, violaceæ, perraro albæ, quinquepartitæ: *Laciniis* planis, demum reflexis, basi macula gemina subrotunda, pellucida, centro puncto rubro subcordato notatis. *Baccæ* rubræ, ovatæ, succulentæ.

Pharm. DULCAMARÆ *Stipites; Folia.*

Odorem spirat peculiarem nauseosum, narcoticum. Degustata primum linguæ imprimit ingratum et amarum, demum dulcem saporem, hinc Dulcamaræ nomen.

Vires ſaponaceas, detergentes, reſolventes, majori doſi narcoticas et purgantes exſerit.

Baccæ fatuæ, nauſeoſæ, narcoticæ.

Stipites colliguntur primo vere vel autumni fine foliis deſtituti.

In ſcabie apud Uplandos in tanta fama floret, ut ab iis ideo nomine Quesved h. e. lignum contra Scabiem inſigniatur. Linn. l. c.

Folia hodie in medicina fere exoleta ſunt.

Baccæ olim contra ephelides aliasque maculas cutis laudabantur. In Hetruria mulieres ſucco earum utebantur ad faciei nitorem conciliandum, lentiginemque et maculas delendas. Mathiol. comm. in Dioscorid. p. 882.

338. Solanum *tuberosum* caule inermi herbaceo, foliis pinnatis integerrimis, pedunculis ſubdiviſis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 265.

Solanum tuberoſum esculentum. *Bauh. prodr. p.* 89. *t.* 89.

Solanum tuberoſum esculentum, Bauhini ſ. Papas indorum. *Tabernæmont. hiſt. p.* 869. (*Icon ex Bauhino.*)

Arachidna Theophr. forte, Papas Peruanorum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 79. *Icon.*

Icon. Regnault. bot. — Blackw. herb. t. 533. *n.* 587.

Germ. Grundbirn. Erdäpfel. Erdbirn. Erdtuffel. Kartoffeln. Tartofflen. Patatten. Potaken. Knolliger Nachtſchatten. Grüblingbaum.

Gall. Pomme de terre.

Hab. In Peru: Colitur utrinque frequens.

Flor. Julio, Auguſto. *Semina* Octobri maturat. ♃ ☉

Planta cuivis ob tubera notissima, acceptissima, utilissima utrinque hodie in regionibus nostratibus culta, et primaria, facile ex tuberibus vel ex eorum gemmulis vivacibus, ut et ex seminibus propaganda.

Pharm. SOLANI TUBEROSI *Herba; Tubera.*

Herba contusa, ut et tubera cruda, recentia, anodynas, subnarcoticas, repellentes vires possident.

Tubera cocta, et assata culinis notissima, bene nutrientia, facilis digestionis, farinosa.

Amylum albissimum, simile triticeo præbent.

Spiritum ardentem hinc inde ex tuberibus parant.

Nota. In Europa hæc tubera cognita sunt inde ab exeunte seculo decimo sexto. Innotuit planta C. Bauhino a. 1590., icone missa a Scholzio; sed paullo ante, nempe a. 1588. C. Clusius bina tubera cum fructu hujus plantæ acceperat a Phil. de Sivry, e Belgio missa, ex Italia deprompta, ubi tubera non modo cognita, sed et usu culinari dudum recepta tradebantur. Clusius a. 1601. tubera hæc describit ut nova, et ante paucos annos in Europa primum cognita; addit tamen, eadem plerisque Germaniæ in hortis, satis vulgaria dudum facta. Inter annos 1714-1724. in regionibus Sueviæ, Alsatiæ et in Palatinatu propagabantur.

Obs. Coluntur nunc apud nos sequentes plantæ variationes:

α. Corollis albidis violaceo-mixtis; tuberibus magnis, subcylindricis, epidermide rubella; farinosis sapidis. Hæc vulgatissima; nostratibus Rothe Kartoffel, Rothe Grundbirn. Audit.

β. Corollis albis; tuberibus subrotundis, externe albidis, foliis rugosis. Hæc etiam hinc inde vulgaris sed minus farinosa. Weisse Kartoffel; weisse Grundbirn vocatur.

γ. Corollis albidis; foliis majoribus, obscure viridibus; tuberibus maximis, epidermide ex luteo

alba; minus farinosis, magis aquosis. Hæc Suibus magis relinquunt: hinc Schweinkartoffel; Schweingrundbirn; Viehgrundbirn audit.

δ. Corollis ex albido violaceis, tuberibus magnis epidermide rubra obductis; minus sapida: nostratibus die grosse Früh-Kartoffel; Früh-Grundbirne audit.

ε. Corollis cæruleis, foliis minoribus crispatis, caulibus copiosis, tuberibus rotundis parvis, epidermide lutescente obductis. Hæc sapidissima nostratibus Englische oder Holländer Kartoffel, Zukker-Grundbirne audit, et præsertim in hortis colitur.

339. SOLANUM *nigrum* caule inermi herbaceo, foliis ovatis dentato-angulatis, umbellis nutantibus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 266. — *Pollich. fl. pal. n.* 229. — *Hall. stirp. helv. n.* 576.

Solanum *vulgatum* caule inermi herbaceo, foliis ovatis, angulatis. *Linn. l. c.*

Solanum officinarum acinis nigricantibus. *Rauh. pin. p.* 166. — *Mapp. fl. Alf. p.* 292.

Solanum sativum primum. *Tabernæmont. hist. p.* 973. *Icon.*

Icon. Curtis. fl. Lond. — *Bulliard. herb. t.* 67. — *Regnault. bot.* — *Oeder. fl. Dan. t.* 460. — *Blackw. herb. t.* 107. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 46. *n.* 476.

Germ. Schwarze Nachtschatten. Gemeiner Nachtschatten. Feldnachtschatten. Gartennachtschatten. Sautod. Schweintod. Alpkraut.

Gall. *Morelle commune. Morelle noire.*

Hab. Utrinque in cultis, hortis, ruderatis, agris, ad muros, sepes; in pagorum et urbium viis neglectis, ubi frequens.

Flor. Junio, Julio, Augusto. *Baccas* Augusto, Septembri maturat. ☉

Radix ramosa, fibrosa, alba. *Caulis* pedalis, sesquipedalis, et altior, erectus, teres, nodosus, inter nodos opposite subangulatus, ramosus. *Rami* alterni erecti. *Folia* alterna, petiolata, ovata, acuta, angulata, glabra, margine subvillosa. *Cymae* seu *umbellae* foliis oppositae, pedunculatae, bifidae, cernuae, nudae, subsexflorae. *Corollae* albidae. *Baccae* magnitudine pisi mediocris, rotundae, nigrae, glabrae.

Pharm. Solani Herba.

Planta subfoetida, subfatua, narcotica, anodynas vires habet; largiori dosi sumta vomitus excitat, capitis dolorem, vertiginem, visus obnubilationem producit.

Suibus, vitulis et gallinis letalis.

Baccae subdulces, fatuae, nauseosae, narcoticae, largiore in quantitate deglutitae, certo etiam hominibus funestae. Sic post esum earum ante paucos annos puer in nostra urbe, post atrocia symptomata, pupillarum dilatationem, obnubilationem, ardorem ventriculi, deliria, tremorem artuum, anxietatem, sudores frigidos, fato succubuit. De tristi effectu baccarum vide porro in Wepfer de Cicuta aquatica, non minus de Herba pro Atriplice per errorem cocta, in cibum apposita. Rucker. obs. de effectibus Herbae Solani officinarum, acinis nigricantibus in Commerc. Noric. A. 1731. p. 372.

Apud Arabes foliorum recentium succus in ambustis et in morbo Arabibus Bulae (qui consistit in vulnere corrodente sine dolore, quo levato restat cicatrix, quasi ex variolis) dicto adhibetur. Forsk. fl. Aegypt-Arab. p. 99. — Recente Herba contusa et tela aranea-

ım vel lardo rancido mixta, Paronychiæ medentur othlandi. Linn. Goth-resa. p. 209.

40. **Solanum** *luteum* caulibus foliis. que inermibus villofis, cymis nutantibus, baccis luteis.

Solanum *nigrum villosum* γ. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 266.

Solanum *villosum* caule inermi herbaceo, ramis teretibus villofis, foliis ovatis angulatis fubvillofis, racemis nutantibus. *Willdenow. prodr. fl Berol. n.* 272.

Solanum officinarum acinis luteis. *Bauh. pin. p.* 166. — *Mapp. fl. Alf. p.* 292.

erm. Gelber Nachtschatten. Schweintod mit gelben Beeren.

all. Morelle a fruit jaune.

ab. Paffim cum præcedente, in cultis, ruderatis fteriilioribus apricis non infrequens. Circa et in *Carlsruhe* et alibi.

lor. et *Baccas* cum præcedente maturat. ⊙

Affinis præcedenti, a quo diftinguitur. *Fo-s* magis villofis, fubeanescentibus, fæpe mino-ous, finuato dentato-angulatis. *Baccis* fem-er luteis.

bf. Planta in horto culta, conftantiffima femper baccis luteis permanfit, hinc omni jure fpecie diverfa a præcedente.

Vires habet præcedentis, fed magis adhuc foetida; ofchum fubredolens.

CIII. CHIRONIA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 349.

Calyx monophyllus, quinquepartitus, erectus, acutus, persistens. *Corolla* monopetala, infundibuliformis. *Tubus* angustior. *Limbus* quinquepartitus patens; *laciniis* æqualibus. *Antheræ* defloratæ spiraliter tortæ. *Stylus* filiformis, staminibus paulo longior. *Stigma* capitatum. *Capsula* ovata, bilocularis. *Semina* numerosa, parva.

541. CHIRONIA *Centaurium* herbacea, caule dichotomo, foliis oppositis sessilibus ovato-lanceolatis trinerviis.

Gentiana *Centaurium* corollis quinquefidis infundibuliformibus, caule dichotomo. *Sp. pl.* 1. *p.* 332.

Gentiana caule dichotomo floribus infundibuliformihus. *Hall. stirp. helv. n.* 648.

Centaurium minus. *C. Bauh. pin. p.* 278. *Mapp. fl. Alf. p.* 61. — *Tabernæm. hist. p.* 1166. *Icon.*

Icon. Curtis. fl. Lond. t. 247. — *Bulliard. herb. t.* 253. — *Regnault. bot.* — *Oeder. fl. Dan. t.* 617. — *Blackw. herb. t.* 452.

Germ. Tausendgulden-Kraut. Fieber-Kraut. Erdgalle.

Gall. Petite Centaurée.

Hab. Utrinque in pratis humidis, uliginosis, pascuisque humidis sabulosis sylvaticis cis et transrhenanis passim non infrequens.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri et Octobri maturat. ⊙

Radix fibrosa, parva. *Caules* ex radice plures, digitales, palmares, pedales et altiores, erecti, subtetragoni, glabri, plus minusve ramosi, dichotomi. *Folia* caulina sessilia, subconnata, opposita, ex ovato - lanceolata, 3-5 nervia, integra; ramea lineari - lanceolata, minora, omnia glabra. *Flores* caulem ramosque terminantes, fasciculato - corymbosi. *Calyx* quinquegonus. *Corolla* amœne rubella, quandoque albida. Tubus angustus. Limbus patens fere rotatus. *Antheræ* maturæ defloratæ, spiraliter tortæ. *Stylus* simplex.

Nota. Ob Styli præsentiam et Antheras defloratas spiraliter tortas, Capsulamque bilocularem non ad Gentianæ sed ad Chironiæ genus pertinet.

Pharm. CENTAURII MINORIS *Herba, Summitates.*

Flores apibus mel largiuntur.

Planta amara, stomachicas, aperientes, febrifugas, vermifugas, resolventes et roborantes vires habet; in medicina ab antiquissimis temporibus tritissima.

Recens et siccata pecoribus salubre pabulum præbet. Schreb. Samml. verm. Schr. 3.

342. CHIRONIA *Gerardi* corollis infundibuliformis solitariis, caule dichotomo, ramis diffusis, foliis ovato - lanceolatis. *Schmidt. fl. Bohem.* 1. *n.* 131.

Gentiana *Centaurium β. minus ramosissimum. Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 333. — *Pollich. fl. palat. n.* 258. *β.* — *Hall. stirp. helv. n.* 648. *γ.*

Gentiana corollis quinquefidis infundibuli-

formibus; caule breviffimo ramofiffimo. ♃ *Gerard. fl. prov. t. 311.*

Centaurium minus paluftre ramofiffimum, flore purpureo. *Vaill. bot. parif. p. 31. t. 6. f. 1. optima.*

Centaurium purpureum minimum. *Mapp. fl. Alf. p. 62.*

Germ. Kleines Tausendguldenkraut. Kleines Fieberkraut.

Gall. Petite Centaurée de Mr. Gerard.

Hab. Utrinque in pascuis Rheno vicinis, pratisque paluftribus, fylvaticis paffim cum præcedente.

Flor. Junio, Julio, Augufto. *Semina* Septembri, Octobri maturat. ⊙

Maxime affinis præcedenti, a qua differt: *Caule* demiffiore ramofiffimo: *Ramis* tenerrimis patentiffimis. *Foliis* minoribus.

Pulchella plantula, virtutes habet præcedentis speciei.

CIV. RHAMNUS.

Linn. Gen. plant. edit. Schreb. n. 358.

Calyx monophyllus, interne coloratus, infundibuliformis, perfiftens. *Tubus* turbinato-cylindraceus; *Limbus* patens 4-5 fidus, acutus. *Corolla* nulla, nifi *Squamulæ* quatuor ad quinqne, minimæ, ad bafin fingulæ divifuræ calycis, introrfum conniventes. *Stamina* quatuor ad quinque. *Bacca* fubrotunda, nuda, fubte-

trafperma. *Semina* folitaria, fubrotunda, hinc gibba inde compreffa.

343. RHAMNUS *catharticus* fpinis terminalibus; floribus quadrifidis dioicis, foliis ovatis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 279. — *Pollich. fl. pal. n.* 230.

Rhamnus foliis fpinofis, ovato-lanceolatis ferratis. *Hall. ftirp. helv. n.* 824.

Rhamnus catharticus. *Bauh. pin. p.* 478. — *Mapp. fl. Alf. p.* 268.

Spina infectoria. *Tabernæmont. hift. p.* 1489.

Cervifpina. *Cord. hift.* 175.

Icon. Regnault. bot. — *Oeder. fl. Dan. t.* 850 *Pfleger. arb. et frut. Badenf.*

Germ. Kreutzdorn. Purgirender Wegdorn. Kreutzbeerdorn. Hirfchdorn. Färbedorn.

Gall. Noirprun. Bourgépine. Neprun.

Hab. Utrinque inter frutices paffim, ad pagorum præfertim dumeta calcareo argillacea, montana; ad virgulta circa rudera arcium antiqua præfertim in Marggraviatu fuperiori et in Alfatia; in Rheni vicinia ad fepes hinc inde non infrequens, cumprimis ad Rhenum fuperiorem.

Flor. Junio. *Baccas* Septembri, Octobri maturat. ♄

Frutex 5-9 pedalis, quandoque altior, fæpe arbuscula. *Rami* comprimis fenescentes fpina terminati. *Folia* oppofita, petiolata, ovata, ferrata, glabra, fuperne fplendentia. *Flores* axillares, verticillato-aggregati, peduncu-

lati, uniflori, parvi, ex albo - virideſcentes, quadrifidi, aut quinquefidi, dioici, tetrandri, rarius pentandri. *Stigma* quadrifidum, raro quinquefidum, interdum trifidum. *Bacca* ſubrotunda, magnitudine piſi, apice depreſſiuſcula, puncto elevato, glaberrima, nigra, interne viridis, pulpoſo - ſuccoſa, tetra, rarius quinque, quandoque triſperma.

Pharm. SPINÆ CERVINÆ *Baccæ; Cortex.*

Ex floribus apes mella legunt.

Lignum admodum flexile pro arcubus conficiendis ad piſces cum hamo capiendos (Angelgerten) Mapp. l. c.

Cortex nauſeoſus, vomitum ciet; flavo et purpuraſcente colore tingit.

Baccæ recentes maturæ, cum alumine coctæ, viridi, cum tartaro rubro, cum lixivio cinerum betulinorum, luteo colore tingunt. Color viridis pictoribus uſitatiſſimus, ſub nomine, Verd de Veſſie; Saftgrün. Germ. ex illis paratur.

Baccæ dulceſcentes, nauſeoſæ, purgantes, hydragogæ, ut et ſyrupus ex illis paratus, qui Domeſticus audit, in medicinia adhibentur.

344. RHAMNUS *Frangula* inermis floribus monogynis hermaphroditis, foliis integerrimis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 280. — *Pollich. fl. palat. n.* 231.

Rhamnus inermis, foliis ovato - lanceolatis, integris, floribus quinquefidis androgynis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 821.

Alnus nigra baccifera. *Bauh. pin. p.* 428.

Frangula. *Tabernæmont. hiſt. p.* 1461. *Icon.* *Mapp. fl. Alſ. p.* 112.

Icon. Regnault. bot. — Oeder. fl. Dan. t. 278.

Pfleger. arb. et frut. Badenf. — *Blackw. herb. t.* 272. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 46. *n.* 489.

Germ. Faulbaum. Zapfenholz. Grundholz. Hundsbaum. Spielbaum. Pulverholz. Stinkbaum. Grindholz. Schwarze Erle. Schiefsbeere.

Gall. Bourget. la Bourgene. Aune noir.

Hab. Utrinque ad aquas, vias udas umbrofas; in montofis humidis dumetofis, ad prata humida virgultofa, fylvarum marginalia uda, foffas aquaticas, et rivulos fub alnorum umbra paffim frequens.

Flor. Junio, Julio. *Baccas* Augufto, Septembri maturat. ♄

Frutex et arbos, cortice vimineo olivaeo, cinerascente epidermide obductus. *Rami* lterni. *Folia* alterna, petiolata, ovato - laneolata, etiam rotundiora, integerrima, glara, nervofa. *Flores* axillares, pedunculati, ggregati, uniflori, fubnutantes, parvi, ex alido - viridescentes, hermaphroditi. *Bracteæ* vatæ, parvæ, coloratæ. *Baccæ* diu rubellæ, emum nigræ, pifi fere magnitudine, fubroındæ, fubdifpermæ.

Pharm. *FRANGULÆ Cortex;* Baccæ.

Flores apibus peraccepti.

Cortex lanam flavo et rubro colore tingit. Baccæ colorem viridem reddunt.

Ligni carbones a pulveris pyrii confectoribus feliantur.

Cortex naufeofus, tenax, interne lutescens, fubnaricans, valide furfum et deorfum purgat; in Hyope et in obftipationibus Boum certa medicina. Linn. l. Suec. p. 72. Olim præfertim externe contra fca-

biem, et cutis vitia commendabatur; et hodie adhuc passim monticolis cum cremore lactis incoctus, externe applicatus, contra scabiem praesentissimum remedium.

Baccae nauseosae, drasticae. Rooh baccarum ad scabiem ovium laudatur. Sagar. morb. epid. p. 56.

Semina oleum unguinosum largiuntur.

345. Rhamnus *alpinus* inermis, floribus dioicis, foliis duplicato-crenatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 280.

Rhamnus *alpinus* inermis, floribus dioicis, foliis ovali-lanceolatis, glanduloso-crenulatis. *Wulfen. in Jacqu. Collect.* 3. *p.* 18.

Rhamnus inermis foliis ovatis, crenulatis. *Hall. stirp. helv. n.* 823. *t.* 40.

Frangula rugosiore et ampliore folio. *Tournef. inst. p.* 612.

Frangula altera polycarpos. *Bauh. prodr. p.* 160. — *Mapp. fl. Alf. p.* 113.

Alnus nigra baccifera rugosiore folio, seu major. *Joh. Bauh. hist.* 1. *p.* 562.

Germ. Alpen-Faulbaum. Alpen-Zapfenholz.

Gall. Bourget des alpes. Aune noir des alpes.

Hab. In monte *Dornach*; in rupibus et saxosis *Jurae* per plagam Basileensem totam, passim non rara, teste *Zeyhero;* in monte *Wasserfall* teste *Hallero*, *Lachenalio* et *Zeyhero;* in monte Muteto teste *C. Bauhino.*

Flor. Julio, Augusto. *Baccas* Septembri et Octobri maturat. ♄

Frutex

Frutex 4-6 pedalis, erectus. *Rami* alterni, erecti, cortice cinereo olivaceo, punctis albis exasperato. *Folia* alterna, petiolata, ovato-lanceolata, crenulata, glandulis minutis inter crenula sessilibus, supra venosa, splendida, saturate viridia. *Calyx* tubulato-campanulatus, quadrifidus. *Corollæ* loco squamulæ quatuor angustæ, apice bifidæ, minutæ, calyce multo breviores. *Stamina* in individuo masculo quatuor, brevia. *Rudimentum* pistilli imperfecti. *Pistillum* in individuo femineo perfectum. *Germen* globosum. *Stylus* brevissimus. *Stigmata* 2-3, obtusiuscula. *Bacca* subrotunda, pisi magnitudinis, nigra, trilocularis, 2-3-sperma.

Obs. Individua nostratia, ab aliis passim in Helvetia et Pyrenæis lecta, non diversa, in horto ex seminibus culta, nullam mutationem experta sunt.

546. Rhamnus *pumilus* inermis repens, floribus hermaphroditis, foliis serratis. *Linn. Mant. p.* 49.

Rhamnus repens, floribus hermaphroditis, foliis petiolatis, ovatis, crenatis. *Wulfen. in Jacqu. Collect.* 2. *p.* 141. *tab.* 11.

Rhamnus *rupestris. Scopol. fl. Carn. n.* 262. *tab.* 5.

Frangula montana pumila, sexatilis, folio subrotundo. *Tournef. inst. p.* 612. — *Mapp. fl. Alf. p.* 113.

Germ. Niedriger Faulbaum.

Gall. Bourget nain.

Hab. In Alsatia *auf Hochfeld dem Hochgebirg* teste *Mappo*. In rupibus calcareis circa *Wallenburg* legit *Zeyherus*.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Septembri maturat. ♄

Fruticulus nanus, ramosissimus, ad rupes calcareas decumbens. *Rami* diffusi, reclinati, juniores villosi. *Folia* alterna, breviter petiolata, ovato-rotundata, demum ovata, obtuse crenulata, supra glabra, splendentia, saturate viridia, subtus venosa: *venis* fuscis, villosis, pallidiora. *Stipulae* in basi petiolorum lanceolatae, dorso villosae, parvae. *Flores* hermaphroditi, axillares. *Pedunculi* conferti, 3-7, subdivisi, folio breviores, subnutantes. *Bracteae* lineari-subulatae, deciduae, fusco-rubellae. *Calyx* tubuloso-turbinatus, quinquefidus, erecto-patens. *Corollae* loco, *squamulae* quinque, calycinis laciniis duplo breviores, obcordatae, introrsum conniventes, albidae, basi rubellae. *Bacca* globosa, trilocularis, trisperma.

Nota. Amat rupes calcareas exesas, cavernosas, spongiosas, quas ramis penetrat.

Obs. Nullibi copiosius, quam ad rupes calcareas tophosas, maxime cavernulosas, roridas, Segoviae cum Fumaria enneaphylla, pulchella, vidi, ubi arctissime rupibus adhaeret.

Nota. Mappus l. c. dicit, etiam provenire in collibus retro der Niederhausbergheimer Höhe, ubi autem hodie non nascitur.

Obs. In hortis et arbustis Carlsruhanis adhuc hospitantur:

1) Rhamnus volubilis inermis floribus monogynis hermaphroditis, foliis oblongo ovatis nervosis subundulatis, caule volubili. Aiton. hort. Kew. 1. p. 264.

2) Rhamnus saxatilis spinis terminalibus, floribus quadrifidis hermaphroditis. Linn.

3) Rhamnus Paliurus aculeis geminatis inferiore reflexo, floribus trigynis (luteis) Linn. ex quo sepes densissimos inpenetrabiles in Catalonia vidi.

CV. EVONYMUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 373.

Calyx monophyllus, 4-5 partitus, planus. *Corolla* petala quatuor f. quinque, patentia calyce longiora. *Stamina* quatuor f. quinque. *Capsula* fucculenta, colorata 4 f. 5. angularis, 4-5 locularis, 4-5 valvis. *Semina* folitaria, ovata, obvoluta arillo baccato.

347. EVONYMUS *europæus* floribus plerisque quadrifidis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 286. *Pollich. fl. palat. n.* 232.

Evonymus floribus plerisque tetrandris, pedunculis compreffis multifloris, ftigmatibus fubulatis, foliis glabris. *Aiton. hort. Kew.* 1. *p.* 273.

Evonymus foliis ovatis lanceolatis, ferratis, ramis tetragonis. *Hall. ftirp. helv. n.* 829.

Evonymus vulgaris granis rubentibus. *Bauh. pin. p.* 428. — *Mapp. fl. Alf. p.* 102.

Evonymus I. *Tabernæmont. hift. p.* 1462. *Icon.*

Icon. Bulliard. herb. t. 135. — *Oeder. fl. Dan. t.* 1089. — *Pfleger. arb. et frut. Badenf.* — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 48.

Germ. Spindelbaum. Gemeiner Spillbaum. Pfaffenhütchen. Pfaffenmütze. Bifchofsmütze. Hahnehütlein. Schufterholz. Eyerbretholz.

Gall. Fufain. Bonnet de pretre.

Hab. Utrinque in dumetis, ſepibus ac ſylvis, paſſim frequens.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Octobri, Novembri maturat. ♄

Frutex, quandoque arbor 4-10 pedalis, et altior, erectus. *Rami* oppoſiti, tetragoni, extimi teretes. *Folia* oppoſita, petiolata, ovato-lanceolata, ſerrata, glabra. *Flores* ex alis foliorum ſuperiorum pedunculati. *Pedunculi* compreſſi, ſubtriflori. *Calyx* quadrifidus, concavus. *Corolla* petala quatuor, patentia, ex albido viridi flaveſcentia. *Stamina* quatuor. *Capſula* tetragona, tetralocularis, tetravalvis, maturitate ex roſeo-purpurea. *Semina* quatuor, externe miniata.

Pharm. EVONYMI *Fructus.*

Hodie in medicina fere exoleti.

Flores apibus mel largiuntur.

Sapor totius nauſeoſus. Fructus valide purgant, necant oves et capras; pulvis capiti inſperſus pediculis mortifer. Lixivium e fructu capillos ſplendidos reddere, dicitur. Seminum involucra tinctoria.

Lignum ad verucula culinaria, fuſos et colos aptum; ſculptoribus lignariis acceptum.

Carbones pro pulvere pyrio; pictoribus pro rebus delineandis exquiſitæ.

348. EVONYMUS *latifolius* floribus pleriſque pentandris, cortice lævi, pedunculis filiformibus teretibus multifloris. *Aiton. hort. Kew.* 1. *p.* 273.

Evonymus panicula trichotoma, foliis lato-ovatis æqualiter ſerratis, ramis lævibus. *Hellen. Diſſ. in Uſteri delect.* 1. *p.* 96.

Evonymus *europæus* var. *β. latifolius. Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 286.

Evonymus pedunculis lateralibus patulis, foliis fubrotundis fructibus alatis. *Hall. ftirp. helv. n.* 830.

Evonymus latifolius. *Tabernæmont. hift. p.* 1462. *Ic.*

Icon. *Jacqu. fl. Auftr.* 3. *t.* 289.

Germ. *Breitblättriger Spindelbaum.*

Gall. *Fusain à fevilles larges.*

Hab. In Principatus fuperioris dumetis ad Lacum Bodamicum, præfertim *im Thurgäu* nuperrime vidi.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Octobri, Novembri maturat. ♄

Differt a præcedente: *Ramis* teretiusculis, junioribus tantum compreffiusculis. *Foliis* late ovatis, acutis, 2-3-4 uncias longis, tenuiffime ferrulatis. *Pedunculis* alaribus, prælongis, oppofitis, patentibus, fuperne in pedicellos divifis. *Calyce* Corollaque fæpiffime quinquepartita. *Staminibus* fæpiffime quinque. *Capfulis* majoribus, glaberrimis, quinquangulis: angulis eminentioribus, acutis.

Nota. Ad rariores Germaniæ immo Helvetiæ cives pertinet.

Obf. Ex feminibus in horto culta individua, mutationi non fuccubuerunt; hinc omni jure ab E. europaeo feparanda.

In arbuftis et hortis Carlsruhanis aliisque paffim adhuc hofpitantur:

1) Evonymus verrucofus floribus tetrandris cortice verrucofo pedunculis filiformibus teretibus fubtrifloris. Aiton. hort. Kew. 1. p. 273. Jacqu. fl. Auftr. 1. t. 49.

2) Evonymus atropurpureus floribus tetrandris,

pedunculis compressis multifloris, stigmatibus tetragonis truncatis. Aiton. hort. Kew. 1. p. 274. — Jacqu. hort. Vind. 2. t. 120.

CVI. RIBES.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 390.

Calyx monophyllus, semiquinquefidus, ventricosus: *laciniis* oblongis, concavis, coloratis, reflexis, persistentibus. *Corolla* petala quinque, obtusa, calycis margini innata. *Stamina* calyci inserta. *Bacca* globosa, umbilicata, unilocularis. *Semina* plurima, subrotunda, subcompressa.

† *Ribesia inermia.*

349. Ribes *rubrum* inermis racemis glabris, pendulis, floribus planiusculis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 290. — *Pollich. fl. palat. n.* 233.

Ribes inerme floribus planiusculis, stipulis minimis. *Hall. stirp. helv. n.* 818.

Ribes vulgare acidum. *Bauh. hist.* 2. *p.* 97.

Ribes. *Tabernæmont. hist. p.* 1492. *Icon.*

γ. Grossularia hortensis fructu margaritis simili. *Bauh. pin. p.* 455.

Icon. Regnault. bot. — Oeder. fl. Dan. t. 967. *Blackw. herb. t.* 285. — *Schkuhr. bot. Handbuch. t.* 48.

Germ. Johannistrauben. Johannisbeeren. Rothe Johannisträubelein. β. weisse.

Gall. Grossêlier rouge. β. Gr. blanc.

Hab. In Marggraviatu ſuperiore in ſepibus montoſis prope *Sirnitz.* In Palatinatu in dumetis humidiusculis retro *der Eſſelsfärth*; inter *Franckenſtein* et *Hochſpeyer* in virgultis udis teſte *Pollichio.* β. in Marggraviatu ſuperiore ad ſepes circa *Badenweiler* paſſim vidi. In hortis α et β copioſe coluntur.

Flor. Aprili, Majo. *Baccas* Junio, Julio maturat. ♄

Pharm. RIBIUM RUBRORUM *Baccæ.*

Frutex, ſæpe arbuscula in hortis vulgatiſſima, ob baccarum præſtantiam abunde colitur.

Baccæ acidæ, dulcescentes, refrigerantes. Roob et gelatina Ribium in culinis et in medicina notæ ſunt.

Fermentatione enascitur vinum pulcherrimum, kermesinum, acidulum, gratum, ſpiritus quoque ardens satis fortis.

550. RIBES *alpinum* inermè, racemis erectis: bracteis flore longioribus. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 291. — *Pollich. fl. palat. n.* 234.

Ribes inerme floribus planis, bracteis florum longitudine. *Hall. ſtirp. helv. n.* 817.

Groſſularia vulgaris, fructu dulci. *Bauh. pin. p.* 455. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 139.

Ribes alpinum dulce. *Joh. Bauh. hiſt.* 2. *p.* 93.

Icon. Jacqu. fl. Auſtr. t. 47. — *Oeder. fl. Dan. t.* 968. — *Pfleger. arb. et frut. Badenſ.*

Germ. Alpen-Johannisbeer.

Gall. Groſſélier des alpes.

Hab. Retro *Durlach* in sepibus *auf dem Thurnberg* rarius; prope *Baden*, in monte Mercurii, nec non *auf dem Yberg*. In Marggraviatu superiore in montibus intra *Schweighof* et *Sirnitz*. In pago Basileensi in monte Muteto; in monte *Wasserfall*, teste *Hallero*. In Alsatiæ montosis: *auf dem Ottilienberg* vidi; *auf dem Hochgebürg* inter *Peris und der schwarzen See*; prope *Gensburg* teste *Mappo*. In Palatinatu in dumetis et sylvis circa *Steinbach* copiose; inter *Hartenburg* et *Dürckheim* ad vetustos monasterii Limburgensis muros, teste *Pollichio*. In Sponhemia in dumetis montosis ad Mosellam prope *Winningen* et alibi abunde. In Principatus superioris montosis sylvaticis passim.

Flor. Aprili, Majo. *Baccas* Julio maturat. ♄

Frutex 3-4 pedalis et altior, inermis. *Rami* alterni. *Folia* petiolata, alterna, subrotunda, triloba, semitrifida, inæqualiter dentata, superne hirsutula, inferne glabra, læte viridia. *Petioli* pilis raris longis præditi. *Flores* racemosi. *Racemi* erecti. *Bractea* ad basin singuli pedicelli, membranacea, lanceolata, acuminata, concava, erecta, longitudine floris. *Flores* sæpissime dioici: alii masculi, pistillo imperfecto; alii feminei, staminibus imperfectis. *Calycis* laciniæ quinque ad septem, subrotundæ, subflavæ, patentissimæ. *Corollæ* petala minima, subrotunda, fulva. *Baccæ* rubræ, pulposæ, fatuæ, dulces. *Semina* 2-6.

Flores apibus accepti.

351. RIBES *nigrum* inerme racemis pilosis, floribus oblongis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 291. — *Pollich. fl. pal. n.* 235.

Ribes inerme olidum, calyce oblongo, petalis ovatis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 819.

Groſſularia non ſpinoſa, fructu nigro. *Bauh. pin. p.* 455. — *Mapp. ſl. Alſ. p.* 138.

Ribes nigra. *Tabernæmont. hiſt. p.* 1493. *Icon.*

Icon. Regnault. bot. — *Oeder. fl. Dan. t.* 556. *Blackw. herb. t.* 285. — *Pfleger. arb. et frut. Badenſ.*

Germ. Schwarze Johannisbeer. Wandelbeer. Olmeren.

Gall. Groſſêlier noir. Le Caſſis.

Hab. In Marggraviatu ſuperiore, in ſepibus humidis montoſis prope *Sirnitz* infrequens. Circa Argentinam inter *Oſswald* et *Jllkirch, in dem Wörth* ad ſepes copioſe teſte *Mappo.* In Palatinatu in monte *Donnersberg* non longe a *Sella Regis* inter frutices poſt *Pollichium* vidi.

Flor. Majo. *Baccas* Julio et Auguſto maturat. ♄

Differt a præcedentibus: *Foliis* majoribus, venoſioribus, rugoſis, mollibus, ſubtus glanduloſis, villoſo-pubescentibus. *Racemis* piloſis. *Floribus* oblongis. *Baccis* majoribus, nigris, glandulis aureis minutim aſperſis, cum tota planta olidis.

Pharm. RIBIUM NIGRORUM *Stipites; Folia; Fructus ſ. Baccæ.*

Odor totius fruticis peculiaris, fragrans. Sapor ſtipitum ſ. petiolorum et foliorum ſubauſterus; Baccarum peculiaris dulcescenti acidus, multis gratiſſimus.

Stipites et Folia reſolventes, diureticas, bal-

famicas virtutes exercent. Baccae diureticae, refrigerantes.

Folia ficcata et in aqua calida infufa, non nemini fabulo veficae urinariae laboranti, per decem annos et ultra unicum fere fuerunt folatium.

Folia tenella recentia, in aqua calida immerfa ftatimque retracta et ficcata, fubftitui poterunt in locum Theae Chinenfis, et non paucis placent. Bergius. Mat. med. p. 157.

Folia recentia fpiritum frumenti ita tingunt, ut à fpiritu vini vix diftingui poffit. Hall. l. c.

Baccae maturae edules; fuccus fermentatione in vinum bonum fpiritumque ardentem fuccedit.

Ratafia ex baccis parata multis placet; praeparationem dedit Chomel ufuelles. T 3. p. 142. — Demachy L'art du deftillateur liquorifte. P. 2.

Baccae in Angina inflammatoria ab Anglis adhibentur: unde Squinancy-berries dictae. Raj. hift. pl. 2. p. 1486. — Philof. Tranf. vol. 41. P. 2. p. 656.

Obf. In arbuftis et hortis Carlsruhanis aliisque adhuc hofpitantur:

RIBES glandulofum inerme floribus racemofis planiusculis, pedicellis calycibusque pilofis, pilis glandulofis. Aiton. hort. Kew. 1. p. 279.

RIBES petraeum inerme racemis florentibus erectis fructescentibus pendulis, (calycibus rubris) Jacqu. Icon. rar. 1. t. 49.

†† GLOSSULARIAE *aculeatae.*

352. RIBES *reclinatum* ramis fubaculeatis reclinatis, pedunculi bractea triphylla. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 291.

Groffularia fpinofa fativa altera, foliis latioribus. *Bauh. pin. p.* 455.

Groffularia fpinofa fructu obfcure purpurafcente. *Joh. Bauh. hift.* 1. *libr.* 6. *p.* 44.

:on. *Pfleger. arb et frut. Badenf.*

erm. Niederliegende Stachelbeerftaude. Rothe Stachelbeere.

all. Groffélier à fruit rouge.

ab. Ad hortorum fepes paffim.

lor. Aprili, Majo. *Baccas* Junio, Julio maturat ♄

Facile diftinguitur *Ramis* reclinatis. *Baccis* ajoribus rubris.

bf. Ex hac et fequentibus multæ variationes pulcherrimæ in hortis noftratibus coluntur.

53. Ribes *Groffularia* ramis aculeatis; petiolorum ciliis pilofis, baccis hirfutis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 291.

Groffularia *hirfuta* ramis aculeatis, baccis hirfutis. *Mill. dict. n.* 2.

Ribes ramis aculeatis erectis, fructu hifpido. *Virid. Cliff. p.* 31.

Groffularia fructu maximo hifpido margaritarum fere colore. *Raj. hift.* 1484.

:on. *Pfleger. arb. et frut. Bad.*

erm. Haarige runde Stachelbeere.

all. Groffélier épineux.

ab. Utrinque in fepibus ad pagos, in dumetis, collibus, fylvis lapidofis frequens.

lor. Aprili, Majo. *Baccas* Junio, Julio maturat. ♄

bf. In horto fi colueris, baccæ majores minus hirfutæ evadunt, interdum glabræ confpiciuntur ex

albido virescentes. Itaque specie a sequente vix diversa. Variationes inter hanc, et praecedentem exstant, ut omnino videatur Ribes reclinata et R. Uva crispa, non esse, nisi R. Grossulariae varietates.

354. Ribes *Uva crispa* ramis aculeatis, baccis glabris, pedicellis bractea monophylla. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 292. — *Pollich. fl. pal. n.* 236.

Ribes ramis aculeatis foliis rotunde lobatis. *Hall. stirp. helv. n.* 820.

Grossularia *Uva crispa* ramis aculeatis baccis glabris. *Mill. dict. n.* 3.

Grossularia simplici acino, vel spinosa sylvestris. *Bauh. pin. p.* 455. — *Mapp. fl. Alf. p.* 138.

Uva crispa. *Tabernæmont. hist. p.* 1491. *Ic.*

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 546. — *Blackw. herb. t.* 277. — *Pfleger. arb. et frut. Badens.* — *Regnault. bot.*

Germ. Glatte Stachelbeere. Heckenbeere. Klosterbeere.

Gall. Grosselier blanc epineux.

Hab. Utrinque passim cum præcedente. Cum eadem et *Floret*, et Baccas maturat. ♄

Flores Grossulariarum apibus mel præbent.

Baccæ gratæ, sapidæ, dulcescentes, subacidulatæ, subvinosæ; immaturæ austeræ, acidæ.

Nota. E baccarum probe maturarum libris 100 et saccharo non depurato libris sex, juste contusis et cum aqua frigida expressis, dolioloque immissis, fermentatione vinosa obtinetur vinum bo-

num, album limpidiſſimum, ſubflaveſcens, odore grato, non nihil aromatico, ad vinum Champanicum, quodammodo accedens. Baccæ fermentatæ pariter ſpiritum ardentem dant. Baccæ maturæ caute ſiccatæ in furno, gratum ſaporem acidulum conciliant juſculis, præcipue hordeatis et é Sagu etc. paratis. In embammatibus etiam cum ſucceſſu adhibentur ad pisces, carnes etc. Bergius. mat. med. p. 158.

Baccæ immaturæ, conditæ, ut et gratiſſimæ Gelatina ex baccis maturis parata, culinis nota.

CVII. HEDERA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 365.

Involucrum umbellæ ſimplicis minimum, multidentatum. *Calyx* minimus, quinquedentatus, germen cingens. *Corolla* petala quinque, ex, oblonga, patentia, apicibus incurva. *Bacca* loboſa, ſubtetralocularis, coronata. *Semina* ſæpe unicum ad quatuor, hinc gibba, inde angulata, rugoſa.

555. HEDERA *Helix* foliis ovatis lobatisque. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 292. — *Pollich. fl. palat. n.* 237.

Hedera foliis ſterilibus trilobatis, fructiferis ovato - lanceolatis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 826.

Hedera arborea. *Bauh. pin. p.* 305. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 139. *n.* 1. 2.

Hedera Helix et hedera arborea. *Tabernæm. hiſt. p.* 1278. *Icon.*

Icon. *Curtis. fl. Lond.* — *Regnault. bot.*

Bulliard. herb. t. 153. — *Oeder. fl. Dan. t.* 1027. *Blackw. herb. t.* 188. — *Pfleger. arb. et frut.* Badens. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 49.

Germ. Epheu. Eppich. Wintergrün. Mauerlorbeerkraut. Mauerewig.

Gall. Lierre. Lierre rampante.

Hab. Utrinque ad muros, in sylvis umbrosis supra terram repens nec non arbores scandens; magna passim in copia ad muros antiquos, rudera arcium collapsarum, antiqua, quas saepe tapetis in morem obducit et firmat, ibidem non raro in arbores praemagnas fructificantes excedit.

Flor. Septembri et baccas subsequente Aprili et Majo maturat. ♄

Frutex vel *Arbos* radicans ad terram, arbores, muros, rupes adscendens, longe lateque se spargens. *Folia* petiolata, quinqueloba, hastata, ovato-lanceolata, subtriloba, varia, firma, splendentia, sempervirentia; *floralia* cordata vel ovata, integra. *Flores* umbellati, globosi, conferti. *Baccae* nigerrimae, globosae, apice quasi operculatae: operculo initio coronato, stellato, demum obsolete pentagono; saepe tetraloculares. *Semen* saepissime tantum unicum perfectum, quandoque 2-4.

Pharm. *Hederae arboreae Folia; Baccae; Gummi; Lignum.*

E floribus apes, magnam cerae et mellis copiam congerunt.

Folia partibus corporis imponuntur, quas rubefacientia, vesicantia laeserant.

Baccae nauseosae, subacidae, adstringentes, valide purgantes, diureticae, olim contra hydropem et calculum vesicae urinariae commendabantur.

Gummi-Resina, arida, compacta, é lutescente ridis, aut ex flavo rubens, ſplendens, acris, fragrans, aveolens, incidentes, irritantes, vulnerarias habet rtutes, eaque non in Perſia ſolum ſed etiam hinc inde patria et in Alſatia adjacente: nempe ad arcem Baenweiler ex arboribus annoſioribus, et ad muros rupes Monaſterii St. Ottiliæ auf dem Ottiliénerg de Hedera ſtillat, pergrata odore.

Lignum albiſſimum durum; Globulos inde paras, quidam piſorum loco immittunt fonticulis, ut ſupparatio alatur. Olim pocula inde parata, ut et cocharia magni fiebant; phthiſicis et epilepticis ſplenicis ioque commendabantur.

Semina matura lutescentia, adſtringentia, oleum nguinoſum pro lampadibus præbent.

bſ. In arbuſtis et hortis Carlsruhanis aliisque adhuc hoſpitatur: !

HEDERA quinquefolia foliis quinatis ovatis, ſerratis Linn. ex America ſeptentrionali.

CVIII. VITIS.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 396.

Calyx quinquedentatus, minimus. *Corolla* etala quinque, parva, caduca. *Filamenta* caduca. *Stylus* nullus. *Bacca* ſubrotunda, unilolaris. *Semina* 3-5 oſſea, turbinata, cordata, aſi contracta, ſemibilocularia, glabra.

56. VITIS *ſylveſtris* foliis cordatis ſubtrilobis dentatis ſubtus hirſutis, concoloribus, floribus ſubdioicis.

Vitis foliis ſemitrilobis, hirſutis, dentatis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 825.

Vitis ſylveſtris Labrusca. *Bauh. pin. p.* 299. *Mapp. fl. Alſ. p.* 329.

Vitis vinifera fylveftris feu Labrusca. *Joh. Bauh. hift.* 2. *p.* 96.

Germ. Wilde Rebe. Waldrebe. Vogeltraube. Falsche Fuchstraube. Hertlingtraube. Troltraube.

Gall. Vigne fauvage. Vigne des bois.

Hab. Paffim in fylvaticis cis et transrhenanis, prope *Dachsland*, *Aue*, *Knielingen*, *Linkenheim*; trans Rhenum in fylva prope *Leimersheim*, *Weiffenburg*, *Langenkandel* et alibi. In Marggraviatu fuperiore prope *Badenweiler* in fylvula *das Bottenwäldlein* dicta; nec non in dumetis ad arcem Badevillanam. Circa Argentinam *in dem Oftwinkel*, erga *Jllkirch*, prope *Oftwald* et alibi paffim non infrequens.

Flor. Majo, Junio. Baccas maturat Novembri. ♄

Frutex feu arbor, praealtas arbores et frutices fuperfcandens. Affinis maxime Viti viniferæ, a qua autem diftinguitur. *Foliorum* lobis anguftioribus, acutioribus, profundius dentatis, pallide viridibus, utrinque rariter hirfutis. *Racemis* minoribus. *Acinis* confertis minoribus, incumbentibus, rofeo rubellis. *Flores* in individuis bene multis examinati femper dioici, in fpeciminibus masculis ftigmate deftituti, in femineis aut nullum Staminum veftigium, aut *Stamina* imperfecta antheris deftituta f. fterilia. *Stigma* perfectum.

Variat. Racemis acinisque minoribus, rubellis, aut ex rofeo-pallide incarnatis; et Racemis acinisque majoribus pallide rubellis aut ex albido-viridibus.

Acini

Acini maturi succulenti, dulcescentes, peculiaris c ingrati saporis, esculenti, avibus aliisque animalis gratissimi.

b s. 1. Multi acini et quidem sæpe plurimi ad maturitatem et perfectionem non perveniunt, adhuc mense Novembri et Decembri durissimi, viridesque, acidi, maxime austeri, hi sine dubio à masculis non fructificati sunt.

b s. 2. In Viti vinifera bene culta, persæpe in vineis et hortis occurrunt individua dioica, toti aut ex parte sterilia, aut acinis parvis imperfectis austeris duris prædita. Hæc omnino sedulo observanda, et ex vineis removenda sunt. Observatio circa Vitis culturam maxime memorabilis!

Hæc sylvestris est consentiente Hallero sine ıbio mater, Vitis viniferæ.

Nota. Non confundenda cum specie Vitis Labruscæ americana, a qua facile distinguitur: foliis subtus tomento denso albo non obsessis sed, hirsutis concoloribus.

Est sine dubio Labrusca veterum, de qua pulıerrime et vere Virgilius, in Bucol.

— aspice ut antrum

Sylvestris raris sparsit Labrusca racemis.

b s. Eandem vidi in variis Galliæ et Hispaniæ regionibus sylvestribus non longe a mari remotis; hinc inde ad Pyrenaeorum radices. ubi magis arborea, ipsa praealtas arbores scandit, et saepissime sterilescit.

57. Vitis *vinifera* foliis lobatis sinuatis nudis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 293.

Vitis vinifera. *C. Bauh. pin. p.* 299. — *Joh. Bauh. hist.* 2. *p.* 67.

Icon. *Schmidel. Ic. plant. t. VIII.* — *Regnault bot.*

Germ. *Weinrebe.* *Weintraube.*

Gall. *Vigne cultivée.*

Hab. In Orbis quatuor partibus temperatis. Abunde in regionibus cis- et transrhenanis nec non in Principatu superiore colitur.

Flor. Junio. *Baccas* maturat Septembri, Octobri. ♄

Solo, coelo, cultura, insitione, pistilli foecundatione mire varians.

Innumerae fere sunt Vitis variationes quarum nec numerum, nec appellationes cum aliqua fide referre possumus. Quippe universae regiones, regionumque pene singulae partes, habent propria Vitium et genera, et nomina; quaedam etiam stirpes a locis nomina traxerunt, quaedam propter mutationes locorum, a qualitate sua discesserunt, ita ut dignosci amplius non possint.

Sic vel tantum in Magni Ducis Hetruriae castellis et collibus Florentinis ultra ducentae distinctae vites, in catalogo insertae prostant. Till. hort. Pisan. p. 173.

Vitis varie cultae peculiaribus nominibus imbuuntur sic arbustiva, compluviata Plin. pergulana, Columell. iugata. pedata, ordinaria etc.

Insecta vineis infesta praecipue sunt Curculio Bacchus Linn. qui dum frondescere vitis incipit, germina tenera et petiolos foliorum consumit, et folia contorquet; Sphinx Elpenor. L. folia destruens; Coccus Vitis. L. truncum obsidens, eumque ita laedens, ut vitis facile moriatur; alia adhuc multa, minus noxia.

Uvarum, Musti, Vini, Spiritus, Aceti, et Tartari vini genera, hic supersedeo.

Semina uvarum, oleum continent dulce unguinosum, quod pro cibo et lampadibus idoneum est; tanto plus olei largiuntur quo maturiores uvae evaserunt. Memoria sulla maniere di estrarre l'olio d'ai vinaccioli. In Roma. 1781. — Item Binders Be-

reitung des Traubenkern-Oels. Stuttgart. 1787.

Semina bene ficcata facile Coffeae locum fubftitui poterunt.

Obf. In arbuftis et hortis Carlsruhanis, aliisque paffim hofpitantur.

1) Vitis vulpina foliis cordatis, dentato-ferratis utrinque nudis, (floribus dioicis) Linn. ex Virginia.

2) Vitis Labrusca foliis cordatis fubtrilobis, dentatis fubtus (denfe) tomentofis (albis). Linn. ex Virginia.

3) Vitis laciniofa foliis quinatis foliolis multifidis. Linn.

4) Vitis arborea foliis fupradecompofitis: foliolis lateralibus pinnatis. Linn. ex Carolina, Virginia.

CIX. GLAUX.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 408.

Calyx nullus. *Corolla* monopetala, femiquinquefida, perfiftens: *Laciniis* ovatis obtufis, revolutis. *Stylus* filiformis. *Capfula* fubrotunda, unilocularis, quinquevalvis. *Semina* quatuor ad quinque fubrotunda.

358. Glaux *maritima*. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 301. — *Pollich. fl. pal. n.* 238.

Glaux foliis elliptico-oblongis. *Linn. fl. Lappon. p.* 72.

Glaux maritima. *Bauh. pin. p.* 215.

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 548. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 50. *n.* 523.

Germ. *Milchkraut.* *Salzkraut.*

Gall. *Glaux maritime.* *Herbe au Lait.*

Hab. In Palatinatu circa *Dürckheim* cum Samolo *Valerandi* copiose, et in paludibus illis salsis usque ad *Franckenthal*, *Oggersheim* hinc inde. Ad salinas Nauenheimenses quoque in abundantia vidit *Pollichius*.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Augusto et Septembri maturat. ♃

Radix geniculata, fibrosa. *Caulis* uncialis, digitalis, erectiusculus, basi decumbens, quandoque totus prostratus, teres, glaber, simpliciusculus, saepe inferne ramosus; *Rami* oppositi. *Folia* sessilia, connata, opposita, lineari-lanceolata, obtusiuscula, integra, subcarnosa, glabra, tres, quatuor ad quinque lineas longa, lineam ad sesquilineam lata; floralia subalterna. *Flores* axillares, sessiles, solitarii. *Corollae* parvae, initio viridescentes, demum ex albido-pallide purpurascentes.

Nota. Ubi copiose crescit semper indicium salis est.

Adhibita, auctore Joh. Bauhino in cibis et jusculis, copiam lactis auget. Itaque nutricibus lactis penuria laborantibus utilissimam Dodonaeus laudavit.

CX. THESIUM.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 410.

Calyx monophyllus, turbinatus, persistens, semiquinquefidus seu semiquadrifidus, *Laciniis* semilanceolatis, erectis, obtusis. *Corolla* nulla. *Stamina* quinque seu quatuor, subulata, basi laciniarum calycis inserta. *Germen* infe-

rum. *Semen* uncium, ſubrotundum, calyce tectum.

359. THESIUM *decumbens* caule ſubdecumbente, foliis linearibus anguſtis, floribus ſubpaniculato-racemoſis, quinquefidis.

Theſium linophyllum. *Relhan. fl. Cantabr. p.* 99. *Icon!* nec deſcriptio ex Hallero adjecta quæ ad Th. *montanum* pertinet.

Theſium *pratenſe?* *Ehrh. herb. n.* 12. — *Hoffm. fl. germ. p.* 83.

Theſium caule diffuſo, floribus alaribus, foliis linearibus. (varietas montana non alpina.) *Hall. ſtirp. helv. n.* 1574.

Seſamoides procumbens montanum linariæfolio, floribus albicantibus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 601. *Sect.* 15. *t.* 1. *f.* 3.

Chamælinum cæruleum. *Tabernæmont. hiſt. p.* 1208. *Icon.* (dicit floribus minutis albidis.)

Alchimilla linariæfolio calyce florum ſubluteo. *Tournef. inſt. p.* 509.

Linariæ ſimilis. *Joh. Bauh. hiſt.* 3. *p.* 461.

Germ. Niederliegendes Wieſenleinblatt. Gelblicht-blättriges Leinblatt.

Gall. Theſion des Prés.

Hab. In pratis et paſcuis montoſis ſylvaticis; amat margines foſſularum pro irrigatione pratorum factarum. In pratis prope *der Favorite* prope *Raſtadt*, et inter *Favorite* ac *Baden* hinc inde frequens. In pratis mon-

totius Marggraviatus superioris inter *Oberweiler* et *Britzingen*; prope *Wies* et *Marzell*, nec non prope *Höllstein*, *Steinen*, *Lörrach* et circa Basileam. In Alsatia circa Argentinam in prato prope *Osswald*; retro *Barr* in pratis montosis frequens; nec non Montbelgardi teste *Joh. Bauhino*. In Sponhemia in pratis prope *Kirchberg* cum Satyrio *viridi* et Osmunda *Lunaria*, copiose vidi.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ♃

Caules ex radice lignosa plures, digitales, palmares, pedales, et altiores, sæpissime decumbentes, quandoque adscendentes, erectiusculi, angulati, sulcato-striati, glabri, debiles, pallide ex viridi-lutescentes, simpliciusculi, ad radicem sublignosi. *Folia* per caules sparsa, alterna, sessilia, exacte linearia, acutiuscula, erecta, quandoque ad caulem decurvata, ex viridi-luteola, unciam ad quindecim lineas longa, semilineam vix lata; *infima* breviora, tabescentia. *Flores* paniculato-racemosi: *Pedunculi* patentes, angulati, quatuor circiter lineas longi, sæpissime uniflori, perraro biflori. *Bractea* sub flori triphylla: *Foliolo* medio duplo fere reliquis longiore, lineari, exstante, longitudine fere pedunculi. *Calyces* quinquefidi, pentandri, rarius quadrifidi, extus ex luteo-viridescentes, intus ex luteo-albescentes.

Nota. Jll. Hallerus l. c. in textu omnino nostram plantam comprehendebat, quam dicit circa Basileam, in montibus Weifsner Hassiæ, Altenstollberg Thuringiæ etc. provenire caule altiori, erectiori: (epitheto erectiori relative ad T. alpinum ejus procumbens sumpto.) Hinc suspicor Cel. Schraderi plantam in Thuringiæ monte Altenstollberg lectam alteram

fine dubio huc pertinere, quamquidem dicit: caule erecto. Schrad. Spic. fl. Germ. p. 26.

Relhani Icon ibidem a Cel. Schradero ad Thesium alpinum citatum, minime huc, sed ad Thesium decumbens nostrum pertinet.

Jll. Pollich in Fl. Pal. sub Thesio linophyllo ut ex Synonymo Morisoni allegato patet Th. nostrum et Th. montanum intellexit.

360. THESIUM *alpinum* caule decumbente, floribus racemosis subsecundis, subquadripartitis, tetrandris.

Thesium *alpinum* racemo foliato, foliis linearibus. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 301. — *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 282. — *Pollich. fl. pal. n.* 240.

Thesium caule diffuso, floribus alaribus, foliis linearibus. *Hall. stirp. helv. n.* 1574. (*var. β. alpina.*)

Teucrium floribus subsessilibus, pedunculis, foliosis, foliis linearibus. *Gerard. fl. Gallopr. p.* 442. *fig.* 17. *n.* 1. *optima !*

Alchymilla alpina linariæ foliis, calyce florum albo, in foliorum alis. *Tilly. hort. pis.* 6.

Germ. Alpenleinblatt.

Gall. Thesion des Alpes.

Hab. Inter *Carlsruhe* et *Rastadt* juxta *dem Hardthof* in sylva sabulosa arida, aspera Junipero et Erica obsessa cum Aira *præcoce* rarius. In Marggraviatu superiore in monte Crenzachensi, Muteto, circa *Ramstein*, et in monte *Ballon* Alsatiæ legit *Zeyherus*.

Flor, Junio, Julio. Augusto *Semina* matura. ♃

Caules ex radice parva plurimi, digitales, palmares, pedales, et longiores, simplices, ad terram decumbentes, diffusi, angulati, striati, debiles, glabri, saturate viridescentes. *Folia* alterna, sessilia, linearia, acutiuscula, glabra, viridia, unciam ad binas fere uncias longa, semilineam vix lata. *Flores* racemosi, subsecundi. *Pedunculi* erecti, angulati, breves, 1-2-4-lineas longi, basi semper nudi, folio destituti (hinc non axillares) superne infra florem bracteati. *Bractea* triphylla: *Foliolo* medio longissimo, foliis simili, flore multoties longiori, erecto; lateralibus minoribus, brevissimis, flore brevioribus. *Calyx* quadrifidus, extus saturate viridis, intus albidus. *Stamina* sæpe quatuor, raro quinque. *Fructus* respectu floris prægnus, subrotundus, nuculam siccam æmulans.

Nota. Differt a præcedenti specie: Loco natali sylvatico, aspero, sabuloso, nunquam pratensi. Caulibus semper ad terram magis decumbentibus, diffusis. Foliisque semper viridibus. Racemo non paniculato, sed potius spicato, laxiore, subsecundo. Bractea foliolo medio erecto, multo longiore unciali, sesquiunciali. Calycibus sæpissime quadrifidis, tetrandris, rarissime trifidis, triandris.

Obs. Individua cum Perill. Schrebero in sylva Norica prope Erlangam lecta, nostratibus omnino simillima sunt.

361. Thesium *montanum* caule erecto, foliis sessilibus, lanceolatis, trinerviis, panicula foliata.

Thesium *montanum* caule flaccido, foliis

lanceolatis, trinerviis, panicula foliacea. *Schrad. Spic. fl. Germ. p.* 27.

Thesium *montanum. Ehrh. herb.* 2. — *Hoffm. fl. Germ. p.* 82.

Thesium *bavarum* ramis virgatis, foliis lanceolatis trinerviis. *Schranck Baiersche Flora.* 1. *n.* 440.

Thesium *linophyllum. Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 301. — *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 282. — *Pollich. fl. palat. n.* 239? (*excluso Morisoni synonymo.*)

Thesium caule erecto paniculato, foliis lanceolatis. *Hall. stirp. helv. n.* 1573.

Alchimilla linariæfolio calyce florum albo. *Tournef. inst. p.* 509. — *Mapp. fl. Alf. p.* 12.

Linariæ similis fecunda f. Anonymos. *Clusii. Joh. Bauh. hist.* 3. *p.* 461. *Icon.*

Linaria adulterina. *Tabernæmont. hist. p.* 1209. *Icon.*

Anonymos linifolio. *Cluf. hist.* 1. *p.* 324. *Ic.*

Germ. Berg-Leinblatt. Rifpenartiges Leinblatt.

Gall. Thesion des montagnes.

Hab. In montofis afperis præfertim calcareis in Marggraviatu fuperiore ad montem retro *Oberweiler*; inter *Oberweiler* et *Zunzingen* fupra vineas in regione lapidofa, afpera. In Alfatia prope *Mittelhausbergen* fupra vineas; nec non in afperis collibus lapidofis ad vineas prope *Barr.*

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augufto maturat.

Caulis erectus, sesquipedalis et altior, inferne lignosus, teres, superne sulcato-angulatus, glaber, viridis. *Folia* alterna, sessilia, lanceolata, plana, trinervia, integra, acuta, glabra, laete viridia, sesquiunciam ad binas uncias longa; tres ad quatuor lineas lata. *Flores* paniculati. *Rami* floriferi inordinate positi; inferiores supraaxillares, subinflexi, multifidi; superiores patentes, seu erectiusculi, basi folio destituti, in medio circiter, folio minori praediti, subtrifidi. *Pedicelli* basi *Bractea* brevi monophylla suffulti. *Calyces* saepissime quinquefidi, pentandri, extus virides, intus albidi.

Obs. Planta specie certo maxime diversa a T. decumbente, minime pro variatione ejus ex diverso solo natali orta, habenda.

Exemplaria hujus speciosissima, maxima, fere tripedalia, in Franconia prope Streitberg legi.

Nota. Thesia allegata pertinent ad plantas in hortis vix aut difficillime circurandas.

CXI. VINCA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 419.

Calyx quinquepartitus, erectus, acutus, persistens. *Corolla* monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* calyce longior, inferne cylindraceus, superne latior, lineis quinque insculptus: Ore pentagono. *Limbus* horizontalis, quinquepartitus. *Laciniis* apici tubi adnatis, extrorsum latioribus, oblique truncatis. *Stamina*: *filamenta* quinque, brevissima, inflexa, retroflexa. *Antherae* membranaceae, obtusae, erectae, incurvae, margine utrinque fariniferae. *Germina*

duo, ſubrotunda, quibus ad latera *corpuscula* duo ſubrotunda adjacent. *Stylus* utrinque unus communis, cylindraceus, longitudine ſtaminum. *Stigma* capitatum, concavum, orbiculo plano inſidens. *Capſulæ: Folliculi* duo, teretes, longi, acuminati, erecti, univalves, longitudine dehiscentes. *Semina* numeroſa, oblonga, cylindracea, ſulcata, nuda.

362. VINCA *minor* caulibus procumbentibus, foliis lanceolato - ovatis, floribus pedunculatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 304. — *Pollich. ſt. pal. n.* 241.

Vervinca caulibus procumbentibus, foliis ovato-lanceolatis, petiolis unifloris. *Hall. ſtirp. helv. n.* 572.

Pervinca vulgaris anguſtifolia flore cæruleo et albo. *Tournef. inſt. p.* 120. — *Mapp. ſl. Alſ. p.* 237. *n.* 1. 2.

Clematis Daphnoides. *Tabernæmont. hiſt. p.* 1270.

Icon. Curtis. ſl. Lond. t. 172. — *Regnault. bot. Pfleger. arb. et ſrut. Badenſ.* — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 51. *n.* 526.

Germ. Wintergrün. Immergrün. Klein Sinngrün. Ingrün. Todtenmyrthe. Todtenblume. Todtenkranz. Jungfernkrone. Kinderpalme.

Gall. Petite Pervenche. Violette des Sorciers.

Hab. Utrinque in dumetoſis, ſepibus montoſis præſertim calcareis, ſeu argillaceis, ad viarum marginalia excavata, aſpera lapido-

sa; nec non in nemoribus, et in muris collapsis ad rudera arcium antiqua cis et trans Rhenum passim abunde.

Flor. Martio, Aprili, Majo. *Semina* Julio maturat. ♄

Caulis fruticulosus, procumbens, teres, tenuis, glaber, subramosus, geniculatus. *Surculi* palmares et altiores, cauliformes, erecti, floriferi. *Folia* opposita, petiolata, ovato-lanceolata, integerrima, glabra, splendentia, firma sempervirentia. *Flores* axillares, longe pedunculati. Pedunculi erecti, solitarii, uniflori. *Corollæ* speciosæ, cæruleæ, violaceæ, ex cæruleo purpureæ, albæ.

Variat. Flore pleno. Foliis variegatis.

Pharm. Vincæ Pervincæ *Herba.*

Flores apibus mel concedunt.

Ornamentum corbium hortensium sempervirentium.

Planta adstringens ad coria paranda apta; olim ad sanguinem sistendum et ad gargarismata, magno in usu fuit; hodie in medicina fere exoleta.

Folia in dolia suspensa ad vinum turbulentum tenacem (Seigerwein, Weichenwein) clarificandum et restituendum certe egregia.

Planta alias superstitioso vulgo celebratissima, contra incantationes infantum, præsertim virginum, quæ hinc inde more antiquissimo post mortem adhuc, ea coronantur.

Obs. Vinca major caulibus erectis, foliis ovatis, floribus pedunculatis. Linn. in hortis Carlsruhanis hospitatur.

PFNTANDRIA.

DIGYNIA.

CXII. ASCLEPIAS.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 429.

Calyx quinquefidus, acutus, parvus, perfifiens. *Corolla* monopetala, plana vel reflexa, quinquepartita. *Laciniis* ovato-acuminatis, leviter cum fole flexis. *Nectaria* quinque, tubo filamentorum infra antheras adnata, carnofa, f. cucullata: e fundo corniculum acutum introrfum flexum exferentia (in A. *Vincetoxico* corniculum nullum *Schkuhr*) *Stamina: Filamenta* quinque in tubum bafi ventricofum connata. *Antheræ* oblongæ, erectæ, biloculares, membrana inflexa ftigmati incumbente terminatæ, utrinque ala reverfa deorfum latescente, margine vicinæ contigua, auctæ. *Germina* duo, oblonga, acuminata. *Styli* duo, fubulati. *Stigma* utrisque commune magnum, craffum, pentagonum, fupra apicibus antherarum tectum, medio umbilicatum. *Folliculi* duo, magni, oblongi, acuminati, ventricofi, uniloculares, univalves. *Semina* numerofa, imbricata, *Pappo* coronata. *Receptaculum* membranaceum, liberum.

363. Asclepias *Vincetoxicum* foliis ovatis bafi barbatis, caule erecto, umbel-

lis proliferis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 314. — *Pollich. pal. n.* 242.

Asclepias ex aliis rampfa, caulibus fimplicibus erectis, foliis ovato-lanceolatis. *Hall. ftirp. helv. n.* 571.

Asclepias albo flore. *Bauh. pin. p.* 303. — *Mapp. fl. Alf. p.* 31.

Asclepias. *Tabernæmont. hift. p.* 1105. *Ic.*

Vincetoxicum. *Dodon. Pempt. p.* 407.

Icon. *Bulliard. herb. t.* 51. — *Regnault. bot.* *Oeder. fl. Dan. t.* 849. — *Blackw. herb. t.* 96. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 55. *n.* 542.

Germ. *Schwalbenwurz. Giftwurz. Giftwende. St. Lorenzkraut.*

Gall. *Domte-venin.*

Hab. Utrinque in montibus, collibus lapidofis; ad viarum marginalia afpera, dumetofa, excavata, aprica. Amat terram præcipue argillofo-calcaream, fed nec filiceam arenofam refpuit.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Augufto, Septembri maturat. ♃

Radix cylindrica, oblonga, f. planiuscula, horizontalis, repens, bi triuncialis, fuperne cinerea, fcabra, rugofo-callofa, fubtus fibrofa: fibris numerofis, aggregatis, filiformibus, fubcarnofis, glabris, descendentibus, elongatis, albis. *Gemmæ* é radice progerminantes, incarnatæ, fparfæ, imbricatæ: *fquamis* ovatis, obtufis, adpreffis. *Caulis* pedalis, fesquipedalis et altior, erectus, teres, glaber, utrinque linea longitudinali pubescente præditus, viridis, bafi purpurascens. *Folia* oppofita, petiolata, cor-

dato - ovata, acuta, integerrima, glabra, basi et margine subciliata. *Flores* axillares, longe pedunculati, corymboso-umbellati, subnutantes. *Corollæ* albidæ, laciniæ patentes, calyce longiores. *Semina* lana sericea, splendida, nivea aucta.

Pharm. HIRUNDINARIÆ *s.* VINCETOXICI *Radix; Herba.*

Radix non confundenda in officinis pharmaceuticis cum radice Valerianæ.

Radix subgraveolens, subamaricans, nauseosa, olim alexipharmacis et vincetoxicis adnumerabatur; resolventes, pellentes, diureticas et sudoriferas vires habet; in hydrope et præcipue in scrophulis et mammarum abscessibus laudatur. Eph. Nat. Cur. Dec. 1. ann. 1. obs. 57. p. m. 153. — Dec. 2. ann. 7. obs. 58. p. 105.

Caules leniter macerati et siccati, exhibent fila, lineis similia, satis tenacia. Holmberger Schwed. Abh. 1774. p. 254.

Lana seminum tractari potest, ut lana Asclepiadis syriacæ. L. Gleditsch. Abh. 1. p. 246.

CXIII. HERNIARIA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 434.

Calyx monophyllus, quinquepartitus, acutus, patens, interne coloratus, persistens. *Corolla* nulla. *Stamina* decem, quinque altera sterilia, calyci alterna. *Capsula* parva, in fundo calycis tecta, vix dehiscens. *Semen* solitarium, ovato-acuminatum, nitidum.

364. HERNIARIA *glabra* glabra, herbacea, glomerulis multifloris. *Linn. Sp.*

plant. 1. *p.* 261. — *Pollich. fl. palat. n.* 243. — *Hall. ftirp. helv. n.* 1562.

Polygonum minus f. Millegrana major. *Rauh. pin. p.* 281.

Herniaria glabra. *Joh. Bauh. hift.* 3. *p.* 278. *Mapp. fl. Alf. p.* 141.

Herniaria. *Tabernæmont. hift. p.* 1219. *Ic.*

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 529. — *Blackw. herb. t.* 325. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 56.

Germ. Glatter Steinbrech. Bruchkraut. Harnkraut. Tausendkorn.

Gall. Herniaire glabre. Herniole. Turquette.

Hab. Utrinque in arvis et pascuis fterilibus fabulofis apricis Rheno vicinis paffim frequens.

Flor. Junio, Julio, *Semina* Augufto maturat. ♃

Radix filiformis, ramofa. *Caules* ex una radice plures, procumbentes, terræ adpreffi, filiformes, geniculati, glabriusculi, ramofi. *Rami* alterni, divifi, proftrati. *Folia* alterna, fubfeffilia, ovato-oblonga, acuta, fubcarnofa, glabra; altero paulo minore, lineam fere longa. *Stipulæ* ad foliorum bafin, ovato-acutæ, erectæ, membranaceæ, albæ. *Flores* feffiles, minuti, glabri, in glomera lateralia oppofitifolia, fæpe omnes ramulos occupantia, congefti. *Calyx* externe viridis, interne ex viridi-albescens, fæpe tetrapartitus. *Stamina* tunc quatuor fertilia, et quatuor fterilia.

Pharm. HERNIARIÆ *Herba.*

Olim contra Hernias et veficæ urinariæ calculum maxime celebrata planta; hodie in medicina exoleta.

Ad arenam in fabulofis figendam, apta.

365.

365. HERNIARIA *hirsuta* hirsuta, glomerulis paucifloris. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 317. *Pollich. fl. palat. n.* 274. — *Hall. stirp. helv. n.* 1553.

Herniaria hirsuta. *Joh. Bauh. hist.* 3. *p.* 379. *Mapp. fl. Alf. p.* 142.

Polygonum minus sive Millegrana major hirsuta. *C. Bauh. pin. p.* 381.

Germ. Haariger Steinbrech. Haariges Bruchkraut.

Gall. Herniaire velu.

Hab. Circa *Carlsruhe* inter *Mühlburg* et *Dachsland*; prope *Eckenstein*, *Schröck*, *Graben* et alibi in arvis locisque arenosis aridis, cum Polycnemo *arvensi* non infrequens. In Marggraviatu superiore ad Rheni arva sabulosa frequens; in Alsatia circa Argentinam in arvis sabulosis versus Rhenum, *in der Ruprechtsau* et *in der Metzgerau* rarius.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ♃

Differt a præcedente. *Caulibus Foliisque* semper hirsutis; glomerulis paucifloris.

Obs. Planta ex seminibus in horto culta, constantissima hirsuta, nunquam glabra; hinc non pro varietate præcedentis speciei ut nonnulli volunt. habenda est. Vice versa altera nunquam hirsuta est.

CXIV. CHENOPODIUM.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 435.

Calyx quinquepartitus, concavus, persistens, laciniis ovatis, concavis, margine membrana-

ceis. *Corolla* nulla. *Semen* unicum, lenticulare, ſuperum, in calyce clauſo pentagono, deciduo.

† *Foliis anguloſis.*

366. CHENOPODIUM *Bonus Henricus* foliis triangulari-ſagittatis integerrimis, ſpicis compoſitis aphyllis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 318. — *Pollich. fl. palat. n.* 245.

Chenopodium foliis triangularibus, undulatis, integerrimis, ſubtus farinoſis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1578.

Mercurialis. *Blackw. herb. t.* 311.

Chenopodium folio triangulo. *Mapp. fl. Alſ. p.* 71.

Lapathum unctuoſum. *Bauh. pin. p.* 115.

Bonus Henricus. *Tabernæm. hiſt. p.* 810. *Icon.*

Icon. Curtis. fl. Lond. t. 184. — *Bulliard. herb. t.* 317. — *Regnault. bot.* — *Oeder. fl. Dan. t.* 579. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 56.

Germ. Guter Heinrich. Stolzer Heinrich. Schmergel. Wilder Spinat. Schmieriger Gänſefuſs.

Gall. Bon Henry.

Hab. Utrinque in viis pagorum et urbium neglectis, ruderatis, ad urbes, pagos, fimeta, muros, ſepes, viarum marginalia ſqualida frequens.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Auguſto, Septembri maturat. ♃

Caulis pedalis sesquipedalis, erectus, crassiusculus, striato-sulcatus, glaber, farina unctuosa adspersus, simplex. *Folia* alterna, petiolata, triangulari-sagittata, supra glabra, subtus glauca, pulverulenta. *Spica* terminalis, conica, nuda, pulverulenta, inferne composita, superne glomerata, cylindrica. *Bracteæ* lineares, solitariæ, glomerulis subjectæ, illis subbreviores. *Calycis* laciniæ truncatæ, apice tridentatæ. *Flores* feminei plurimi, inter hermaphroditos.

Pharm. *Boni Henrici Herba.*

Sapor foliorum juniorum non ingratus, Spinaciam imitans. Caules juniores verno tempore in cibum recipiuntur, esculenti et satis sapidi. Folia quoque juniora præsertim loco pingui culta, Spinaciæ instar coquuntur.

Radix exhibetur ovibus phthisicis ab Uplandis. Linn. fl. Suec. p. 78.

Herba recens ab antiquissimis temporibus ad novissima tempora, ad vulnera et ulceraque sordida purganda et consolidanda adhibetur. In Scabie aliisque exanthematibus chronicis sæpe auxilium præstitit.

Scani Paronychiæ imponunt folia contusa. Linn. fl. Suec. p. 78. Cataplasma ex tota planta paratum, podagricos dolores tuto lenit. Simon. Paulli. Quadrip. bot. p. 248.

367. Chenopodium *urbicum* foliis triangularibus subdentatis, racemis confertis, strictissimis, cauli approximatis longissimis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 318. — *Pollich. fl. pal. n.* 246.

Chenopodium latifolium minus ramosum. petiolis longissimis ex foliorum alis confertim nascentibus. *Buxbaum. fl. Hall. p.* 69. *t.* 1. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 71.

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 1148.

Germ. *Stadtgänsefufs.*

Gall. *Patte - d'oie deltoide.*

Hab. Utrinque ad pagorum cis et transrhenanorum urbiumque passim fimeta, locaque squalida.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ☉

Caulis cubitalis et altior, erectus, striato-sulcatus, glaber, ramosus. *Rami* alterni, erecti. *Folia* alterna, petiolata, triangularia, acuminata, margine subsinuato-denticulata, glabra, tenuia, ex flavicante viridia, quatuor ad sex eum petiolis uncias longa, tres ad quatuor uncias lata. *Flores* racemosi, alterni, alares. *Racemi* longi, stricti, cauli appoximati, adpressi, aphylli. *Calyces* parvi, virides.

368. CHENOPODIUM *rubrum* foliis cordato-triangularibus, obtusiusculis dentatis, racemis erectis, compositis, foliosis caule brevioribus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 318. *Pollich. fl. pal. n.* 247.

Chenopodium foliis glabris nitentibus, acute circumdentatis. *Hall. stirp. helv. n.* 1583.

Chenopodium erectum foliis subtriangularibus antice sinuato - dentatis, racemis erectis foliosis, lateralibus. *Linn. Hort. Cliff. p.* 85.

Chenopodium sylvestre, folio sinuato saturate virente, spica rubra. *Mapp. fl. Alf. p.* 71.

Atriplex sylvestris latifolia? *Bauh. pin. p.* 119.

Icon. *Oeder. fl. Dan. t.* 1149.

Germ. *Rother Gänsefuss. Mistmelde.*

Gall. *Patte d'oie rougeâtre.*

Hab. Utrinque ad pagorum urbiumque ruderata, muros, vias et sepes passim.

Flor. Junio, Julio, Augusto. *Semina* Augusto, Septembri maturat. ☉

Caulis bipedalis, tripedalis, erectus, sulcato-angulatus, lineis longitudinalibus striisque rubris præditus, ramosus. *Rami* alterni patenti-erectiusculi. *Folia* alterna, petiolata, ex triangulari ovato-oblonga, acutiuscula, subcarnosa, utrinque glabra, splendentia, subfarinosa, aut rore glauco quasi adspersa, læte viridia, inæqualiter dentata. *Flores* spicato-racemosi, axillares, erecti, cylindrici, e spiculis conglomeratis, brevibus, bractea distinctis, compositi. *Calyces* rubentes viridesque.

Nota. Facile a præcedente distinguitur. Foliis semper minoribus, crassioribus, subcarnosis, magis profunde et inæqualiter dentatis. Calycibus semper fere rubellis.

Suibus gratum et bonum pabulum præbet, itaque falso a nonnullis Schweintod vocatur.

369. CHENOPODIUM *murale* foliis ovatis nitidis, acutis, dentatis, racemis ramosis, nudis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 318. — *Pollich. fl. pal. n.* 248.

Chenopodium erectum ramosissimum, foliis triangularibus dentatis, racemis ramosis, caulem superantibus. *Linn. Hort. Cliff. p.* 85.

Chenopodium Pes anserinus primus. *Tabernæmont. hist. p.* 812. *Icon.* — *Mapp. fl. Alf. p.* 70.

Atriplex dicta Pes anserinus. *Joh. Bauh. hist.* 2. *p.* 975. *Icon.*

Icon. Curtis. fl. Lond.

Germ. Mauergänsefufs.

Gall. Patte d'oie des murs.

Hab. Utrinque in muris, cultis, vineis, passim copiose.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri et Octobri maturat. ⊙

Affinis Ch. *urbico*, a quo distinguitur. *Foliis* ovatis, crassioribus, margine dentibus acutioribus, numerosioribus præditis. *Floribus* cymoso-racemosis, densioribus.

370. CHENOPODIUM *album* foliis rhomboideo triangularibus erosis postice integris: summis oblongis, racemis erectis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 313. — *Pollich. fl. pal. n.* 249.

Chenopodium foliis subtus farinosis rhomboideis dentatis, superioribus integerrimis. *Hall. stirp. helv. n.* 1579.

Atriplex sylvestris, folio sinuato candicante. *Bauh. pin. p.* 119.

Chenonopodium folio sinuato candicante. *Mapp. fl. Alf. p.* 71.

Icon. Curtis. fl. Lond.

Germ. Weisser Gänsefufs.

Gall. Patte d'oie blanchâtre.

Hab. Utrinque in hortis, agris, cultis, vineis, ad viarum et ſepium marginalia paſſim frequens.

Flor. Julio, Auguſto. *Semina* Septembri maturat. ☉

Caulis pedalis, ſesquipedalis et altior, erectus, ſulcatus, ſarina albida adſperſus, ramoſus. *Folia* alterna, petiolata, rhomboideo-triangularia, ſinuato-eroſo-dentata, ad baſin integra; ſuperiora rameave lanceolata, integra, omnia utrinque ſarina alba prædita. *Racemi* e floribus conglomeratis, in ſpicas parvas congeſtis, compoſiti, erecti, longitudine foliorum, candicantes. *Calyces* pentagoni, albide ſarinoſi.

371. Chenopodium *viride* foliis rhomboideis, dentato-ſinuatis, racemis ramoſis ſubſoliatis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 319. *Pollich. fl. pal. n.* 250.

Chenopodium foliis rhomboideis dentatis, ſubtus incanis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1580.

Chenopodium folio oblongo integro. *Dill. cat. Giſs. p.* 154. *app.* 62. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 71.

Icon. Curtis. fl. Lond. t. 103. — *Oeder. fl. Dan. t.* 1150.

Germ. Grüner Gänſefuſs.

Gall. Patte d'oie verde.

Hab. Utrinque cum præcedente paſſim. Amat oleracea, hortos, et vineta.

Flor. Junio, Julio, Auguſto. *Semina* Auguſto et Septembri maturat. ☉

Maxime affinis præcedenti ita, ut vix differat, nisi *Foliis* sæpissime integris. *Racemis* longioribus, filiformibus, nudis, divisis. *Colore* magis viridi. Farinam albidam facile desiderabis.

Nota. Hanc et præcedentem speciem a pharmacopæis ignaris, sæpissime cum Mercuriali annua confundi sæpe animadverti.

372. Chenopodium *hybridum* foliis cordatis, angulato - acuminatis, racemis ramosis nudis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 319. *Pollich. fl. palat. n.* 251.

Chenopodium foliis glabris septangulis, floribus paniculatis. *Hall. stirp. helv. n.* 1589.

Chenopodium Stramonii folio. *Vaill. bot. parif. t.* 7. *f.* 2. — *Mapp. fl. Alf. p.* 71.

Atriplex dictus pes anserinus alter. *Joh. Bauh. hist.* 2. *p.* 976. *Icon.*

Chenopodium Pes anserinus secundus. *Tabernæmont. hist. p.* 812. *Icon.* — *Mapp. fl. Alf. p.* 71.

Icon. Curtis. fl. Lond. t. 248.

Germ. Stechapfelblättriger Gänsefuss. Unächter Gänsefuss. Schweinemelde. Schweintod. Sautod.

Gall. Patte d'oie batarde.

Hab. Utrinque in ruderatis, cultis, hortis, agris, ad muros et sepes passim frequens.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri maturat. ☉

Radix alba, ramofa, fibrofa. *Caulis* cubitalis, tripedalis et altior, erectus, angulatus, glaber, ramofus. *Rami* alterni, patenti-erectiusculi. *Folia* alterna, petiolata, cordata, finuato-dentata, longe acuminata, magna, glabra, faturate viridia. *Flores* paniculati, caulem ramosque terminantes. *Paniculæ* ramofæ, laxæ, fubnudæ; *fructiferæ* patentiffimæ.

Odor plantæ peculiaris, et habitus fere Stramonii. Suibus peftiferum refert Tragus, repetunt alii bene multi; idem affirmat Jll. Pollichius l. c. nec coctam quidem plantam hoc crimine abfolvunt. Nescio an hæc planta cum Solano nigro confundatur quod quidem fuibus mortem affert.

373. CHENOPODIUM *ambrofioides* foliis lanceolatis, dentatis, racemis foliatis, fimplicibus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 320.

Thée Silefiacum. *Bresl. Samml. A.* 1717. *p.* 443. *Icon. bona.*

Botrys odorata fuaveolens americana, mexicanave. *Morif. hift.* 2. *p.* 605. *Sect.* 5. *t.* 35. *f.* 8.

Botrys bætica atriplicis fylveftris facie, vulgo Botrys maxima. *Barrel. Icon. rar.* 1185.

Botrys ambrofioides mexicana. *C. Bauh. pin. p.* 138.

Icon. Regnault. bot.

Germ. Weftindifcher Thée. Spanifcher Thée. Jesuiten-Thée. Ungarifcher Thée.

Hab. In ruderatis et viis plateisque neglectis urbis *Raftadt* ubi abundanter luxuriat præfertim *am Marftall.* Mexicanæ originis;

forsan olim a patribus Jesuitis Rastadii degentibus in hortis culta, ex his egressa, nunc spontanea.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto et Septembri maturat. ⊙

Caulis sesquipedalis et altior, erectus, sulcatus, glaber, viridis, ramosus. *Rami* alterni. *Folia caulina* alterna, subsessilia, sparsa, lanceolata, plus minusve dentata, læte viridia, glabra; *ramea* præsertim superiora recta, minora, angustiora, integra. *Flores* axillares, racemosi, foliati, virides.

Pharm. Botryos Mexicanæ *Herba.*

Planta suaveolens, ambrosiaca, resolvens, sudorifera, diuretica, carminativa, stomachica.

Herba Theæ Chinensi passim olim substituta fuit, præsertim in Silesia, Hungaria, Suevia, Bavaria. Lochner de Thée et Caffée succedaneis in Ephem. Nat. Cur. Cent. 5. 6. app. 149. — Breslauer Samml. l. c.

Herbæ decoctum aut infusum in Hispania optimo cum effectu præsertim in Hemicrania, morbo Hispanis sæpe tam diro adhibetur. Domestica ibi medicina etiam in Colica a refrigerio orta, hinc sæpe in hortis sed et ad pagorum ruderata obvia. Castilianis vulgo Thé de Espana salutatur.

Hodie certe apud nos nimis neglecta. De novo in memoriam medicis revocanda.

Nitri copiam occultat, et cultura ejusdem proventui et collectioni favere censetur. Van Bachaute in Mem. de l'Acad. d. sc. de Bruxelles. Vol. 4. p. 312.

374. Chenopodium *glaucum* foliis ovato-oblongis repandis, racemis nudis simplicibus glomeratis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 320. — *Pollich. fl. pal. n.* 252.

Chenopodium foliis oblongis, sinuatis, subtus incanis. *Hall. stirp. helv. n.* 1584.

Chenopodium angustifolium laciniatum minus. *Mapp. fl. Alf. p.* 71.

Atriplex angustifolia laciniata minor. *Joh. Bauh. hist.* 2. *p.* 973. *Icon.*

Atriplex sylvestris secunda. *Tabernæmont. hist. p.* 811. *Icon.*

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 1151.

Germ. Eisengrauer Gänsefuss.

Gall. Patte d'oie glauque.

Hab. Utrinque præsertim ad pagorum cis et trans Rhenum fimeta, et ruderata humida passim abunde.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri maturat. ⊙

Caulis palmaris, pedalis, fesquipedalis et altior, sæpe decumbens, seu adscendens, quandoque erectiusculus, angulatus, glaber. *Folia* alterna, petiolata, ovato - oblonga, sinuato-dentata; suprema cuneiformi - lanceolata, omnia crassiuscula, glabra, inferne albido - glauca, margine sæpe rubella, superne viridia. *Flores* axillares, et terminales racemosi. *Racemi* nudi, e floribus conglomeratis fasciculatim compositi, viridescentes, vel glauci.

†† *Foliis integris.*

375. CHENOPODIUM *Vulvaria* foliis integerrimis rhombeo - ovatis, floribus conglomeratis axillaribus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 321. — *Pollich. fl. pal. n.* 253.

Chenopodium caule diffuso, foliis obtuse lanceolatis. *Hall. stirp. helv. n.* 1577.

Chenopodium *olidum. Curtis. fl. Lond. Ic.*

Chenopodium foetidum. *Tournef. inst. — Mapp. fl. Alf. p.* 71.

Atriplex foetida. *Bauh. pin. p.* 119.

Vulvaria. *Tabernæmont. hist. p.* 812. *Icon. bona.*

Icon. Bulliard. herb. t. 323. — *Regnault. bot. Oeder. fl. Dan. t.* 1152. — *Blackw. herb. t.* 100.

Germ. Stinkende Melde. Hundsmelde. Buhlkraut. Stinkender Gänsefuss. Mautzenkraut.

Gall. Arroche puante. Patte d'oie fetide.

Hab. Utrinque in cultis, hortis, et plateis pagorum et urbium neglectis. In ipsa urbe *Carlsruhe an der Canzley, an dem Bürgerhospital* et alibi passim.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto, Septembri maturat. ⊙

Caulis palmaris, pedalis et longior, decumbens, teres, striatus, farina albida subconspersus, ramosus. *Rami* alterni, diffusi. *Folia* alterna, petiolata, ovato-rhomboidea, integra, obtusa, viridia, subtus farinosa. *Flores* caulem ramosque terminantes, racemosi. *Racemi* ex floribus conglobati, nudi.

Pharm. *Vulvariæ s. Atriplicis olidæ Herba.*

Tota Planta odorem peculiarem tetrum piscium salsorum subputridorum spirat, qui digitis diu adhæret.

Stimulat canes ad urinandum et ad Venerem, iidem

urina commaculant vestes, quibus hæc planta affricatur; eodem odore alliciuntur omnes alii in vicinia.

Conducit omnino gravitate odoris in passione hysterica. Ex ea Electuarium hystericum Fulleri paratur.

Vermes in ulceribus putridis animantium quadrupedum natos, excutit, certissimo experimento, si herba tusa ulceribus imponatur auctore Trago.

376. CHENOPODIUM *polyspermum* foliis integerrimis ovatis, caule decumbente, cymis dichotomis aphyllis axillaribus. *Linn. Sp.pl.* 1. *p.* 321. — *Pollich. fl.pal. n.* 254.

Chenopodium caule erecto, foliis ovatis integris. *Hall. stirp. helv. n.* 1576.

Chenopodium Betæfolio. *Tournef. inst. p.* 000. — *Mapp. fl. Alf. p.* 72.

Blitum polyspermum. *Bauh. pin. p.* 118.

Polyspermum. *Tabernæmont. hist. p.* 1219. *Icon.*

Icon. Curtis. fl. Lond. — *Oeder. fl. Dan. t.* 1163.

Germ. Vielsaamiger Gänsefuss. Fischmelde.

Gall. Patte d'oie graineuse.

Hab. Utrinque in cultis, hortis, vineis, ruderatis passim frequens.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto, Septembri maturat. ☉

Caules pedales, sesquipedales et longiores, sæpissime decumbentes, quandoque erecti, angulati, glabri, ramosi. *Rami* alterni, prælongi, cauli similes, diffusi. *Folia* alterna, petiolata, ovata, integerrima, lævia, læte viridia, mar-

gine venisque sæpe rubella. *Flores* axillares, subcymosi. *Cymæ* dichotomæ, aphyllæ, *fructiferæ* patentissimæ. *Semen* orbiculatum, rufum, calyci patulo innixum.

Semina piscibus acceptissima; hinc sæpe ad eos capiendos adhibentur.

CXV. BETA.

Linn Gen. pl. ed. Schreb. n. 436.

Calyx quinquepartitus, concavus, persistens: *laciniis* ovato-oblongis, obtusis. *Capsula* infra fundum calycis, unilocularis, decidua. *Semen* unicum, reniforme, compressum, calyce involutum.

377. BETA *vulgaris* caule erecto floribus congestis. *Linn. Syst. veg. p.* 217.

1) *Radicibus rapiformibus majoribus, succulentioribus.*

α. Beta rubra vulgaris. *Bauh. pin.* 118.

β. Beta rubra major. *Bauh. pin.* 118.

γ. Beta rubra radice rapæ. *Bauh. pin.* 118.

δ. Beta lutea major. *Bauh. pin.* 118.

ε. Beta pallide virens major. *Bauh. pin.* 118.

2) *Radicibus cylindricis minoribus, duris: Cicla.*

ζ. Beta alba vel pallescens, quæ Cicla officinarum. *Bauh. pin.* 118.

η. Beta communis viridis. *Bauh. pin.* 118.

Germ. α. *Gemeine rothe Mangoldrübe.*
β. *Die groſse rothe Mangoldrübe.*
γ. *Die groſse lange Römiſche rothe Mangoldrübe.*
δ. *Die groſse gelbe Mangoldrübe.*
ε. *Die blaſsgrüne Mangoldrübe; Dickrüben; Runkelrüben.*
ζ. *Weiſſer oder blaſſer Mangold.*
η. *Gemeiner grüner Mangold.*

Gall. α. *La Bette-rave rouge commune.*
β. *La Bette-rave rouge grande.*
γ. *La Bette-rave rouge longe; ou romaine.*
δ. *La Bette-rave jaune.*
ε. *La Bette-rave blanche.*
ζ. *La Poirée blanche.*
η. *La Poirée verde.*

Hab. In maritimis Jtaliæ, Portugaliæ, Hiſpaniæ. Colitur cum variationibus multiſariis in hortis et agris paſſim.

Flor. Julio, Auguſto, Septembri. *Semina* Auguſto, Septembri, Octobri matura. ♂

Nota. Variatio ε. comprehendit ſubvariationem: Radice præmagna carnoſa, ex viridi-albida maxime ſucculenta, fibris rubellis prædita. Caulibus præaltis erectis craſſis, ſulcato-ſtriatis. Foliis præmagnis rubellis. Hæc eſt vera Beta ab Jll. Achard ſub nomine Runkelrübe, Dikrübe, ventilata, (ſed minime ad Betam Ciclam referenda) ex qua Saccharum idem paravit.

Pharm. Betae rubrae et Betae candidae ſ. Ciclae *Radix; Folia.*

Emollientes, abstergentes, leniter alvum laxantes vires exercet.

Applicantur folia recentia, viridia externe, ad alendum profluvium in locis vesicatorio exulceratis.

Radices Betae rubrae vulgaris coctae et in orbiculos sectae, aceto vini dilutae cum seminibus Carvi, Coriandri, herba Foeniculi ac radice Armoraciae condiuntur et cum carnibus apponuntur.

Radicibus majoribus Betae, pecora et sues saginantur. Multum Sacchari et Nitri prismatici veri continent.

Folia pro usu culinari hinc inde in usu quidem, sed nimis flatulenta fatua, concoctu difficilia; itaque condimentis opus est. Hinc artis obsonatoriae peritus Martialis:

Ut sapiant fatuae fabrorum prandia Betae.
O quam saepe petit vina piperque Coquus.

CXVI. WILLEMETA.

Novum Genus.

Calyx pentagonus, quinquedentatus, connivens, persistens, incrementa dorsalia quinque irregularia ex angulis orta. *Corolla* nulla. *Staminum* Filamenta quinque, filiformia, calyci inserta. *Germen* globosum. *Stylus* bifidus, brevis. *Stigmata* duo recurva. *Semen* unicum, umbilicatum, ovato - orbiculatum, calyce tectum.

378. WILLEMETA *arenaria* herbacea, caule adscendente, diffuso, foliis lineari - subulatis pilosis, floribus axillaribus sessilibus, conglomeratis, incrementis calycinis membranaceis scariosis.

Salsola *arenaria. Märcklin. Schriften der Regensb. bot. Gesellsch.* 1. 329.

Cheno-

Chenopodium *arenarium. Wetterauische Flora.* 1. *p.* 356. — *Hoffm. Deutschlands Flora.* 3. *Jahrg.* 1. 120.

Camphorosma *monspeliaca. Pollich. fl. pal. n.* 167.

Chenopodium foliis subulatis, sericeis, florum glomeribus geminis. *Hall. stirp. helv. n.* 1575. *an?*

Germ. Sand-Willemetie.

Gall. Willemetie des Sables.

Hab. In Palatinatu in præfectura Oppenheimensi prope *Nieder-Ingelheim* ad viam versus *Bingen* in arvis siccissimis arenosis post *Pollichium* legi. Ni fallor etiam inter *Nekkergemünd* et *Wisslorh* in arvis elatioribus apricis sterilibus vidi. In arenosis sterilibus circa *Waldorf* teste *Märcklino.*

Flor. Augusto. *Semina* Septembri, Octobri maturat. ⊙

Radix tenuis, fibrosa, albida. *Caules* ex una radice sæpe plures, palmares, pedales, sesquipedales et longiores, adscendentes, sæpe decumbentes, subangulosi, striati, rariter pilosiuli, albidi, ramosi. *Rami* alterni, patenti-erectiusculi. *Folia* alterna, sessilia, lineari-subulata, acutiuscula, integerrima, basi præprimis superiora, pilis longis, rectis, pellucidis, albis, prædita, pubescentia, mollia, subincana, quinque ad septem lineas longa, vix lineæ quadrantem lata. *Flores* axillares, bini, terni, quini, sessiles conglomerati. *Bracteæ* foliaceæ, floribus longiores, pilosæ. *Calyx* quinquedentatus, dentibus ovatis, concavis, obtusis, albide pilosissimis. *Stamina* quinque, calyci inserta. *Fila-*

menta cum *Antheris* subrotundis flavis calyce sublongiora, deflorata muricata. *Stylus* bifidus, brevis. *Stigmata* duo, patenti recurvula.

Nota. Calyx monophyllus quinquedentatus, et incrementa e medio dorsi calycis orta, hoc Genus distinguunt à Chenopodio et Salsola.

Memorabile hoc incrementum pro ratione speciei diversum est. In Willemeta hyssopifolia s. Salsola hyssopifolia Pallasii subulatum corneum est; in W. arenaria membranaceum scariosum.

Obs. Planta in horto culta, mutationi non succubuit.

In memoriam defuncti amici Willemet filii professoris Nancejensis, qui ex ardore in scientiam botanicam 1786 quippe medicus primarius Sultani Tippo Seringepatnam profectus est, ubi obiit, posuit hoc monumentum Mærcklinus.

CXVII. ULMUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 443.

Calyx monophyllus, turbinatus, rugosus, quinquefidus, quandoque quadrifidus, erectus, interne coloratus, persistens. *Corolla* nulla. *Stamina* 3-4-5-6-8. *Pericarpium* compressum alato-membranaceum, uniloculare. *Semen* unicum, subrotundum, leviter compressum.

379. ULMUS *campestris* foliis duplicato-serratis, basi inæqualibus, floribus subsessilibus, conglomeratis pentandris, fructibus glabris. *Wild. arb. p.* 381. *ed. Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 1324. — *Linn. Syst. veg.* 265. — *Pollich. fl. palat. n.* 255.

Ulmus *nuda* ramis nunquam suberosis, fo-

liis inæquilateris, duplicato-ſerratis, pedunculis æqualibus, breviſſimis, ſamaris nudis. *Ehrh. Beytr.* 6. *p.* 86.

Ulmus foliis ſcabris, ovato-lanceolatis, dentibus ſerratis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 1586.

Ulmus campeſtris et Theophraſti. *Bauh. pin. p.* 426. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 331.

β. Ulmus *carpinifolia* cortice arboris albido. *Gleditch. Einleit. in die Forſtw.* 1. *p.* 278. *n.* 5. — *Schkuhr. bot. Handb.* 1. *p.* 176.

Ulmus folio glabro. *Mapp. fl. Alſ. p.* 332. *n.* 2-4?

γ. Ulmus *nana* minor foliis anguſtioribus ſcabris. *Gled. l. c.*

Ulmus minor folio anguſto ſcabro. *Mapp. fl. Alſ. p.* 332.

Icon. α. *Oeder. fl. Dan. t.* 632. — *Pfleger. arb. et frut. Badenſ.* — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 57. *f. a.*

Germ. α. *Gemeine Rüſter. Ulme. Jlme. Frühe Rüſter. Ruſche.*

β. *Haynbuchenrüſter. Weiſſe Bergrüſter. Graue Rüſter.*

γ. *Zwergulme. Kleine ſchmal und rauhblättrige Rüſter. Kleine rothe Rüſter.*

Gall. α. *Orme. Ormeaux. Orme ſauvage.*

β. *Orme blanc. Orme des montaignes, blanc.*

γ. *Orme nain.*

Hab. α. Utrinque in ſylvis paſſim frequens. β. cum præcedente et paſſim in ſepibus.

γ. in sepibus et sylvis petrosis asperis non infrequens.

Flor. Martio, Aprili. *Fructus* Majo, Junio maturat. ♄

Arbor α et β. procera, speciosa, longæva. *Truncus* et rami cortice fusco-cinerascente obducti. *Folia* alterna, breviter petiolata, basi ad latus alterum magis producta, hinc obliqua, elliptica, acuta, duplicato-serrata, pubescentia, scabra, nervis albidis percussa, læte viridia. *Flores* ante folia erumpentes, umbellato-glomerati, brevissime pedunculati. *Stamina* 4-5-6, rarius 3. *Pericarpium* glabrum.

Pharm. α. *Ulmi Cortex medius.*

Ad ambulacra umbrosa omnino exquisita, olim maxime æstimata.

Lignum durum, tenax, ad opificia multifaria, axes, rotas molendinarias, prelorum cochleas etc. egregium; fabris lignariis etiam ob colorem venasque præcipue in radice implicatas acceptum.

Folia sicca capris, vervecibus, bobus, pabulum bonum per hiemem præbent.

In foliis sæpissime vesiculæ rubellæ, liquore viscido repletæ, ab Aphide Ulmi Linn. constructæ. Folia hæc viscida æstate vel autumno aquæ infusa, eandem impraegnant succo suo, ita, ut potata instar Mannæ alvum solvat. Pallas. Reise 3. p. 653.

Cortex medius s. Liber, glaber, tenuis, tenax, splendens, subamaricans, abstergens, præsertim in chronicis quibusdam morbis exanthematicis valet. Lyons. in med. Transact. 2. p. 203. sq.

Ad hunc usum ex arboribus junioribus verno tempore colligendus.

Jam ab antiquissimis temporibus contra lepram laudabatur vel tritus cum aceto illitus, vel fasciæ loco circumvolutus.

Decoctum ad ambusta valet. Balneum exinde pa-

ratum, laudabatur in contracturis et membrorum ſpasmis, præſertim in malo Iſchiatico.

380. Ulmus *ſuberosa* foliis baſi ſubæqualibus, inæqualiter duplicato-ſerratis, floribus ſubſeſſilibus, ſubtetrandris, conglomeratis, cortice rimoſo-ſuberoſo.

Ulmus *ſuberoſa* foliis duplicato-ſerratis, baſi ſubæqualibus, floribus ſubſeſſilibus conglomeratis tetrandris, fructubus glabris, cortice ramulorum ſuberoſo alato. *Wilden. arb. p.* 391. *et ej. Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 1324.

Ulmus *tetrandra. Schkuhr. bot. Handb.* 1. *p.* 178. *t.* 57. *f.* 6.

Ulmus *ſativa. Du Roi harbk.* 2. *p.* 502. — *Mill. Dict. n.* 3.

Icon. Pfleger. arb. et frut. Badenſ.

Germ. Korkulme. Korkrüſter. Rothe Ulme. Rothe Rüſter. Kleinblättrige Ulme.

Gall. Lyperau.

Hab. Utrinque ad pagos et urbes; in nemoribus, nec non ad ſepes paſſim frequens.

Flor. ſub fine Aprilis. *Fructus* Junio maturat. ♄

Arbor longæva, procera, quandoque pumila. *Cortex* maxime rimoſus, ſuberoſus, obſcure ex fuſco-cinerascens. *Lignum* durum, rubello-marmoreum. *Folia* breviter petiolata, alterna, ovata, acuta, baſi plus minusve inæqualia, inæqualiter ſerrata, ſaturate viridia, utrinque glabriuscula. *Flores* racemoſo-fasciculati, breviſſime pedunculati, duplo mino-

res quam in sequente specie. *Calyces* sæpissime quadrifidi, rarius quinquefidi. *Stamina* sæpissime quatuor, quandoque tria ad quinque. *Pericarpia* ex viridi-lutescentia, glabra, maxima.

Lignum durum, tenax, fabris lignariis præsertim ad axes etc. acceptum.

381. Ulmus *effusa* foliis basi inæqualibus, duplicato-serratis, floribus suboctandris longius pedunculatis, effusis, ramis patentibus.

Ulmus *effusa* foliis duplicato-serratis basi inæqualibus, floribus octandris pedunculatis, effusis, fructibus margine ciliatis. *Wilden. l. c.*

Ulmus *octandra. Schkuhr. bot. Handb.* 1. *p.* 178. *t.* 57. *f.* 6.

Ulmus *ciliata. Ehrh. Beytr.* 6. *p.* 88.

Ulmus longioribus florum et seminum petiolis. *Rupp. fl. Jen. p.* 330.

Icon. Pfleger. arb et frut. Badens.

Germ. Schwarze Rüster. Langstielige Blumenrüster. Rauhlinde. Bastilme.

Gall. Orme a pedoncules longs. Orme noir.

Hab. Hinc inde circa *Carlsruhe* in sylvis frequens (nec non in horto Aulico).

Flor. Aprili. *Fructus* Majo maturat. ♄

Ab omnibus reliquis facile distinguitur. *Ramis* patentibus. *Calycibus* semper fere octofidis, viridescentibus, rubello mixtis, compressis, inæqualibus, longius et inæqualiter pedunculatis. *Staminum filamentis* longioribus, octonis, rarius septenis, novenis. *Pericarpiis* glabris, margine pulchre ciliatis.

Cum hac fecundum oculatiffimum Schkuhrium fub variatione militare videtur. Ulmus hollandica Mill. dict. — Du Roi. l. c. quæ tamen a noftra differt: Calycibus rubellis. Floribus 7-8 andris. Foliis majoribus, ovato-acuminatis, fcabris. Ulmus autem fcabra Mill. dict. differt. Foliis maximis. Calycibus viridibus majoribus. Ligno fpongiofiore.

Nota. Species allegatas multifariasque variationes Linnæus fub Ulmo campeftri congeffit. Habitus, Cortex, Lignum diverfum, præcipue autem inflorescentia, et pericarpia, poftulant feparationem.

Obf. Ulmorum propagatio certe hodie in Germania temperata nimis negligitur; nunquam fatis noftratibus commendanda.

CXVIII. SWERTIA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 449.

Calyx 4-4 partitus, planus, perfiftens: *laciniis* lanceolatis. *Corolla* monopetala, rotata. *Limbus* planus 4-5-partitus: *laciniis* lanceolatis, calyce majoribus, unguibus connexis. *Nectaria* 8-10, quafi puncta duo, in bafi fingulæ laciniæ corollæ, a parte interna excavata, fetis parvis erectis cincta. *Stylus* nullus. *Capfula* teres, utrinque acuminata, unilocularis, bivalvis. *Semina* numerofa parva.

382. SWERTIA *perennis* corollis quinquefidis foliis radicalibus ovalibus. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 328.

Gentiana foliis radicalibus petiolatis, ovatis, floribus paniculatis, rotatis, fpicatis. *Hall. ftirp. helv. n.* 636.

Gentiana paluſtris latifolia. *Bauh. pin. p.* 188.

Gentiana ſeptima Cluſii. *Tabernæm. hiſt. p.* 1102. *bona ex Clusio Icon.*

Gentiana duodecima, punctato flore. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 316. *Icon.*

Icon. Jacqu. fl. Auſtr. t. 243. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 58.

Germ. Swertie. Blauer Tarant. Sumpf-Enzian.

Hab. In ſummi montis *Feldberg* Brisgoviæ torſaceis legit *Vulpius.*

Flor. Julio, Auguſto. *Semina* Septembri maturat. ♃

Radix cylindrica, fibroſa. *Caulis* pedalis et altior, erectus, obtuſo angulatus, glaber, ſuperne ramoſus. *Folia* radicalia caulinaque infima, petiolata, obovata, obtuſa; ſuperiora ſeſſilia, oppoſita, acutiuscula, omnia integerrima, glabra, craſſiuscula. *Flores* paniculati, terminales. *Calyx* quinque quandoque tetrapartitus, corolla duplo brevius. *Corollæ Limbus* quinque, rarius tetrapartitus, planus, patens, ad oras obſcure cærulescens, baſi pallide virideſcens, punctis e rubello-cæruleis pictus.

Nota. Ad rariores Brisgoviæ cives pertinet; ibique in ſolo monte vicino Marciano Feldberg lecta, mihique communicata eſt.

Tota planta amaritudine Gentianæ.

CXIX. GENTIANA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 450.

Calyx 4-5 partitus, acutus: *laciniis* oblongis, persistentibus. *Corolla* monopetala, inferne tubulata, imperforata, superne 4-5 fida, plana marcescens. *Styli* nulli. *Capsula* oblonga, teres, acuminata, apice leviter bifida, unilocularis, bivalvis. *Semina* numerosa, parva.

† *Corollis subquinquefidis, subcampaniformibus.*

383. GENTIANA *lutea* corollis subquinquefidis rotatis, verticillatis, calycibus spathaceis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 329.

Gentiana caule foliosо, foliis ovatis, nervosis, floribus verticillatis, rotatis. *Hall. stirp. helv. n.* 637.

Gentiana major lutea. *Bauh. pin. p.* 187. *Mapp. fl. Alf. p.* 122.

Gentiana vulgaris major, ellebori albi folio. *Joh Bauh. hist.* 3. *p.* 520. *Icon.*

Gentiana major. *Tabernæmont. hist. p.* 1102. *Icon.*

Icon. Regnault. bot.

Germ. Enzian. Groſser gelber Enzian. Bitterwurzel.

Gall. Gentiane jaune.

Hab. In montosis *auf dem Kaltenbrunn*; *auf der Herrnwiese, am trockenen See*; inter *Plättie* et *Herrnwiese* non infrequens. In monte *Feldberg* saltus Marciani legit *Vul-*

pius. In Alſatia prope *Leberau* retro *Markirch* poſt *Mappum* vidi. In monte Ballon (*Belchen* alſatico;) in monte *Bloutberg* noviſſime reperit *Zeyherus*; *gegen der weiſſen See*; *auf dem Hochgebürg Hochenack* copioſe teſte *Mappo*. Circa *Ramſtein*, *Vogelberg*, *Raucheptingen* et in monte *Waſſerfall* teſte *C. Bauhino* et *Zeyhero*. In Principatus ſuperioris vicinia *auf hohen Egen* prope *Engen* vidi.

Flor. Julio, Auguſto. *Semina* Septembri et Octobri maturat. ♃

Planta ſpecioſiſſima. *Radix* cylindrica, rugoſa, annulata, craſſa, ſubdiviſa, 2-4 pedes longa, extus fuſca, intus flava. *Caulis* 2-3-4 pedalis, erectus, teres, fiſtuloſus, craſſus, ſtriatus, glaber. *Folia* radicalia in petiolum decurrentia, ovato-oblonga, quinquenervia; caulina ſeſſilia; floralia amplexicaulia, ſubcordata, concava, omnia baſi coadunata, integra, glabra, læte viridia. *Bracteæ* quaternæ, ovatæ, acutæ, trinerviæ, florum longitudine. *Flores* verticillati, axillares, terminalesque, pedunculati. *Verticilli* multiflori. *Calyx* ſpathaceus, 3-4 fidus, diaphanus, ſcarioſus. *Corolla* ſpecioſa, rotata, flava, *Tubo* brevi, baſi glanduloſo, *Limbo* 5-6-partito, *Laciniis* calyce longioribus, acutis, venoſis, immaculatis. *Semina* compreſſa, margine membranacea, quadrifariam diſpoſita.

Pharm. Gentianæ rubræ *Radix*.

In hortis planta hæc eximia, ægre cicuratur. ſubinde tamen ante aliquot annos in horto botanico Carlsruhenſi floruit.

Radix ad medicamenta amara præſtantiſſima amara pertinet, tonicas. roborantes, febrifugas, abſtergentes antiſepticas vires exercet. In arte veterinaria præſertim

in morbis epizooticis, lue bovilla inter præstantissima alexipharmaca pertinet; roborat, putredinem arcet, vermesque sæpe pellit, ulcera fœda purgat et detergit.

Ex ea Spiritus ardens a monticolis Enzian-Wasser, Enziangeist paratur.

Foliorum fumum monticolæ nostrates auf dem Kaltenbrunn, in odontalgia laudant, illumque tubuli loco per caulem plantæ hauriunt.

Plura et egregie scripta de Gentianis, vide in peculiari libello: De Gentiana, auctore D. Jos. Aloysio Frœlich. Erlangæ 1796.

384. GENTIANA *purpurea* corollis quinquefidis campaniformibus, verticillatis, calycibus subspathaceis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 329.

Gentiana *purpurea* corollis subquinquefidis, campanulatis, striato-punctatis, verticillatis, calycibus membranaceis spathaceis. *Frœlich. l. c. p.* 18. *n.* 2.

Gentiana *punctata* corollis campaniformibus sexfidis, punctatis, calyce spathaceo. *Villars. fl. Delph.* 2. *p.* 522.

Gentiana foliis ovato-lanceolatis nervosis, floribus campaniformibus, fasciculatis rariter punctatis. *Hall. stirp. helv. n.* 639.

Gentiana major purpurea. *Bauh. pin. p.* 187. *Mapp. fl. Als. p.* 122.

Gentiana magna flore purpureo et albo. *Joh. Bauh. hist.* 3. *p.* 521. *Icon.*

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 50.

Germ. Purpurrother Bergenzian.

Gall. Gentiane purprée.

Hab. In Alsatia, in monte prope *Oberhüt in dem Urbisthal* teste *Mappo.*

Nota. Plantam hucusque neque in montofis Badenfibus, neque Alfaticis vidi, nec facile dixerim ad hanc, an vero ad G. pannonicam pertineat. Synonyma Bauhiniana a Cl. Mappo citata omnino ad G. purpuream, Clufii autem Gentiana major purpureo flore ej. hift. 1. p. 312. Icon. ad G. pannonicam pertinet, quæ diftinguitur Corollis amplioribus, firmioribus, magis punctatis, punctis magis regularibus, fubelevatis, in lineas longitudinales utrimque difpofitis. Calyce firmiore, vere campanulato, truncato, 6-7 fido. Conf. Froel. l. c. p. 23.

Memoratu quoque dignum eft, quod G. purpurea in tota illa montium editorum catena, quæ Germaniam a meridie proxime tangit, omnino exulet, G. pannonica contra ibidem fit frequentiffima. l. c. p. 21.

385. Gentiana *asclepiadea* corollis quinquefidis campanulatis oppofitis, feffilibus, foliis amplexicaulibus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 329.

Gentiana *asclepiadea* corollis quinquefidis campanulatis, oppofitis axillaribus, fubfeffilibus, foliis amplexicaulibus, ovato-lanceolatis. *Frœl. l. c. p.* 48. *n.* 17.

Gentiana floribus campaniformibus, alis paucifloris, foliis ovato - lanceolatis. *Hall. ftirp. helv. n.* 640.

Gentiana asclepiadis folio. *Cluf. hift. p.* 280. *Icon.* — *Bauh. hift.* 3. *p.* 523. *Icon.*

Icon. Jacqu. fl. Auftr. 4. *t.* 328.

Germ. Schwalbenwurzblättriger Enzian.

Gall. Gentiane asclepiade.

Hab. In Principatus fuperioris montofis *am*

Schienberg rarius nuperrime vidi; in montofis altioribus calcareis *im Rheinthal* prope *Altstädten* in acclivitate montis Kamor, et *Hohen-Kasten* et in toto illo tractu montium cum Veronica *urticæfolia* et Saxifraga *rotundifolia*. In monte *Wasserfall*; in monte *Vogelberg* versus *Geiden* et in monte *Callen* prope *Raucheptingen*, ubi legit *Zeyherus*.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri maturat. ♃

Radix ramosa, multiceps. *Caulis* sesquipedalis, bipedalis et altior, erectus, obsolete angulatus, glaber. *Folia* sessilia, opposita, decussata, amplexicaulia, ovato-acuminata, quinquenervia, integra, margine per lentem minute crenulata, asperiuscula, saturate viridia. *Flores* axillares, terminalesque subsessiles, solitarii, sæpe bini, terni, oppositi. *Calyx* pentagonus, brevis, quinquefidus. *Corolla* speciosa, anguste campanulata, læte cærulea, punctis saturatioribus picta, calyce triplo longior. *Tubus* prælongus. *Limbus* quinquefidus. *Laciniis* ovatis, acutis, integris.

Variat. Corollis albis. Foliis ternis.

Pharm. *Gentianæ Asclepiadeæ Radix.*

Rustici Sclavonici decoctum radicis, calculosis feliciter parant. Clus. hist. 1. p. 313. pastores eadem ad ubera vaccarum a muribus ut credunt læsa, utuntur. Raj. hist. 1. p. 717.

386. Gentiana *Pneumonanthe* corollis quinquefidis campanulatis, oppositis, pedunculatis, foliis linearibus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 330. — *Pollich. fl. pal. n.* 256.

Gentiana *Pneumonanthe* corollis quinquefidis, campanulatis, acuminatis, axillaribus pedunculatis, foliis sublinearibus obtusis. *Frœl. l. c. p.* 44. *n.* 15.

Gentiana alis floriferis, foliis linearibus. *Hall. ſtirp. helv. n.* 641.

Gentiana autumnalis anguſtifolia, major. *Bauh. pin. p.* 188. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 122.

Gentianæ ſpecies, calathiana quibusdam, radice perpetua ſ. paluſtris. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 524. *Icon.*

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 269.

Germ. Lungenenzian. Blauer groſser Wieſenenzian. Lungenblume.

Gall. Gentiane pneumonanthe.

Hab. Utrinque in pratis humidis Rheno vicinis frequens. Prope *Dachsland*, *Linckenheim*, *Schröck*, *Knielingen* et alibi. In Alſatia circa Argentinam in pratis *bey dem Krümmerich* copioſe, prope *Gansau* et alibi verſus Rhenum. Circa Baſileam prope *Michelfelden* in pratis humidis legit *Zeyherus*. In Palatinatu paſſim in pratis circa *Lautern*; inter *Dürckeim* et *Lambsheim* in pratis udis copioſe teſte *Pollichio*.

Flor. Auguſto, Septembri. *Semina* Octobri maturat. ♃

Radix tenuis, ramoſa, albida. *Caulis* palmaris, pedalis, ſesquipedalis et altior, erectus, obſolete angulatus, glaber, ſimplex. *Folia* oppoſita, ſeſſilia, baſi coadunata, linearia, ſ. lineari-lanceolata, ſtricta, margine ſubrevoluta, apice obtuſa, integra; inferiora minora, lanceo-

lato-ovata. *Bracteæ* duæ, oppositæ, lineares, calycis longitudine. *Flores* axillares, terminalesque, oppositi, pedunculati, erecti; inferiores subsolitarii, longius pedunculati. *Calyx* tubuloso-campanulatus, angulatus, quinquefidus, corolla brevior. *Corolla* speciosa, campanulata, plicata, amœne cærulea, quandoque violacea, punctata. *Limbus* quinquefidus. *Laciniis* triangularibus, acuminatis, brevibus, denticulis intermediis brevissimis, acutis.

Variat. *Caule* unifloro, subbifloro. *Corolla* albida.

Pharm. *Pneumonanthe* *Radix; Flores.*

Planta amariuscula, resolvens, tonica, in morbis pectoris, ad luxationes et vulnera laudabatur; hodie in medicina fere exoleta.

A plebe Russica ad Epilepsiam et hydrophobiam; puerperis quoque commendatur; ad cæcitatem gallinarum eadem laudatur. Pallas.

387. Gentiana *acaulis* corolla quinquefida campanulata, caulem excedente. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 330.

Gentiana *acaulis* corolla quinquefida campanulata, caulem quadrangulum subæquante. *Frœl. l. c. p.* 57. *n.* 22.

Gentiana caule unifloro, foliis lanceolatis, flore maximo campaniformi. *Hall. stirp. helv. n.* 642.

β. Gentiana *angustifolia* foliis oblongis linearibus enerviis, corolla campanulata caulem excedente. *Vill. fl. Delph.* 2. *p.* 526. *n.* 7.

Gentiana alpina angustifolia magno flore. *Bauh. pin. p.* 187.

Icon. α. *Jacqu. fl. Auſtr.* 2. *t.* 136.

Germ. *Groſsblumigter Enzian.*

Gall. *Gentiane grandiflore.*

Hab. β. in paſcuis montanis *die Wallenburger Weid* dictis; *auf der Callenflur* et ſupra *Ramſtein* circa *Dietisberg* ubi *Zeyherus* legit.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Auguſto maturat. ♃

Radix ſubramoſa, multiceps. *Caulis* digitalis erectus, tetragonus. *Folia* lineari-oblonga, *radicalia* in orbem congeſta, terræ incumbentia, majora; caulina oppoſita, ſeſſilia, baſi connato-vaginantia, amplexicaulia, minora, ſubtrinervia. *Flos* terminalis, ſolitarius, erectus. *Calyx* campanulatus, angulatus, quinquefidus. *Corolla* ſpecioſiſſima, campanulato-infundibuliformis, calyce triplo longior, biuncialis, ſaturate cærulea, quinquefida. *Laciniis* ovatis, acutis, reflexis. *Stigmata* ſemiorbicularia, margine crenata, glandulosa.

Obſ. Plantula pro diverſa ætate, et ſoli natalis conditione, maxime variabilis.

Pharm. GENTIANELLAE ALPINAE MAGNO FLORE *Radix.*

Maxime amara, olim in jecinoris vitiis, morbo regio et obſtructionibus commendata.

Var. β. optimos præſtat effectus, ſi infuſa vino vel aqua fervida, doſi drachmæ unius, in ſcypho aquæ mane et veſperi in lanquore et convalescentia tardiori poſt morbos adhibetur. Villars fl. Delph.

†† Co-

†† *Corollis quinquefidis infundibuliformibus.*

588. GENTIANA *verna* corolla quinquefida infundibuliformi caulem excedente, foliis radicalibus confertis majoribus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 331.

Gentiana *verna* corolla quinquefida infundibuliformi, foliis ovatis, acutiusculis: radicalibus patentibus, caulinis majoribus. *Frœl. l. c. p.* 65. *n.* 25.

Gentiana foliis ovatis lanceolatis, caule unifloro. *Hall. ſtirp. helv. n.* 644.

Gentiana alpina pumila verna major. *Tournef. inſt. p.* 80. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 123.

Gentiana ſexta, ſ. Gentianella minor verna. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 316. *Icon.*

Germ. Kleiner blauer Frühlings-Enzian.

Gall. Gentiane precoce.

Hab. In Principatus ſuperioris pratis udis montoſis et demiſſioribus paſcuis, hinc inde abunde. In Alſatia prope Argentinam *in dem Jllkircher Wald* in prato, et prope *Oſtwald* ante ſylvam, hodie perraro, copioſius *Mappi* tempore. Circa montem *Waſſerfall* in pratis, et ſupra *Ramſtein*; in monte *Vogelberg* et circa *Bellelai* teſte *Lachenalio* et *Zeyhero.* Amat prata montoſa humida.

Flor. primo vere. *Semina* Majo, Junio maturat. ♃

Radix filiformis, ſubfibroſa, multiceps. *Caulis* ſemiuncialis, uncialis, biuncialis, erectus, angulatus, glaber. *Folia radicalia* in or-

bem congesta, sessilia, ovata, subtrinervia, integra, glabra, caulinis multo majora; *caulina* 2-3 parium, basi coadunata, ovata, acuta. *Flos* terminalis, solitarius, supremo foliorum pari quasi involucratus. *Calyx* tubulosus, alis quinque protuberantibus angulatus, viridi-cærulescens, quinquefidus. *Laciniis* lanceolatis acutis. *Corolla* quinquefida, saturate e violaceo-cærulea, amœnissima: *Laciniis* patentibus, ovatis, obtusis, integerrimis, quandoque argute serrulatis; dentibus interjectis minutis, argute bifidis, concoloribus, medio linea alba divisis.

Plantula tapetis cærulei in morem, passim obducit prata humida subalpina.

Obs. Ubi abunde in pratis crescit semper prata uda, spongiosa, turfosa indicat.

389. GENTIANA *utriculosa* corollis quinquefidis hypocrateriformibus, calycibus plicato-alatis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 332. *Pollich. fl. pal. n.* 257.

Gentiana *utriculosa* corollis quinquefidis hypocrateriformibus, calycibus carinato-alatis, foliis caulinis spathulatis. *Fræl. l. c. p.* 69. *n.* 26.

Gentiana caule ramoso, calycibus alatis. *Hall. stirp. helv. n.* 646.

Gentiana utriculis ventricosis. *Bauh. pin. p.* 188. — *Mapp. fl. Alf. p.* 123.

Gentianella annua azureo flore. *Barrel.* 48. *Icon.*

Germ. Schlauchartiger Enzian.

Gall. Gentiane utriculée.

Hab. In Principatus superioris pratis montosis

inter *Oeningen* et *Pohlingen*, nominatim in prato *Strikwiese* abunde passim nuperrime vidi. In Alsatia prope Argentinam *in dem Jllkircher Wald* cum præcedente nunc rarius; in prato præmagno prope *Eschau* teste *Mappo*. Basileæ prope *Michelfelden* anno 1788 *Lachenalius* legit. In Palatinatu in pratis siccis inter *Lambsheim*, *Oggersheim* et *dem Holzhof*.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Augusto maturat. ⊙?

Radix tenuis, subramosa, fibrosa, perpenicularis, flava. *Caulis* digitalis, palmaris et ltior erectus, obsolete tetragonus, subramosus. *Rami* alterni, uniflori. *Folia radicalia* in orbem igesta, facile evanescentia, ovata, obtusiusula, carinata; *caulina* opposita, basi coaduata, spathulata, carinata, multo minora. *Flores* aulem ramosque terminantes. *Calyx* ventricoıs, amplus, subovatus, alis quinque longituinalibus, latis, prominentibus auctus, interque as profunde sulcatus, quinquefidus, tubo coollæ paulo brevior. *Corolla* infundibuliformis, ınœne e violaceo-cærulea. *Tubus* cylindricus, x albido - cæruleo - striatus. *Limbus* quinquedus, planus. *Laciniis* lanceo' 'is, acutis, interis. *Segmentis* interjectis bifi..., minutis, paldis.

b f. Facile distingui poterit ab omnibus congeneribus calyce amplo quinquealato: Alis late prominentibus, per laciniarum dorsum medium ad basin usque productis. F rœl. l. c.

Variat. In Principatu superiori, *Caule* basi ramosissimo: *Ramis* unifloris elongatis. *Caule* simplici unifloro elongato, seu nano; ad hæc, *Corollis* albis.

390. GENTIANA *Amarella* corollis quinquefidis hypocrateriformibus fauce barbatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 334. — *Pollich. fl. pal. n.* 259.

Gentiana *germanica* corollis quinquefidis hypocrateriformibus barbatis, laciniis limbi ovatis acutis, foliis ovato-lanceolatis, ramis internodiis longioribus. *Willden. Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 1346.

Gentiana *Amarella* corollis quinquefidis hypocrateriformibus acutis, fauce barbatis; calycis laciniis subæqualibus. *Fræl. l. c. p.* 86. *n.* 33.

Gentiana faucibus barbatis, calycis segmentis quinis, æqualibus. *Hall. stirp. helv. n.* 651.

Gentiana pratensis flore lanuginoso. *Bauh. pin. p.* 188. — *Barrel. Icon.* 510. *n.* 2. — *Mapp. fl. Alf. p.* 123.

Gentiana minor secunda. *Tabernæmont. hist. p.* 1104. *Icon.*

Germ. Kleiner Enzian.

Gall. Gentianelle.

Hab. Utrinque in pratis pascuisque montosis, ad viarum marginalia excavata passim frequens. In montosis calcareo-argillaceis asperis prope *Grötzingen*, *Berghausen*, *auf dem Thurnberg*; prope *Münzesheim* et alibi. In Marggraviatu superiore hinc inde. In Alsatia prope Argentinam *auf der Gansau*; *auf der Linkelsheimer Nachtweid* copiose; in pratis prope *Oswald* erga *dem Mauerhof*, et alibi.

Flor. Augufto, Septembri, Octobri. *Semina* Octobri et Novembri maturat. ⊙

Radix fibrofa, pallide lutea. *Caulis* digitalis, palmaris, pedalis et altior, erectus angulatus, ramofus. *Rami* brachiati, foliofi, uniflori, fæpe multiflori, quandoque pauciflori. *Folia* radicalia in petiolum decurrentia, obovata, obtufa, integra, obfolete trinervia, emarcida; caulina feffilia, bafi fubconnata, ovata, feu ovato-lanceolata, trinervia; fuprema rameave fubcordata, acuta. *Flores* terminales, axillaresque pedunculati, erecti. *Calyx* campanulatus, quinquefidus, corolla duplo fere brevior. *Laciniis* acutis, fubæqualibus. *Corolla* quinquefida, purpureo-cœrulea, in fauce fquamis quinque membranaceis, apice multifido-capillaceis, albidis aucta.

Variat. *Caule* plus minusve ramofo, quandoque fimplici, demiffiore, unifloro. *Corollaque* alba, fæpe quinquefida, quandoque quadrifida.

Pharm. GENTIANELLÆ *Herba.*

Hodie apud noftrates in medicina fere exoleta eft.

††† *Corollis quadrifidis.*

391. GENTIANA *ciliata* corollis quadrifidis margine ciliatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 334. — *Pollich. fl. pal. n.* 260.

Gentiana *ciliata* corollis quadrifidis, laciniis ferratis, medio incifo-ciliatis, foliis lanceolatis linearibusque, caule flexuofo angulato. *Frœl. l. c. p.* 109. *n.* 43.

Gentiana cœrulea oris pilofis. *Bauh. pin. p.* 188. — *Mapp. fl. Alf. p.* 122.

Icon. *Jacqu. fl. Austr.* 2. *t.* 113.

Germ. *Himmelsstengel. Gefranzter Enzian.*

Gall. *Gentiane ciliée.*

Hab. In montosis calcareo - argillaceis siccis hinc inde: prope *Stein*, *Niefern*, *Bauschlott* et alibi. In Marggraviatu superiore prope *Badenweiler*, *Auggen* et alibi. In Alsatia prope Argentinam *auf der Gansau*, *im Ostwinkel*, in pratis fluvio Ellæ vicinis copiose. In Palatinatu in monte Oppenheimensi cui arx inædificata est, prope patibulum in terra siccissima, lapidosa, tenui gramine vestita, teste *Pollichio*.

Flor. Augusto, Septembri, Octobri. *Semina* Octobri, Novembri maturat. ♃

Caulis digitalis, palmaris, pedalis, flexuoso-erectus, tetragonus, simplex, uniflorus, rarius ramosus. *Rami* alterni, erecti, breves. *Folia* opposita, sessilia, basi connata; infima ovata, minima; inferiora lanceolata, obtusa; superiora lineari - acuta, inferne costa carinata. *Flores* caulem ramosque terminantes, solitarii, pedunculati. *Calyx* tetragonus, quadrifidus, tubo corollæ paulo brevior. *Corolla* amœne cœrulea, immaculata. *Limbus* quadrifidus. *Laciniis* medio inciso - ciliatis.

Variat. Caule simplici, unifloro, bifloro, rarius trifloro, rarius adhuc ramoso multifloro.

Obs. Corollæ basis inter filamentorum productiones glandulas quatuor habet callosas, eminentes, semilunares, viridiluteolas; quare hæc species potiori jure Swertiis adnumeraverim. Frœl. l. c. p. 112.

392. Gentiana *Cruciata* corollis quadrifidis imberbibus, floribus verticillatis fessilibus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 334. — *Pollich. fl. pal. n.* 261.

Gentiana *cruciata* corollis quadrifidis hypocrateriformibus nudis, verticillatis fessilibus, caulibus ancipitibus basi attenuatis. *Frœl. l. c. p.* 28. *n.* 6.

Gentiana foliis ovato-lanceolatis nervosis, vaginantibus, floribus verticillatis et umbellatis. *Hall. stirp. helv. n.* 643.

Gentiana cruciata. *Bauh. pin. p.* 188. — *Mapp. fl. Alf. p.* 123.

Gentiana minor f. vulgi Cruciata. *J. Bauh. hist.* 3. *p.* 522. *Ic.*

Gentiana minor prima. *Tabernæmont. hist. p.* 1104. *Ic.*

Icon. Jacqu. fl. Austr. 4. *t.* 372.

Germ. Kreutzenzian. Kreutzwurz. Modelgeer. St. Peterskraut. Sibyllenwurz. Sperenstich. Heil aller Schæden.

Gall. Gentiane crucifere. Herbe du Cry.

Hab. In collibus montofisque præfertim calcareo-argillaceis graminofis, pratisque montofis ficcioribus inæqualibus apricis paffim. Retro *Grötzingen*, in collibus herbidis cum Orchide *pyramidali.* In Marggraviatu fuperiore prope *Lippurg* in prato *die Hexmatte.* In Alfatia prope Argentinam *in dem Oftwinkel*; in collibus aridis prope *Mittelhausbergen* et alibi. In Palatinatu in pratis ficcioribus inter *Franckenthal*, *Oggersheim* et *dem Holzhof* tefte *Pollichio.*

Flor. Junio, Julio, Augusto. *Semina* Augusto et Septembri maturat. ♃

Radix ramosa. *Caules* ex radice plures, palmares, spithamæi, et altiores, adscendentes, teretes, basi ancipites. *Folia* decussatim opposita, connato-vaginantia, lato-lanceolata, obtusiuscula, quinquenervia. *Flores* verticillati, subsessiles, supremi quasi in umbellam terminantes, numerosi, bracteis linearibus suffulti. *Calyx* campanulatus, quadrifidus, angulatus. *Corolla* hypocrateriformis. *Tubus* longus. *Limbus* quadrifidus, amœne cæruleus, fauce punctis viridi-cærulescentibus pictus. *Laciniæ* ovatæ, acutæ, denticulis interjectæ triangulis, acute bifidis, lacinulatis.

Variat. *Caulibus* fere decumbentibus. *Floribus* quandoque quinquefidis. *Corollarum* laciniis acutioribus seu obtusioribus.

Pharm. GENTIANÆ CRUCIATÆ Radix; Herba.

Radix amara, incidentes, resolventes et roborantes vires exercet; olim in primariis vulnerariis numerabatur, hinc adhuc germanorum proverbium:

Modelgehr ist aller Wurzel Ehr.

Ad ulcera vetusta, strumasque exulceratas laudatur. Rustici ad febres intermittentes ea utuntur. Radicem tusam et ventri emplastri modo impositam, ad vermes intestinales præsens remedium dicit Mathiolus.

Folia. Saponariæ foliis non valde dissimilia, crassiuscula, pinguia, amara, roborantia, in morbis contagiosis, et in ipsa peste, nec non lue venerea laudabantur.

PLANTÆ UMBELLATÆ.

CXX. ERYNGIUM.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 456.

Receptaculum commune conicum, paleis
sculos sessiles distinguentibus. *Involucrum*
lyphyllum, planum, flosculos superans. *Calyx*
oprius pentaphyllus, erectus, acutus, corol-
m superans, germini insidens. *Corolla uni-*
rsalis uniformis, subrotunda. *Flosculi* omnes
rtiles. *Corolla* propria pentapetala. *Petala*
longa, apicibus ad basin inflexis, linea longi-
dine constricta. *Germen* inferum, hispidum.
uctus ovatus, bifariam divisibilis. *Semina*
longa, teretia.

93. ERYNGIUM *campestre* foliis am-
plexicaulibus pinnato-laciniatis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 337. — *Pollich. fl. pal. n.* 263.

Eryngium foliis semipinnatis, pinnis pinnatis, pinnulis lobatis spinosis. *Hall. stirp. helv. n.* 735.

Eryngium vulgare. *Rauh. pin. p.* 386. — *Mapp. fl. Alf. p.* 201. — *Tabernæmont. hist. p.* 1072. *Icon.*

on. Jacqu. fl. Austr. t. 155. — *Oeder. fl. Dan. t.* 554. — *Blackw. herb. t.* 297. — *Regnault. bot.* — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 59.

rm. Feldmanstreu. Brackendistel.

Gall. Panicaut. Chardon Roland.

Hab. Utrinque in pascui... aisque apricis sterili... Rheni praefertim vici...

Flor. Augusto, Septemb... maturat. ♃

Radix cylindrica, p... extus fusca, intus alba, ... *Caulis* sesquipedalis, bip... ctus, teres glaber, firm... divaricatis, duri. *Folia* ... lata, bipinnata. *Pinnuli*... dentato-spinosis, in nerv... fibus; *caulina* superna a... *Pinnis* rigidis, spinosis. ... que terminantes, capitat... *erion* pentaphyllum. *Fo*... *integris*, lanceolatis, spi... *multo longioribus*. *Flosc*... longioribus, mucronatis... *Semen* ovatum, hirsutum... natum.

Pharm. Eryngii vu...

Radix subaromatica, dul... tes, diureticas et aperientes ... medicina exoleta. Recens ju... servire potest.

In Anglia, Belgio, aliisc... ritimis ab Eryngio marit... quae major, succulentior est.

Inter Radices quinqu... venit.

Hinc inde etiam Sacchar...

In locis sterilibus aridis a...

Flores apibus mel largiun...

CXXI. HYDROCOTYLE.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 457.

Umbella ſimplex. *Involucrum* ſæpe tetraphyllum, parvum. *Calyx* vix ullus. *Corolla univerſalis* uniformis figura, non ſitu. *Flosculi* omnes fertiles. *Corolla propria* pentapetala: petalis ovatis, acutis, patentibus, integris. *Germen* erectum, compreſſum, orbiculatum, inferum proprium, peltatum. *Fructus* orbiculatus, compreſſus, transverſe bipartitus. *Semina* duo, ſemiorbiculata, compreſſa.

394. HYDROCOTYLE *vulgaris* foliis peltatis, umbellis quinquefloris. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 338. — *Pollich. fl. palat. n.* 264.

Hydrocotyle foliis rotundis emarginatis, petiolis centralibus, umbellis faſtigiatis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 812.

Hydrocotyle vulgaris. *Tournef. inſt.* — *Mapp. fl. Alſ. p.* 147.

Ranunculus aquaticus Cotyledonis folio. *Bauh. pin. p.* 150.

Cotyledon aquatica. *Lobel. Icon.* 387. — *Joh. Bauh. hiſt.* 3. *p.* 718.

Icon. Curtis. fl. Lond. — *Oeder. fl. Dan. t.* 90. *Schkuhr. bot. Handb. t.* 59.

Germ. Waſſernabel. Schildblättriges Sumpfnabelkraut.

Gall. Goblet d'eau commun. Nombril de Venus aquatique.

Hab. Utrinque ad foſſas, prata paludoſa, inundationibus expoſita paſſim. Circa *Carlsruhe* inter *Beurtheim* et *Rüppur*, rarius; in paſcuis graminoſis humidis prope *Graben* et *Philippsburg*, et alibi Rhenum verſus non infrequens. In Alſatia prope Argentinam in locis graminoſis paludoſis verſus *Oſswald* prope *dem Steg*; ad foſſam prope *dem Mauerhof*; ad foveas aqua repletas, hinc inde *im Bewald*. In Palatinatu in paludibus juncoideis ad piscinarum margines inter *Erſenbach* et *Siegelbach*; in foſſis circa *Rotenbach* in pratis paludoſis inter *Miſau* et *Hitſchenhauſen* teſte *Pollichio*.

Flor. Julio, Auguſto. *Semina* Septembri maturat. ♃

Caules ad terram repentes, radicantes, teretes, articulati, glabri. *Folia* alterna, longe petiolata, orbiculata, peltata, ſimplicia, margine emarginata, crenata. *Umbellæ* axillares, pedunculatæ, ſimplices, exiguæ, ſubrotundæ, ſæpe centro in ſpicam quaſi elongatæ. *Corollæ* exiguæ, pallide rubellæ, et ex viridi-albidæ.

Pharm. Cotyledonis aquaticæ *Herba.*

Planta acris, ſuſpecta; ovibus maxime peſtifera.

Olim inter aperientes, detergentes et vulnerarias numerabatur; hodie in medicina exoleta.

CXXII. SANICULA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 458.

Umbella univerſalis: radiis pauciſſimis (ſæpe quatuor) *partialis* plurimis, conſertis, ſubcapitatis. *Involucrum univerſale* dimidiatum, ex-

ſum ſitum: *partiale* undique ambiens, flos-
s brevius. *Calyx* vix notabilis. *Corolla* uni-
'alis uniformis. *Flosculi* disci abortivi. *Co-*
a propria petalis quinque compreſſis, inflexis,
em claudentibus. *Germen* inferum, hiſpi-
ı. *Fructus* ovato-acutus, ſcaber. *Semina*
, hinc convexa, muricata, inde plana.

5. SANICULA *europæa* foliis radicalibus ſimplicibus, floſculis omnibus ſeſſilibus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 339. — *Pollich. fl. pal. n.* 265.

Sanicula foliis radicalibus trilobatis, lateralibus lobis tripartitis, umbellis globoſis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 737.

Caucalis *Sanicula. Crantz. ſtirp. Auſtr. p.* 228. — *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 310.

Aſtrantia Diapenſia. *Scopol fl. Carn. ed.* 2. *n.* 304.

Sanicula officinarum. *Bauh. pin. p.* 319. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 278. — *Tabernæmont. hiſt. p.* 244. *Icon.*

›*n. Regnault. bot.* — *Bulliard. herb. t.* 267.
Oeder. fl. Dan. t. 283. — *Blackw. herb. t.*
63. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 60.

rm. Sanikel. Heil aller Schäden.

ll. Sanicle. Sanicle mâle.

b. Utrinque in ſylvis humidiuſculis umbroſis cæduisque montoſis et demiſſioribus paſſim abunde.

›*r.* Majo, Julio. *Semina* Auguſto maturat. ♃

Radix fibrofa, extus fusco-flavicans, intus alba. *Caules* ex radice fæpe plures, fesquipedales et altiores, erecti, teretes, fulcati, fubnudi, fimplices, glabri. *Folia radicalia* plura, longius petiolata, reniformia, profunde quinqueloba: *Lobis* cuneiformibus, incifo-ferratis, acutis; *caulinum* folitarium, minus, conforme. *Umbella* terminalis, 4-5 fida. *Umbellula* fubtripartita; radiis inæqualibus, medio fubfimplici, longiore. *Flosculi* conglomerati, ex albido-rubelli, hermaphroditi, masculi et fœminei. *Involucrum* univerfale 3-5 phyllum: *Foliolis* tripartitis, ferratis, umbella brevioribus; *partiale* 2-5 phyllum, umbellula brevius. *Semina* calyce coronata, ariftis uncinata.

Pharm. SANICULAE *Herba.*

Planta adftringens, vulneraria; hodie in medicina fere exoleta, pro coriis parandis apta.

Flores apibus mel præbent.

CXXIII. ASTRANTIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 459.

Umbella univerfalis radiis pauciffimis; *partialis* numerofiffimis. *Involucrum* univerfale, foliolis ad radios duplicatis. *Partiale* foliolis multis, lanceolatis, patentibus, æqualibus, coloratis, umbellula longioribus. *Flores* radii abortientes. *Semina* duo, ovato-oblonga, pericarpii crufta tecta, rugofa.

396. ASTRANTIA *major* foliis quinquelobis, lobis trifidis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 339. *Hall. ftirp. helv. n.* 790.

Aſtrantia *nigra* floribus pedunculatis, ſeminum angulis denticulatis. *Scopol. fl. Carn. ed.* 2. *n.* 306.

Aſtrantia major corona floris purpuraſcente. *Mapp. fl. Alſ. p.* 34.

Helleborus niger Saniculæ folio major. *Bauh. pin. p.* 186.

Imperatoria nigra. *Tabernæmont. hiſt. p.* 242. *Icon.*

Icon. Blackw. herb. t. 470. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 52. *n.* 4.

Germ. Groſse Aſtrantie. Schwarze Meiſterwurz. Schwarz-Sanikel.

Gall. Grande Aſtrance.

Hab. In montoſis ſylvaticis umbroſis Alſatiæ prope *Hochfeld auf dem Hochgebürg* copioſe; in monte *Waſſerfall* teſte *Lachenalio.*

Flor. Julio, Auguſto. *Semina* Septembri maturat. ♃

Radix ramoſa, fibroſa, extus nigra. *Caulis* ſesquipedalis et altior, erectus, ſulcato-ſtriatus, glaber, ſimpliciusculus. *Folia* longe petiolata, glabra, inferiora palmato-quinqueloba: *Laciniis* inciſis, argute ſerratis, intermedio trifido; *ſuperiora* ſubtrifida. *Umbellæ* terminales. *Involucrum* partiale ſpecioſiſſimum, polyphyllum: *Foliolis* in ſtellam ſ. coronam poſitis, ex albo-purpuraſcentibus, venoſis. *Floſculi* radii plerumque maſculi, diſci hermaphroditi.

Obſ. Specioſiſſima exemplaria in Pyrenæorum pratis paſſim ad quatuor pedes alta vidi.

Pharm. ASTRANTIÆ *Radix.*

Radix non aliter, quam Hellebori, nigra, acris, drastica, ſed mitior, hodie fere in medicina exul.

Planta pulcherrima verum hortorum ornamentum.

CXXIV. BUPLEURUM.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 460.

Involucrum univerſale præſens aut abſens; *partiale* quinquephyllum, majus, foliolis patentibus, ovatis, acutis. *Corolla* univerſalis uniformis. *Flosculi* omnes fertiles; *propria* petalis quinque involutis, integris, breviſſimis. *Fructus* ſubrotundus, compreſſus, ſtriato-ſulcatus. *Semina* duo, ovato-oblonga, hinc convexa, ſtriata, inde plana.

397. BUPLEURUM *rotundifolium* involucris univerſalibus nullis, foliis perfoliatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 340. — *Pollich. fl. pal. n.* 266.

Bupleurum caule brachiato, ramoſiſſimo, foliis ovato-lanceolatis, amplexicaulibus. *Hall. ſtirp. Helv. n.* 767.

Bupleurum perfoliatum rotundifolium annuum. *Tournef. inſt.* — *Mapp. fl. Alſ. p.* 46.

Perfoliata prima. *Tabernæmont. hiſt. p.* 1140. *Icon.*

Icon. Regnault. bot. — *Blackw. herb. t.* 95.

Germ. Durchbrech. Durchwachs.

Gall. Perceſeville.

Hab.

Hab. Utrinque in agris, cultis, vineis passim; amat præsertim culta montosa calcareo-argillacea.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ☉

Caulis sesquipedalis, bipedalis et altior, erectus, teres, glaber, ramosus. *Rami* alterni, copiosi. *Folia* alterna, perfoliata, ovato-subrotunda, acuta, integra, glaberrima, læte viridia, rore glauco quasi obducta. *Involucrum universale* nullum; *partiale* 3-4-5 phyllum. *Foliolis* ellipticis, inæqualibus, integris, vel semibifidis, acuminatis. *Flosculi* parvi, lutei.

Pharm. PERFOLIATAE *Herba; Semina.*

Herba subadstringens, vulneraria, olim præcipue contra hernias laudata, hodie fere in medicina exoleta est.

398. BUPLEURUM *longifolium* involucellis pentaphyllis ovatis: universali subpentaphyllo, foliis amplexicaulibus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 341.

Bupleurum foliis imis petiolatis, ovatis, superioribus amplexicaulibus, ovato-lanceolatis. *Hall. stirp. helv. n.* 768.

Bupleurum montanum latifolium. *Tournef. inst. p.* 310. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 46.

Perfoliata alpina magna longifolia. *Joh. Bauh. hist.* 3. *p.* 199. — *Morif. hist.* 3. *p.* 299. *Sect.* 9. *t.* 13. *n.* 4.

Germ. Alpendurchwachs.

Gall. Percefeville des alpes.

Hab. In montosis rupestribus asperis *im Oppenauer Thal* passim non infrequens, ubi nuperrime vidi. In montosis *auf dem Hochgebürg* prope *Rapolstein* Alsatiæ copiose; in monte prope *Sulzbad* teste *Mappo.*

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ♃

Caulis sesquipedalis, bipedalis et altior, teres, glaber, striatus, simpliciusculus. *Folia* radicalia caulinaque infima in petiolum decurrentia, obverse ovato-lanceolata, plana, venosa, integra, glabra, 4-7 uncias longa, sesquiunciam ad tres uncias lata; superiora sessilia, alterna, amplexicaulia, cordato-lanceolata, apice obtusiuscula, integra. *Umbella* terminalis. *Radii* 7-9 inæquales, filiformes, sesquiunciam ad tres uncias longi. *Umbellulæ* multifloræ: *Flosculi* 7-13, pedicellati, fertiles, lutei. *Involucrum universale* sæpissime 3, quandoque 4-5-7 phyllum, planum. *Foliola* inæqualia, ovalia, acutiuscula, quandoque obtusa, semiunciam ad unciam longa, 3-4-5 lineas lata, integerrima, viridia, quandoque rubedine mixta. *Involucrum partiale* quinquephyllum. *Foliola* ovalia, integra, acutiuscula, flosculos vix superantia.

399. Bupleuron *falcatum* involucellis pentaphyllis acutis, universali subpentaphyllo, foliis lanceolatis, caule flexuoso. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 341. — *Pollich. fl. pal. n.* 267.

Buplcurum foliis radicalibus petiolatis, elliptico-lanceolatis, caulinis falcatis, caule flexuoso. *Hall. stirp. helv. n.* 776.

Bupleurum folio fubrotundo feu vulgatiffimum. *Bauh. pin. p.* 278. — *Mapp. fl. Alf. p.* 45.

Bupleurum latiore et anguftiore folio. *Tabernæmont. hift. p.* 872. *Icon.*

Icon. Jacqu. fl. Auftr. t. 158.

Germ. Sichelblättriges Hasenöhrlein.

Gall. Bupleure faucillier.

Hab. Utrinque in collibus præfertim calcareo-argillaceis dumetofis, ad viarum marginalia afpera dumetofa, et fepes paffim frequens.

Flor. Julio, Augufto, Septembri. *Semina* Septembri, Octobri maturat. ♃

Radix fufiformis, quandoque multiceps, ramofa, extus fusca, vel cinerea. *Caulis* 2-3 pedalis et altior, erectus, fubflexuofus, teres, glaber, fubftriatus, ramofus. *Rami* alterni. *Folia* radicalia in petiolum decurrentia, obovata, apice rotundata, quandoque ovato-lanceolata, acutiuscula; caulina rameaque alterna, feffilia, lineari-lanceolata, fubfalcata, anguftiora, omnia firma, integra. *Umbellæ* caulem ramosque terminantes, numerofæ, raræ, planæ. *Radii* duo ad undecim, filiformes. *Involucrum univerfale* mono ad quinquephyllum, quandoque nullum. *Foliola* inæqualia, lineari-lanceolata, acuta, brevia, patentiffima. *Involucrum partiale* quinquephyllum. *Foliola* fubæqualia, lanceolata, acuta, concava. *Flosculi* parvi, lutei.

Obf. Pro diverfa ætate folia plus minusque falcata, latiora et anguftiora funt.

Pharm. BUPLEURI *Herba; Semina.*

Herba fubadftringens, vulneraria, hodie vix ufitata.

Semina aromatica, calefacientia, contra ferpentum morfus olim laudabantur.

400. Bupleurum *tenuiſſimum* umbellis fimplicibus alternis pentaphyllis fubtrifloris. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 343.

Bupleurum *tenuiſſimum* umbellis terminalibus compofitis, lateralibus fimplicibus paucifloris, involucris et involucellis brevibus. *Lamarck. Encycl. bot. p.* 519. *n.* 11.

Bupleurum caule ramofiffimo, umbellis alaribus, paucifloris, involucris pentaphyllis, lanceolatis, petiolo longioribus. *Hall. ſtirp. helv. n.* 774.

Bupleurum tertium minimum. *Columm. ecphr.* 1. *p.* 85. *t.* 247. — *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 300. *Sect.* 9. *tab.* 14. *fig.* 4. — *Barrel. Icon.* 1248.

Bupleurum anguftiffimo folio. *Bauh. pin. p.* 278.

Auricula leporis minima. *Joh. Bauh. hiſt.* 3. *p.* 201.

Germ. Feinſtes Haſenöhrlein.

Gall. Bupleure menu.

Hab. Circa Bafileam inter Birfam torrentem et fylvam *die Hardt* tefte *Joh. Bauhino.*

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augufto maturat. ⊙

Caulis palmaris et altior, flexuofo-erectiusculus, quandoque fubdecumbens, teres, rigidiusculus, ftriatus, ramofus. *Rami* a bafi cau-

lis ad apicem alterni, copiosi, patentes filiformes. *Folia* alterna, sessilia, linearia, acutissima graminea, rigidiuscula, unciam ad binas uncias, longa, lineam ad sesquilineam lata. *Umbellæ* caulem ramosque terminantes, compositæ; aliæ laterales, ex foliorum rameorum axillis, simplices. *Radii* in umbellis compositis bini, terni, quandoque quini, breves. *Involucrum universale* tri ad quinquephyllum. *Foliola* setacea, aristata, rigida, brevia. *Partiale* quinquephyllum. *Foliola* setacea, aristata, rigida, subæqualia, flosculos superantia. *Flosculi* 3-5, brevissime pedicellati, minuti, fertiles, pállide lutei. *Umbellæ* laterales non compositæ, umbellis partialibus in umbella composita similes. *Involucrum* simile involucro partiali.

Nota. Plantulam a Joh. Bauhino l. c. allegatam, hodie citato loco Jll. Lachenalius et post eum Zeyherus frustra quæsivit. Descriptionem dedi ad individuum ex Hispania a me relatum.

401. BUPLEURUM *Pollichii* caule junceo ramoso, ramis indivisis, brevioribus, foliis rameis caulinisque superioribus setaceis strictis, umbellis lateralibus terminalibusque subtrifloris.

Bupleurum *junceum. Pollich. fl. pal. n.* 268. (*exclusis synonymis*). — *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 332. (*excluso Linnæi synonymo.*)

Bupleurum *Gerardi. Wetterauische Flora.* 1. *p.* 403. — *Willden. Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 1375. (*exclusis Murr. Jacqu. Allionii et Gerardi synonymis.*)

Germ. Pollichisches Hasenöhrlein.

Gall. Bupleure de Pollich.

Hab. In regionibus falfis, præcipue ad falinas; ad falinas *Nauenheimenfes* cum Plantagine *maritima* copiofe tefte *Pollichio*.

Flor. Julio, Augufto. *Semina* Septembri et Octobri maturat. ⊙

Radix ramofo-fibrofa, extus fusca. *Caulis* pedalis, vix fesquipedalis, erectus, junceus, tenuis, angulatus, ftriatus, glaber, ex luteo-virescens, ftatim a bafi ad medium fere ramofus. *Rami* alterni, divergentes, ftriati, indivifi, caule breviores. *Folia* caulina inferiora alterna, feffilia, linearia, integerrima, acuta, unciam ad quatuordecim lineas longa, lineam vix lata, pallide viridia, firmiuscula; ramea caulinaque fuperiora fetacea, anguftiffima, ftricta, femiunciam vix longa. *Umbellæ* axillares terminalesque, parvæ, copiofæ. *Radii* tres, rarius quatuor, angulati, craffiusculi maxime inæquales, 1-2-5 lineas longi. *Involucrum* univerfale 3-4 phyllum. *Foliolis* anguftis, fetaceis, inæqualibus, longitudine radiorum. *Umbellulæ* fubfeffiles, fubquinqueflloræ, parvæ. *Involucrum* partiale quinquephyllum: *Foliolis* umbellulam excedentibus, fetaceis. *Flosculi* parvi, lutescentes. *Fructus* angulato-ftriati, fubglobofi.

Obf. 1. Planta cum B. junceo Linnæi non confundenda, quod habitu, loco natali non falfo, magnitudine quoque quam maxime a noftrate discedit, et facile dicam, vix unquam in Germania nascitur fponte, legi ad Pyrenæorum torrentes.

Obf. 2. Nec eft Bupleurum Gerardi fl. Gallopr. p. 233. n. 7. tab. 9. quod differt. Caule dichotomo, ramis non fimplicibus fed per dichotomiam divifis. Foliis femiamplexicaulibus, rameis non ftrictis, majoribus. Umbellis longius pedunculatis. Radiis in umbella fæpiffime quinque ad feptem, nunquam tribus, non brevibus angulatis,

craſſiusculis, ſed capillaribus, unciam ad ſesquiunciam longis, tenerrimis, minus inæqualibus. Involucro univerſali 5-7 phyllo, ſetaceo, radiis ſemper duplo triplove breviore. Involucellis 3-5 phyllis, ſetaceis, anguſtiſſimis, rectis, longitudine umbellulæ. Fructubus oblongis, apice truncatis, duplo longioribus. Porro loco natali campeſtri, ſterili, aprico arido, non ſalſo.

Bupleurum hoc Gerardi in campeſtribus ſteriliſſimis aridis Galliæ meridionalis, et Hiſpaniæ legi et quidem ſtatura digitali, ſemipedali; legi et alia in cultis, vinetis, olivetis, longe majora, et individuo ab Jll. Jacquino in Flora Auſtriaca vol. 3. tab. 256. depicto, ſimillima.

Nota. In arbuſtis Carlsruhanis adhuc hoſpitantur:

1. Bupleuron fruticoſum frutescens, foliis obovatis integerrimis. (ſempervirentibus) floribus umbellatis (luteis) Linn. et

2. Bupleurum coriaceum frutescens, foliis lanceolatis coriaceis obliquis. Aiton. hort. Kew. 1. 331. - ſ. Bupleurum arborescens. Jacqu. Icon. rar. 2. t. 351. de quo pulcherrimos ſepes in Horto Botanico Matritenſi vidi; ægre noſtras hyemes fert.

CXXV. TORILIS.

Gærtner. fruct. et ſemina plant. Gen. 95.

Umbella ſimplex. *Involucrum* nullum, aut foliolis paucis ſimplicibus. *Semina* ſubovato-oblonga, aculeolis absque ordine poſitis hiſpidata.

402. Torilis *Anthriscus* umbellis confertis, involucro ſubhexaphyllo, foliis bipinnatis ſcabris, ſeminibus ovatis aculeis hiſpidis, apice aduncis.

Tordylium *Anthriscus* umbellis confertis,

foliolis ovato - lanceolatis - pinnatifidis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 346. — *Pollich. fl. pal.* *n.* 269.

Caucalis *Anthriscus* seminibus ovalibus, dorso aculeis sparsis scabris. *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 309.

Caucalis involucris polyphyllis, seminibus ovatis, stylis reflexis, foliis decompositis, foliolo extimo lineari - lanceolato. *Aiton. hort. Kew.* 1. *p.* 335.

Caucalis foliis duplicato - pinnatis, nervo multoties latioribus. *Hall. stirp. helv.* *n.* 741.

Daucus annuus minor floribus rubentibus. *Tournef. inst. p.* 308. — *Mapp. fl. Alf.* *p.* 90.

Caucalis semine aspero flosculis subrubentibus. *C. Bauh. prodr. p.* 80. *Icon.*

Icon. Curtis. fl. Lond. — *Jacqu. fl. Austr. t.* 261. — *Oeder. fl. Dan. t.* 919.

Germ. Drehkraut. Haftdolde. Klettenkörfel. Heckenkörfel. Schafkörfel.

Gall. Tordyl âpre.

Hab. Circa *Carlsruhe*, *Argentinam*, *Mannheim*, *Heidelberg* et alibi passim ad viarum margines dumetosas, in sepibus, sylvis caeduis, ruderatis, arvis frequens.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri maturat. ♂

Radix fusiformis, extus flavicans, intus alba. *Caulis* erectus, 2 - 3 - 4 pedalis et altior, teres, rubelle striatus, pilis retroflexis scaber, ramosus.

Folia magna, subbipinnata, hirsuta, scabra, quandoque maculis rubris aspersa. *Foliola* pinnatifida, inciso-serrata, acutiuscula. *Umbellæ* aulem ramosque terminantes, 3-5-8 radiatæ. *Umbellulæ* planæ, densæ, pedicellatæ. *Involucrum universale* 3-5-8 phyllum. *Foliolis* subetaceis, umbellæ accumbentibus. *Involucellum* polyphyllum dimidiatum, longitudine radiorum. *Germen* hispidulum, perianthio exiguo, quinquedentato, coronatum. *Petala* ex albido-rubella, obcordata, dorso subvillosa. *Flores* centrales plerumque steriles. *Semen* ovato-oblongum, setis rigidis, hamatis, hispidis, rubellis, albisve præditum.

Planta junior ovibus accepta.

03. Torilis *helvetica* involucro subnullo, seminibus ovatis setis hamosis hispidis, foliis duplicato-pinnatis, foliolo extimo lineari-lanceolato.

Caucalis *arvensis* involucro universali subnullo, seminibus ovatis, stylis reflexis, foliis decompositis, foliolo extimo lineari-lanceolato, caule ramosissimo. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 334. *Willdenow. Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 1387.

Caucalis *helvetica* involucro universali subnullo, umbella a tri ad decemfida, involucellis a tribus ad quinque, ramis strictis divaricatis. *Murr. Linn. Syst. veg. p.* 276. *Jacqu. hort. Vind.* 3. *p.* 12.

Caucalis foliis duplicato pinnatis, pinnulis longe confluentibus. *Hall. stirp. helv. n.* 742.

Icon. Jacqu. l. c. t. 16.

Germ. *Schweizerisches Drehkraut.*

Gall. *Myrrhis de la Suisse.*

Hab. In Marggraviatu superiori circa Basileam et *Weil* in agris argillaceo-sabulosis inter stipulas frequens.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri et Octobri maturat. ☉ ♂

Maxime affinis præcedenti, a qua differt *Caule* humiliori, palmari, pedali, vix altiori, minus erecto. *Ramis* copiosioribus diffusis. *Foliis* minoribus, tenuius divisis, pinnis remotis, laciniis foliorum superiorum extimis maxime elongatis. *Umbellis* minoribus, subquinqueradiatis. *Petalis* albidis. *Seminibus* magis rotundato-ovatis, undique setulis hamosis asperis nigris, neglecto ordine obsessis.

Flores disci masculi steriles, ut in præcedenti specie.

Nota. Minime confundenda nec pro eadem habenda cum Caucalide leptophylla Linn.

404. TORILIS *Scandicina* involucro subnullo, seminibus oblongis, acutis, aculeis incurvis hispidis.

Scandix *Anthriscus* seminibus ovatis hispidis, corollis uniformibus, caule lævi. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 368. — *Pollich. fl. pal. n.* 297.

Caucalis *Scandicina* seminibus ovato-acuminatis, dorso aculeis brevibus sparsis. *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 312.

Caucalis vaginis lanuginosis, foliis triplicato-pinnatis, seminibus rostratis. *Hall. stirp. helv. n.* 743.

Chærophyllum ſylveſtre, ſeminibus brevibus hirſutis. *Mapp. fl. Alſ. p.* 66.

Icon. Curtis. fl. Lond. — *Jacqu. fl. Auſtr. t.* 154. — *Oeder. fl. Dan. t.* 863.

Germ. Kletten - Körſel.

Gall. Myrrhis cerſeville.

Hab. Ad urbes, pagos, ruderata, ſepes cis et trans Rhenum paſſim frequens: circa *Carlsruhe* in urbe ipſa, *bei dem Marſtall*; circa *Mannheim*, *Schwetzingen*, *Heidelberg*, *Argentinam* etc.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Julio et Auguſto maturat. ☉

Caulis erectus, palmaris, pedalis, cubitalis et altior, debilis, teres, ſubſtriatus, lævis, ramoſus. *Ramis* diffuſis. *Folia* alterna, multiplicato - pinnata: *pinnulis* pinnatis, lobulis ultimis ſimplicibus, lanceolatis, aut ſubdentatis, ſubtus villoſiusculis, rarius glabriusculis. *Vaginæ* denſius ciliatæ, margine albidæ. *Petioli* rariter piloſi. *Umbellæ* laterales, 2 - 3 ſæpius 4 - 5 radiatæ, pedunculatæ. *Involucrum* nullum vel monophyllum. *Involucellum* 4 - 5 phyllum, lanceolato-acuminatum, ciliatum. *Petala* ſubinæquália, inflexo-cordata, albida. *Flores* omnes hermaphroditi, fertiles. *Semina* ovato - acuminata, ſubteretia, undique aculeis incurvis ſcabris, cartilagineis hiſpida, maturitate tota nigra, aut nigro-fuſca.

Nota. Ducibus et Adanſonio et Gærtnero hanc et præcedentem a Caucalide ob ſemina aculeolis absque ordine poſitis hiſpidata, removi.

CXXVI. CAUCALIS.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 464.

Umbella univerſalis inæqualis, radiorum paucorum. *Partialis* æqualis, radiis copioſior. *Involucrum univerſale* ſubnullum, ſeu foliolis numero radiorum indiviſis, lanceolatis, margine membranaceis. *Corollæ* radiatæ, disci masculæ. *Semina* criſtis duplicatis aut aculeis ſimplicibus per ſeries longitudinales poſitis.

405. CAUCALIS *grandiflora* involucris pentaphyllis: foliolo unico duplo majore. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 346. — *Pollich. ſl. pal. n.* 270.

Caucalis *grandiflora* umbellis planis, petalis exterioribus maximis, involucris ſubpentaphyllis. *Lamarck. Encycl.* 656. *n.* 1.

Caucalis umbellis planis, petalis extremis et involucris maximis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 740.

Daucus *grandiflorus. Scop. ſl. Carn. ed.* 2. *n.* 308.

Caucalis arvenſis echinata, magno flore. *Bauh. pin. p.* 152. — *Tournef. inſt.* 323. *Mapp. ſl. Alſ. p.* 61.

Caucalis prima. *Tabernæmont. hiſt. p.* 290. *Icon.*

Icon. Jacqu. ſl. Auſtr. t. 54.

Germ. Groſsblumigte weiſſe Haftdolde.

Gall. Caucalis-grandiflore.

[a b. Paſſim in agris montoſis præſertim argillaceo - calcareis ſabuloſisque; in montoſis ad *Thurnberg*, in arvis prope *Grötzingen* et *Berghauſen*; in M. S. inter ſegetes, nec non in vineis et arvis cis et transrhenanis paſſim; prope Argentinam in agris ad *Oberhausbergen* in ſegetibus prope *Jllkirch* et *Oſswald* frequens; in Sponhemia ad agros montoſos abunde.

'*lor*. Julio, Auguſto. *Semina* Octobri maturat. ⊙

Radix tereti - fuſiformis, ſubfibroſa. *Caulis* almaris et altior, ſuberectus, teres, ſulcatoriatus, glaber, ramoſus. *Ramis* brachiatis, iffuſis. *Folia* inferne vaginantia, multiplicatoinnata, glabriuscula, vel ſubtus ſubhirsuta. *Imbellæ* terminales, 5 - 7 radiatæ, planæ. *Inolucrum* ſubpentaphyllum: *Foliolis* ovato-lanceolatis, acuminatis, inæqualibus. *Involucellum* imidiatum, 3 - 5 phyllum. *Corollæ* petalum xterius in floribus marginalibus maximum, pro-ınde bipartitum, obovatum, planum, niveum; *'lores* diſci exigui, ſæpe ſteriles. *Semina* ovata, ompreſſiuscula, ſulcato - ſtriata, magna, aculeis igidis, aliisque minoribus uncinatis obſeſſa.

ɩ06. Caucalis *daucoides* involucro univerſali nullo, umbella trifida, involucellis triphyllis. *Gerard. fl. Gallopr. p.* 236. *n.* 3.

Caucalis *daucoides* involucro univerſali longitudine umbellæ lanceolato. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 346. (excluſa deſcriptione.)

Caucalis *daucoides* ſeminibus ovato - oblongis; angulis dorſalibus quatuor diſtan-

tibus, foliis glabris, baſi coſtaque piloſis, involucellis dimidiatis, linearibus. *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 305. (excluſo *Linnæi* quod ad C. *platicarpos* pertinet nec non *Bauhini* et *Buxbaumii* Synonymo.)

Caucalis *leptophylla* foliis tripinnatis tenuiſſimis, umbellis ſubtrifidis aphyllis, umbellulis triphyllis triſpermis. *Lamarck. Encycl. p.* 657. *n.* 6.

Caucalis foliis triplicato-pinnatis involucris ligulatis, univerſali unifolio. *Hall. ſtirp. helv. n.* 739.

Caucalis dauci ...eſtris folio, echinato magno fructu. ...*gnol. monſp. app. p.* 292. — *Tournef.* ...*ſt.* 323.

Echinophora tertia leptophyllon purpurea. *Columm. ecphr.* 1. *p.* 96. *t.* 97.

Caucalis arvenſis echinata, parvo flore. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 308. *S.* 9. *t.* 14. *f.* 6.

Icon. Jacqu. fl. Auſtr. t. 157. vera!

Germ. Vogelneſtartige Haſtdolde.

Gall. Caucalis daucoide.

Hab. In ſegetibus et arvis paſſim non infrequens.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Auguſto, Septembri maturat. ☉

Caulis palmaris, vix pedalis, rectus, ſubangulatus, ſtriatus, ſuperne ſetulis raris præditus, ramoſus. *Rami* divaricati, patentes, ſetuloſo-hirſuti. *Folia* circumſcriptione fere triangularia, triplicato- vel duplicato-pinnata, pinnulis profunde et tenuiſſime ſectis, laciniis linearibus,

ifiantibus, cofta fetulis fparfis pellucidis obfeffa. *mbellæ* caulem ramosque terminantes. *Radii* epiffime terni, quandoque 4-5, patentes, ftriati, ıbæquales. *Involucrum* in plantis junioribus uandoque monophyllum, deciduum, longitu-ine fere radiorum. *Involucellum* fæpiffime tri-hyllum, foliolis lineari-lanceolatis, fetulofis, arvis, perfiftentibus. *Umbellulæ* fubternæ, bre-iter pedicellatæ. *Flores* parvi, intermedio uandoque fterili. *Petala* extus rubella, intus ilute carnea, demum albida, exteriora radia-a interioribus majora. *Fructus* ratione plantæ ıagni. *Semina* ovato-oblonga, fubfemicylin-rica, calyce coronata, dorfo quatuorcoftata, culeis remotiusculis, patentibus, pungentibus, ncinatis, glabris, albidis, armata.

Nota. Planta noftra a Reichardo, Murrayo, Linnæo filio aliisque multis botanicis, cum Caucalide umbella trifida, umbellulis trifpermis, involucris triphyllis Linn. Hort. Cliffort. p. 98. n. 3. confunditur, fub quo Synonymo Linnæus pater aliam certe fpeciem: Caucal. platycarpon fcilicet comprehendebat. Itaque C. platycarpos Linnæi patris ab auctoribus fupra nominatis fupprimebatur. Confer Linnæi Spec. plant. ed. 2. Holm. 1762. 1. p. 346. n. 2. C. daucoides. et C. platycarpos. n. 4.

Caucalidum fpecies optime inter omnes difpofuit Gerardus in Fl. Galloprov. p. 235-242.

Obf. C. platycarpon in regionibus noftratibus fruftra adhuc quæfivi; in itinere autem circa Monfpelium nec non in Hifpaniæ campeftribus legi. Differt à C. daucoide. Pedunculis longioribus, nudis. Involucro triphyllo, quandoque 5-7 phyllo, foliolis umbella brevioribus. Flosculis copiofioribus, albidis. Fructubus magis compreffis, latioribus.

407. CAUCALIS *leptophylla* involucro universali nullo, umbella bifida, involucellis pentaphyllis. *Gerard. fl. gallopr. p.* 236. n. 2. — *Linn. Syst. veg. p.* 276.

Caucalis *leptophylla* seminum aculeis triglochidibus uncinatis: pilis verticillatis hispidis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 347. (exclufo *Columnæ* synonymo.) *Pollich. fl. palat. n.* 272.

Caucalis *parviflora* involucro universali nullo, umbellis parvis bifidis et trifidis, fructubus teretibus undique hispidis. *Lamarck. Encyclop. p.* 656. *n.* 4.

Caucalis arvensis echinata parvo flore et fructu. *Bauh. pin. p.* 152. — *Tournef. inst.* 323. — *Mapp. fl. Alf. p.* 61.

Lappula canaria flore minore, five tenuifolia. *Joh. Bauh. hist.* 3. *p.* 20.

Icon. Jacqu. hort. Vind. vol. 2. *t.* 195. (fub C. *humili* et conf. ej. vol. 3. p. 2. ubi *leptophylla* audit.) *Schkuhr. bot. Handb. t.* 61.

Germ. Kleinblumigte Haftdolde.

Gall. Caucalis parviflore.

Hab. Paffim in agris cis et transrhenanis, nec non in vineis.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augufto, Septembri maturat. ⊙

Affinis C. *daucoidi*, a qua tamen differt: *Caule* demiffiore, cum foliis, petiolis, pedunculis confertius copiofiusque fetulofis. *Umbella* fæpiffime bifida, absque involucro. *Involucello* femper fere pentaphyllo. *Foliolis* linearibus

acutis.

acutis. *Corollis* minoribus. *Fructubus* multo minoribus, hispidis, aculeis confertioribus, subuncinatis vestitis.

408. CAUCALIS *latifolia* umbella universali trifida, partialibus pentaspermis; foliis pinnatis serratis. *Linn. Syst. veg. p.* 276. — *Pollich. fl. pal. n.* 271.

Tordylium *latifolium* umbellis confertis nudiusculis, foliis pinnatis, foliolis lanceolatis inciso-serratis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 345.

Caucalis involucris et involucellis pentaphyllis foliis pinnatis. *Gerard. fl. gallopr. p.* 237. *n.* 5.

Caucalis foliis asperis pinnatis, pinnis serratis, involucris ovato-lanceolatis. *Hall. stirp. helv. n.* 738.

Caucalis arvensis echinata latifolia. *Bauh. pin.* 153. — *Tournef. Inst.* 323. — *Moris. hist.* 3. *p.* 307. *Sect.* 9. *t.* 14.

Caucalis secunda. *Tabernæmont. p.* 290.

Echinophora major platiphyllos purpurea. *Column. ecphr.* 1. *p.* 97. *t.* 98.

Icon. Jacqu. hort. Vind. t. 128.

Germ. Breitblättrige Haftdolde.

Gall. Caucalis à feuilles larges.

Hab. Inter segetes cis et transrhenanas passim non infrequens; amat terram elevatam calcareo-argillaceam, sabulosamque; in collibus cultis prope *Grötzingen*, *Berghausen* et alibi; prope Argentinam in segetibus

circa *Ober-* et *Mittelhausbergen*; nec non prope *Barr* et in Alſatia ſuperiori.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Auguſto, Septembri matura. ⊙

Caulis pedalis, ſesquipedalis, erectus, angulatus, ſcaber, ramoſus. *Rami* pedunculique angulato-ſtriati, ſetuloſi, ſcabri. *Folia* vaginantia, pinnata. Pinnis lanceolatis, dentato-ſerratis, hirtis, latioribus, ſubæqualibus. *Involucrum* 2-3-5 phyllum: *Foliolis* lanceolatis, margine latè membranaceis, pellucidis. *Umbella* 2-3-5 radiata. *Radiis* longis, angulatis, firmis, aſperis, ſetuloſis. *Involucellum* ſubpentaphyllum: *Foliolis* anguſte lanceolatis margine latiſſime membranaceis, albidis, pellucidis, longitudine fere floſculorum. *Flores* radii hermaphroditi, fertiles, disci plerumque ſteriles, mares minores. *Corollæ* rubellæ, radiales interioribus majores. *Fructus* majusculi. *Semina* ovata, gibba, criſtis ſeptem muricata: tribus nempe craſſioribus, duplici plerumque aculeorum rigidorum ſerie armatis; reliquis quatuor anguſtioribus, ſimplici tantum ſpinarum ordine inſtructis, hiſpidis.

Variat. *Corollis* albis, ſed perraro.

CXXVII. DAUCUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 446.

Umbella univerſalis multiplex, florens plana, fructifera concavo-connivens. *Partialis* multiplex conſimilis. *Involucrum* polyphyllum: *Foliolis* linearibus pinnatifidis. *Flosculi* exteriores interioribus majores, fertiles, disci abortivi. *Semina* aculeis in criſtas longitudinales confluentibus muricata.

409. DAUCUS *Carota* ſeminibus hiſpidis, petiolis ſubtus nervoſis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 348. — *Pollich. fl. pal. n.* 273.

Daucus involucris cavis, communibus pinnatis, peculiaribus lineari - lanceolatis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 746.

Caucalis *Carota* ſeminibus ſubrotundis, angulis quatuor diſtantibus hiſpidis, petiolis ſubtus nervoſis. *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 304.

Daucus vulgaris. *Tourneſ. inſt. p.* 307. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 90.

Paſtinaca ſativa prima. *Tabernæm. p.* 192.

Icon. *Oeder fl. Dan. t.* 723. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 61.

Germ. *Wilde Möhre. Gelbe Rübe. Vogelneſt.*

Gall. *Carote ſauvage.*

Hab. Utrinque in arvis ſiccioribus, pratisque, ad vias, et ſepes frequens.

Flor. Julio, Auguſto. *Semina* Septembri et Octobri maturat. ♂

Planta pro diverſo ſolo natali elevato, arido, calcareo, argillaceo, arenoſo, demiſſiori, pratenſi, riguo, muriatico, ſeu marino, maxime variabilis, plus minusve hiſpida, quandoque piloſa, interdum glabriuſcula; facile diſtinguitur involucris involucellisque pinnatis, umbella longioribus, foliorum laciniis lineari - lanceolatis, acutis.

Flosculus centralis ſterilis, carnoſus, carmineus, ſeu rudimentum carnoſum rubrum, in individuis ſpontaneis, et cultis ſæpe conſpicuum eſt.

Nota. Specimina hujus majora, rudimento carnoso prædita, minime sunt confundenda cum Dauco mauritanico Linnæi, qui in Hispania Italia et Mauritania crescit.

Variat. Radicibus ex luteo albidis, luteis, et ex luteo-eroceis.

Pharm. DAUCI SYLVESTRIS *Semina.*

Planta culta seu sativa, radice majori succulenta dulci, exhibet pharmaciis et culinis Dauci sativi radices recentes, Folia et Semina.

— Radix aromatica, dulcis; nutrientes, leniter aperientes, resolventes, anthelminticas et diureticas virtutes habet. Succus radicis expressus, et ad mellis consistentiam inspissatus, infantibus contra vermes sæpe remedium efficax, nec minus acceptum est.

Rasura radicis ulceribus phagedænicis pedum inveteratis applicata, brevi tempore ulcerum odorem intolerabilem fœtidum tollit, dolores mitigat, et cæteris bene circumspectis sanationem sæpe producit.

Radices fermentatæ spiritum ardentem exhibent.

Planta junior recens pecoribus grata et innoxia.

Flosculi umbellæ centrales steriles coccineæ, colore tingunt amœne rubello; olim contra Epilepsiam maxime, præsertim a Trago, commendabantur. Semina Dauci sylvestris, seminibus D. sativi magis acria et aromatica sunt, et inter Semina calida minora sic dicta numerantur.

CXXVIII. BUNIUM.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 468.

Involucrum polyphyllum (aut nullum) *Involucellum* polyphyllum, setaceum. *Corolla universalis* uniformis. *Flosculi* omnes fertiles. *Semina* ovata, compressa, hinc convexa, inde plana.

410. BUNIUM *Bulbocastanum* involucro polyphyllo. *Linn. Syst. plant.* 1. *p.* 671. — *Pollich. fl. pal. n.* 274. — *Hall. stirp. helv. n.* 783.

Bunium *minus* foliis uniformibus, involucro polyphyllo, fructibus subcylindricis apice crassioribus, stylis reflexis deciduis. *Goüan. illustr. p.* 10. *n.* 2.

Bulbocastanum minus saxatile, peucedanifolio. *Tournef. inst. p.* 307.

Bulbocastanum minus. *Bauh. pin. p.* 162. — *Moris. hist.* 3. *p.* 274. *n.* 2. — *Mapp. fl. Als. p.* 45.

Bulbocastanum. *Tabernæmont. p.* 422. (*Ic. bona.*)

Nucula terrestris septendrionalium. *Lobel. hist. obs. p.* 429.

Icon. Curtis. fl. Lond. t. 273. — *Oeder. fl. Dan. t.* 220. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 62.

Germ. Erdnuss. Erdcastanien.

Gall. Terre noix bulbeuse.

Hab. In Sponhemia inter segetes; in agris et arvis montosis asperis, circa *Martinstein* et *Weyler* legi; passim in agris circa *Lautern*; inter *Bruchmühlbach*, dem *Rosenköpfchen* et *Zweybrücken* inter segetes; in arvis circa *Oppenheim*, *Maynz*, *Alzey* post *Pollichium* vidi. In agris montosis Alsatiæ prope *Béfort* teste *Mappo*.

Flor. Julio, Julio. *Semina* Augusto, Septembri maturat. ♃

Radix tuberosa, angulato-globosa, solida, fibrosa, extus fusca, intus alba. *Caulis* pedalis, sesquipedalis, ex tereti subangulatus, striatus, glaber, ramosus. *Ramis* erectis, nudiusculis. *Folia* subtriplicato-pinnata. *Foliolis* lanceolatis, integris, trifidisque, glabris, læte viridibus. *Involucrum* polyphyllum. *Foliolis* 5-9-11 inæqualibus, lineari-subulatis, apice subreflexis. *Umbellæ* caulem ramosque terminantes, 13-15-21 radiatæ. *Radii* filiformes, glabri. *Involucellum* polyphyllum. *Umbellulæ* multiradiatæ; pedicelli capillares.

Nota. Bunium majus foliis caulinis angustissimis, involucro universali nullo, fructibus ovatis acuminatis stylisque persistentibus. Gouan l. c. n. 1. quod in Gallia calidiore et in Hispania promiscue cum præcedente specie abunde crescit, in regionibus nostratibus rhenanis hucusque nondum vidi.

Pharm. BULBOCASTANI *Radix*.

Radix esculenta, dulcis, sapida; in Hibernia, Helvetia passim puerorum cibus est; in Scotia et Anglia etiam cum jure carnium apponitur.

Olim sanguinem spuentibus et mingentibus ob vim subadstringentem commendabatur.

Semina aromatica, olim aperitiva censebantur.

CXXIX. CONIUM.

Linn Gen. pl. ed. Schreb. n. 496.

Umbella multiradiata. *Involucrum* 3-5-7 phyllum, basi coalitum, reflexum. *Involucellum* dimidiatum, subtriphyllum, basi coalitum. *Corolla universalis* uniformis: *propria* petalis quinque, inflexo-cordatis, inæqualibus. *Fructus* sub-

rotundus, compressiusculus, undique sulcato-angulatus: angulis tuberculato-crenulatis. *Semina* duo hemisphærica hinc striata, subcrenulata, inde plana.

411. CONIUM *maculatum* seminibus striatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 349. — *Pollich. fl. pal.* *n.* 275.

Cicuta. *Hall. stirp. helv. n.* 766. — *Rivin. t.* 74. — *Tabernæmont. hist. p.* 1170. — *Dodon. purg. p.* 375. *pempt.* 461. — *Bauh. hist.* 3. *p.* 175. — *Blackw. herb. t.* 461. — *Störck. libell. de Cicuta.*

Cicuta terrestris major. *Trew. Comm. Lit. Noric.* 1740. *hebd.* 49.

Cicuta major. *Bauh. pin. p.* 160. — *Tournef. inst. p.* 306. — *Moris. hist.* 3. *p.* 290. *Sect.* 9. *t.* 6. — *Mapp. fl. Als. p.* 74.

Coriandrum *Cicuta officinalis* caule maculato fœtidum. *Crantz. stirp. Austr. p.* 211.

Coriandrum *maculatum* fructibus striatis, caule ramosissimo maculato glabro. *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 348.

Icon. Curtis. fl. Lond. — *Jacqu. fl. Austr. t.* 156. — *Regnault. bot.* — *Bulliard. herb. t.* 53. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 62.

Germ. Schierling. Erdschierling. Gefleckter Schierling. Tollkörfel. Wüterich.

Gall. Ciguë. Cicute. Ciguë majeur. La grande Ciguë.

Hab. Ad pagos, sepes, vias umbrosas, muros, ruderata, culta, aggeres, rudera ædificio-

rum antiqua, loca pinguia aprica et umbrosa, hinc inde in regionibus cis et transrhenanis nimis abunde. Circa *Carlsruhe* ad sepes prope *Gottsau* et alibi; prope *Durlach* in monte *Thurnberg*; ad rudera fere omnia arcium antiqua cis et transrhenana abunde; circa Argentinam *vor dem Spitalthor* ad vias, nec non ad margines viarum dumetosas, ruderata. In Principatu superiore in rupibus ex sabulo coagulatis ad *Mörsburg*, *Ueberlingen* et alibi passim frequens. In Sponheimia ad omnes fere pagos, ad pagum et arcem *Winterburg*, *Burgsponheim* nimia in abundantia, ad *Nauemburg*, *Dill*, *Birkenfeld* frequens.

Flor. Junio, Julio et Augusto. ***Semina*** maturat Septembri, Octobri, Novembri. ♂

Radix fusiformis, simplex, aut in crura divisa, alba, striis annularibus, approximatis, rugosa, fibris sparsa. *Caulis* 3-4-5 pedalis et altior, erectus, teres, geniculatus, glaber, fistulosus, ramosus, sæpe maculatus: *maculis* purpurascentibus aut fuscis, sparsis, hinc inde confluentibus. *Rami* alterni, axillares, erecti in ramulos plures divisi, foliati, teretes, glaberrimi. *Folia radicalia* præmagna, supradecomposita; *caulina* petiolata, alterna, minora, patentia, glabra, nitida, saturate viridia, lineata, subtus pallidiora, tripinnata: *Pinnis* oppositis. *Pinnulis* subpinnatifidis, inferioribus distinctis, inciso-serratis; superioribus confluentibus, subsimplicibus, inciso-serratis, oblongis, obtusiusculis. *Folia* ramea subsimilia, minora. *Petioli* subteretes, fistulosi, glabri, striati, supra depressiusculi, latere præprimis superiori, sæpius maculati, basi vaginati. *Vagina* sulcata, margine membranacea, albida. *Umbella* cau-

lem ramosque terminans, radiis plurimis 15-16-23 patentibus, striatis. *Umbellula* consimilis. *Involucrum* 3 sæpe 5 ad 7 phyllum. *Foliolis* basi coalitis, ovato-lanceolatis, acuminatis, inæqualibus, margine inferne membranaceis, albidis, glabris, reflexis. *Involucellum* dimidiatum, 3-4 phyllum, basi coalitum. *Foliolis*, seu laciniis, ovato-acutis, margine membranaceis, patentibus. *Flores* omnes hermaphroditi, fertiles. *Petala* inflexo-cordata, supra carinata, patentia, inæqualia, alba. *Antheræ* didymæ, albidæ. *Styli* duo, albi, patentes, filiformes. *Stigmata* subincrassata, obtusa. *Germen* inferum, subrotundum, compressiusculum, striatum. *Fructus* subrotundus ut sub genere descriptus. *Semina* matura fuscescentia, striato-crenulata.

Obs. Individua Hispanica et Neapolitana, ex semine in horto culta, minora individuis nostratibus Germanicis; Germanica autem multo minora Sibiricis. Hanc differentiam per plures annos in horto botanico Carlsruhano observavimus.

Pharm. CICUTÆ (*melius*) CONII *Herba.*

Odor totius plantæ peculiaris, nauseosus, gravis fœtidus, murinus. Sapor nauseosus, herbaceus.

Ad venena stupefacientia s. narcotica pertinet. Producit cardialgiam, anxietates, obnubilationes, oculorum tremorem, vertigines, singultus, stupores, aphonias, deliria, convulsiones, dementiam, cæcitatem, sopores, sudores frigidos. ipsamque mortem. Salus erit in emeticis, acidis mineralibus et vegetabilibus, aceto, Sero lactis acetato.

In manu Medicorum peritorum sæpius mira præstitit contra morbos difficilimos, Cancrum præcipue exulceratum, scirrhos, ulcera maligna, scrophulas, rheumatismum chronicum, scabiem, aliaque vitia cutanea varia, amaurosin, cataractam, surditatem, ut plura alia taceam sæpe cum summo successu adhibetur. Vid. Jll. Störck de Cicuta Libellum.

Ne confundant in culinis radicem cum Pastinaca vel Dauco.

Descriptionem fusiorem plantæ totius, præcipue in gratiam pharmacopœorum nostrorum dedi, ut ad præparationem Extracti Conii s. Cicutæ veram, non alias plantas e. gr. Chærophyllum temulum, sylvestre, bulbosum, Torilem s. Tordylium Anthriscus. L. ut sæpe fieri solet, adhibeant.

CXXX. SELINUM.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 470.

Umbella universalis multiplex, planopatens: *partialis* consimilis. *Involucrum* polyphyllum (aut subnullum) *Involucellum* polyphyllum. *Corolla* universalis uniformis. *Flosculi* omnes fertiles. *Fructus* compresso - planus, ovali-oblongus, utrinque in medio striatus seu sulcatus. *Semina* ovali - oblonga, lateribus membranaceis.

412. SELINUM *palustre* sublactescens radice unica. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 350. — *Pollich. fl. pal. n.* 276.

Selinum *palustre* caule lævi sublactescente, radice unica, foliis quadruplicato - pinnatis: pinnis linearibus. *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 353.

Selinum sublactescens, læve, foliis quadruplicato - pinnatis, linearibus. *Hall. stirp. helv. n.* 799.

Thysselinum palustre. *Tournef inst. p.* 317. *Mapp. fl. Als. p.* 303.

Seseli palustre lactescens acre, foliis feru-

Jaceis, flore albo femine lato. *Bauh. hift.* 3. *p.* 188.

Sefeli paluftre lactescens. *Bauh. prodr. p.* 85. *Icon.*

Icon. *Oeder. fl. Dan. t.* 257. — *Jacqu. fl. Auftr. t.* 152. (*fub. S. fylveftri.*)

Germ. Sumpffilge. Wilder Bertram. Sumpf-Olsnitzwurzel.

Gall. Selin lactescent. Perfil des marais.

Hab. Paffim ad vias humidas udas, ad foffarum margines, paludes inter alnos et falices, cis et trans Rhenum. Circa *Carlsruhe* prope *Scheibenhardt* non infrequens; circa *Schröck*, *Linckenheim*, *Graben*, et alibi. In Palatinatu transrhenano prope *Lautern* in paludibus circa piscinarum margines in dumetis udis inter alnos et falices cum Cicuta *virofa*; in pratis paludofis inter *Mifau* et *Hitfchenhaufen*; ad vias juxta alnos inter *dem Bicard* et *Hartenburg* tefte *Pollichio.* Circa Bafileam Michelfeldæ tefte *C. Bauhino.* In Principatu fuperiori, prope *Salem*, *Mörsburg*, *Ueberlingen*, *Petershaufen* et alibi in udis pratis et alnetis.

Flor. Julio, Augufto. *Semina* Septembri, Octobri maturat. ♃

Radix fubfufiformis, valida, plus minusve divifa, longa, extus fusco-flavicans, intus albida, lactescens. *Caulis* 2-3-4 pedalis, erectus, teres, fulcato-ftriatus, geniculatus, glaber, bafi et geniculis inferioribus purpurascens, ramofus. *Ramis* fubalternis, elongatis, fubdivifis. *Folia* ampla, pedalia, et majora, inferiora petiolata, fuperiora feffilia, quatripinnata. *Pinnis*

bitrifidis; linearibus, lanceolatis integris, laciniis terminalibus trifidis, glabris, viridibus, apice sæpe subrubellis. *Vaginæ* glabræ, striatæ, basi, apice et margine purpureæ. *Umbellæ* caulem ramosque terminantes, planiusculæ multiradiatæ. *Radii* 25-32, inæquales, striati, basi dilute rubelli. *Involucrum* polyphyllum. *Foliolis* octo ad duodecim, lanceolatis, margine membranaceis, albis reflexis; umbella brevioribus. *Umbellulæ* multiradiatæ. *Involucellum* polyphyllum. *Foliolis* 10-13 lanceolatis, elongatis, umbellulam superantibus. *Flosculi* hermaphroditi, fertiles. *Petala* albida, extus subrubella. *Semina* ex rotundo-oblonga, medio striata, margine subalata.

Plantæ rami præsertim superiores vulnerati, sublactescunt.

Pharm. THYSSELINI *Radix; Herba.*

Radix acris, aromatica, fervida, masticatorium Lapponum est, plerumque præmorsa. Linn. fl. Suec. p. 86.

Russi radice pro Zingibere utuntur. K. Swenska wetenska handl. 1747. n. 3.

413. SELINUM *sylvestre* radice fusiformi multiplici. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 350.

Selinum lactescens caule aspero, foliis triplicato-pinnatis, lobulis ovato-lanceolatis. *Hall. stirp. helv. n.* 800?

Thysselinum Plinii. *Lob. Icon.* 711.—*Mapp. fl. Alſ. p.* 303.

Apium sylvestre Dodonaei, Thysselinum quorundam, planta lacteo succo turgens, locis humidis proveniens. *Bauh. hist.* 3. *p.* 188.

Icon. *Oeder. fl. Dan. t.* 412.

Germ. *Wald-Eppich. Olsnitz-Wurzel.*

Gall. *Persil sauvage.*

Hab. In Alsatia inter *Masmünster* Abbatiam et *St. Germain* pagum e regione *Rothenburg*, juxta ripam stagni inter alnos et salices, ubi reperit *Joh. Bauhinus.*

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto, Septembri maturat. ♃.

Nota. Joh. Bauhini plantam non vidi, sed ita eam describit:

Duum triumque cubitorum caules, striati, anguloli, glabri, ramosi, inanes, ima parte ex fusco-rubentes, ex quorum geniculis rubentibus oriuntur pediculi dodrantales et cubitales, paululum ritu striati, angulosi, concavique, folia sustinentes Carotæ, glabra, valde incisa, atrovirentia, lacteum liquorem, si rumpantur reddentia, sapore ingrato, mixta cum amarore acrimonia. Umbellam gerit flosculorum Petroselini albidorum: Semen rotundum planum, Anethi simile. Dod. radices spargit complures, digiti minimi fere crassitudine, longitudine alias palmari alias dodrantali, candidas, eodem cum foliis sapore.

Ex his suspicor Joh. Bauhini plantam vix huc, sed magis ad præcedentem speciem pertinere.

Vires habet præcedentis.

414. SELINUM *Carvifolia* caule sulcato acutangulo, involucro universali caduco, pistillis fructus reflexis. *Linn. Spec. plant.* 1. *p.* 350. — *Pollich fl. pal. n.* 277.

Selinum foliis triplicato-pinnatis, pinnulis latiusculis simplicibus et trifidis. *Hall. stirp. helv. n.* 802. *tab.* 20.

Carvifolia *Bauh. hist.* 3. *p.* 171. — *Vaillant. bot. parif. t.* 5. *f.* 2. *p.* 191. — *Mapp. f. Alf. p.* 58.

Angelica tenuifolia. *Rivin. pent. irreg. t.* 18.

Icon. Jacq. fl. Austr. t. 16. — *Oeder. fl. Dan. t.* 667. — *Hoffm. fl. germ.* 1. *p.* 95.

Germ. Kümmelfilge.

Gall. Selin anguleux.

Hab. In pratis fylvisque humidis cis et transrhenanis paffim frequens, præfertim in Rheni vicinia. Circa *Dachsland*, *Schröck*, *Eckenftein*, *Knielingen*; circa Argentinam in omnibus fere pratis Rheno vicinis, nec ficciora tamen refpuit.

Flor. Julio, Augufto. *Semina* Septembri et Octobri maturat. ♃

Radix fubfufiformis, fuperne ramofa. *Ramis* teretibus, fimpliciusculis, fuscis. *Caulis* 2-3 pedalis et altior, erectus, glaber, fimpliciusculus, vel ramofus, fulcatus: *fulcis* longitudinalibus, ad ramos et verfus umbellam profundioribus: *angulis* fubmembranaceis, undulato-flexuofis. *Folia* alterna, triplicato-pinnata, erecta. *Pinnis* oppofitis, bi- five trifidis, lanceolato-acuminatis, læte viridibus, glabris, apice mucronatis, albidis. *Petioli* fulcati, ad bafin membranacei, ex brevi vagina orti. *Umbellæ* caulem ramosque fi adfunt terminantes, multiradiatæ, planiusculæ, denfæ. *Involucrum* monophyllum, aut polyphyllum, deciduum. *Involucellum* polyphyllum: *Foliolis* 10-12 gracilibus, fubulatis, patentibus, ætate fubreflexis, rubicundis. *Flosculi* omnes hermaphroditi. *Petala* inflexo-cordata, fubinæqualia, extremo majori, ante

explicationem dilute rubella, dein albida. *Fructus* ovalis, compressus, planiusculus, apice stylis reflexis coronatus. *Semina* striis in dorso ribus eminentibus notata, margine membranacea.

415. SELINUM *Chabræi* vaginis foliorum caulinorum planis flaccidis pendulis. *Linn. Syst. veg. p.* 279.

Peucedanum *Carvifolia* foliis pinnatis, foliolis linearibus multifidis, caulinis bifariam pinnatis longioribus. *Villars. fl. Delph.* 2. *p.* 630.

Selinum *Carvifolia Chabræi. Allion. fl. Pedemont.* 2. *p.* 9. (*excluso Vaillant. synonymo.*)

Carvifolia *Chabræi sciagr. p.* 389.

Icon. Jacqu. fl. Austr. 1. *t.* 72.

Germ. Chabræische Silge.

Gall. Selin de Chabræus.

Hab. In nemoribus humidis. Prope Argentinam *im Ostwinkel* legi cum *Jll. Hermanno* Ann. 1780. Prope Basileam circa *Münchenstein* ad Birsam legit *Jll. Lachenal.*

Flor. Julio. *Semina* maturat Augusto, Septembri. ♃.

Caulis erectus, 2-3 pedalis et altior, teres, striatus, glaber, ramosus. *Folia* infima longe petiolata, pinnata: *Foliolis* oppositis, pinnatis, quandoque profunde pinnatifidis, lineari-lanceolatis, acutis, basi circa costam decussatis; *caulina* bifarie pinnata, simpliciora, longiora. *Foliolis* subintegris, magis elongatis; summa

ſimpliciter pinnata. *Petioli* plani. membranacei, debiles, flaccidi, glabri. *Umbellae* caulem ramosque terminantes, ſubmultiradiatæ. *Radiis* 5 - 8 - 13, inæqualibus. *Involucrum* nullum, quandoque polyphyllum: *Foliolis* ſetaceis, evaneſcentibus. *Umbellulæ* multifloræ. *Involucellum* polyphyllum: *Foliolis* lineari - ſetaceis. *Flosculi* hermaphroditi, fertiles. *Petala* albida, extus quandoque pallide roſea. *Semina* ſubelongata, compreſſa, dorſo ſtriis tribus parum eminentibus prædita, margine membranacea, albida.

416. SELINUM *Lachenalii* vaginis foliorum amplis, foliis triplicato - pinnatis, lobulis ultimis lanceolato - linearibus acutis mucronatis, involucellis umbellulam vix adæquantibus.

Selinum vaginis foliorum amplis, foliis triplicato - pinnatis, lobulis ultimis linearibus, acutis, mucronatis. *De Lachenal.* *in Act. Helv. VII. p.* 332. *An.* 1765. *obſ. II. tab.* 12. excluſo *Linnæi* Synonymo.

Germ. Lachenaliſche Silge.

Gall. Selin de Mr. De Lachenal.

Hab. In Alſatiæ monte alto *Bloutberg* prope *Marienkirch* in paſcuis ad caſam paſtoriam abunde, teſte *Lachenalio.* In Marggraviatus ſuperioris monte quodam prope *Kandern* olim.

Flor. Auguſto, Septembri. *Semina* Septembri, Octobri matura. ♃

Radix craſſiuscula, ſubramoſa, obliqua, rugoſo - annulata, extus fuſca, intus albida,

aro-



Z. del. Selinum lachenalii pag. 640.

aromatica. *Caulis* solitarius, semipedalis, rarius fere pedalis, erectus, striatus, glaber, pallide virescens, simpliciusculus, quandoque ramo unico in medio circiter caule, eoque subaltiore, simplici, erecto, præditus. *Folia radicalia* numerosa, quinque ad septem, petiolata, basi vaginantia, duplicato et triplicato-pinnata, circumscriptione ovata, petiolis non comprehensis binas ad tres uncias longa, sesquiunciam ad binas uncias lata, læte viridia, glabra. *Vaginæ* latissimæ, membranaceæ, dilute purpureæ, venosæ, glabræ. *Petioli* lineares, angusti, virides, glabri, tres ad quatuor uncias longi, e patenti subflexuoso - erectiusculi. *Pinnulæ* semipinnatæ, trium parium, trifidæ, bifidæ, integræ, segmentis ultimis lineari - lanceolatis, mucrone albicante aristatis, binas ad tres lineas longis, dimidiam lineam vix latis. *Folia caulina* sæpe nulla, quandoque duo, tria, ampla vagina instructa, breviter petiolata, radicalibus similia, minora. *Umbella* caulem terminans, 5-6-8 radiata. *Radii* maxime inæquales, erecti, firmi, angulati, glabri, quatuor lineas ad sesquiunciam longi. *Umbellulæ* multiradiatæ, globosæ. *Pedicelli* tenues, 1-2-3 lineas longi. *Involucrum universale* nullum. *Partiale* 8-10-12 phyllum. *Foliolis* angustissimis longitudine pedicellorum. *Petala* exigua, æqualia, inflexo-cordata, extus dilute purpurascentia, intus ex viridi-albide-luteola. *Semina* ovato-subrotunda, marginibus late membranacea, alata, dorso profunde longitudinaliter tricostata, fusca, lineam fere longa et lata, stylis persistentibus, reflexis, coronata.

Obs. Lachenalius hanc plantam pro Seseli pyrenaico Linnæi habuit, quod autem jam habitu longe alieno, involucellis setaceis umbellula semper longioribus! ab ea discedit.

Selinum pyrenæum caule ſimplici, involucro univerſali nullo, umbellis ſexradiatis inæqualibus. Gouan. Jlluſtr. pl. p. 11. n. 2. tab. 5. quod poſt Jll. Gouanum in Pyrenæis legi, pro vero Seſeli Pyrenaico Linn. ob involucella ſetacea, ſtricta, umbellula longiora, declarandum eſſe, perſuaſum habeo, hinc Lachenalii plantam a Pyrenaica removi.

Deſcriptionem dedi ad Exemplar ſiccum ab Jll. Lachenalio communicatum.

Nota. Planta pyrenaica ex ſeminibus ibi lectis, in horto Carlsruhano culta, mutationi non ſuccubuit.

CXXXI. ATHAMANTA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 471.

Umbella univerſalis multiplex, patens. *Involucrum* et *Involucellum* polyphyllum, lineare. *Corolla univerſalis* uniformis. *Floſculi* omnes fertiles. *Petala* inflexo-emarginata, ſubæqualia. *Fructus* ovato-oblongus, ſtriatus. *Semina* ovata, hinc convexa, ſtriata, inde plana.

Nota. Libanotis. Semina oblonga, tomentoſo-hirſuta.

Cervaria. Semina ſemilenticularia valde compreſſa, non marginata, obſoletiſſime ſtriata, ſubpubescentia.

Oreoselinum. Semina ovato-orbicularia, complanata, ſtriata, margine membranacea.

17. ATHAMANTA *Libanotis* foliis bipinnatis, planis, umbellis hemisphæricis, seminibus hirsutis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 351.

Libanotis foliis triplicato-pinnatis, pinnulis primis decussatis, umbellis globosis. *Hall. stirp. helv. n.* 744.

Daucus montanus apii folio minor. *Bauh. prodr. p.* 77. *Icon.*

Apium petræum, sive montanum album. *Bauh. hist.* 3. *p.* 105. *Ic.*

Libanotis prima. *Tabernæmont. p.* 309. *Ic.*

Icon. Jacqu. fl. Austr. 4. *t.* 392. — *Oeder. fl. Dan. t.* 754. — *Relhan. fl. Cantabr. p.* 113.

Germ. Libanotische Hirschwurz. Hirschheilwurz.

Gall. Athamante Libanote. Turbit de montagne.

Hab. In Marggraviatu superiore ad montem *Crenzach* teste *Hallero* et *Joh. Bauhino*, qui eandem citat ad montem *Masmünster* supra *Sebenthal* pagum ultra stagnum magnum in Alsatia. In monte *Dornach* et *Muteto* legit nuperrime *Zeyherus*. In Principatus superioris montosis graminosis retro *dem Oeninger Fisch- und Pflanzen-Mergelschieferbruch*, nec non retro *Ueberlingen* versus *Stockach* cum Cytiso *nigricante* et Arbuto *Uva ursi* vidi. In summis montibus e Basalte constructis *im Hegäu* passim rarius.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri et Octobri maturat. ♃

Radix ſubconica, deſcendens, verſus caulem ſetis laceris nigris coronata. *Caulis* pedalis, ſesquipedalis, erectus, ſubflexuoſus, ſimpliciusculus, aut ramoſus, angulatus, ſulcato-ſtriatus, glabriusculus. *Folia* bipinnata. *Foliolis* cuneiformibus, inciſis, ſubconfluentibus. *Pinnulis* primis ſurſum et deorſum divergentibus, in crucem quaſi decuſſatis, poſterioribus longioribus, omnibus ſupra glabris, inferne pallidis, villoſiusculis. *Petioli* ſubcompreſſi, ſtriati, ad baſin vaginati, membranacei. *Umbellæ* caulem, ramosque interdum terminantes, hemiſphæricæ, denſæ. *Involucrum* polyphyllum: *Foliolis* ſubulatis, albide-caneſcentibus, radiis multo brevioribus. *Involucellum* polyphyllum, ſubulatum, longitudine umbellulæ. *Flosculi* hermaphroditi, fertiles. *Petala* inflexo-cordata, ſubæqualia, initio ex albido rubella, dein albida. *Semina* villoſo-hirſuta.

Radix aromatica, acris, alpicolis in uſu eſt. Hall. l. c. p. 326.

418. ATHAMANTA *cretenſis* foliolis linearibus planis hirſutis, petalis bipartitis, ſeminibus oblongis hirſutis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 352.

Athamanta foliis capillaribus, ſeminibus hirſutis. *Linn. hort. Cliff.* 93.

Libanotis foliis hirſutis triplicato-pinnatis, lobulis profundiſſime bipartitis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 745.

Liguſticum alpinum multifido, longoque folio. *Tourneſ. inſt.* 324. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 172.

Daucus alpinus multifido longoque folio. *Bauh. pin. p.* 150.

Daucus creticus femine hirfuto. *Bauh. hift.* 3. *p.* 56. *Icon.*

Icon. Jacqu. fl. Auftr. t. 62. — *Regnault. bot.*

Germ. Cretifche Hirfchwurz. Cretifcher Mohrenkümmel. Beerwurz.

Gall. Le Daucus de Candie. Carote des alpes. Carote fauvage.

Hab. In Alfatiæ monte *Wafferfall* in defcenfu verfus *Balftadt* ubi *Joh. Bauhinus* reperit. In montofis rupeftribus *auf der Ankenballenflur* retro *Raucheptingen*, circa *Delsberg* nuperrime legit *Zeyherus.*

Flor. Julio, Augufto. *Semina* Septembri et Octobri maturat. ♃

Caulis palmaris, fpithameus vix altior, erectus, teres, tenuiffime ftriatus, totus plus minusve lanuginofo-villofus, incanus, fimpliciusculus, fæpe ftatim a radice ramo uno alterove præditus. *Folia radicalia* lata bafi membranacea vaginanti, purpurea prædita, villofo-incana, triplicato-pinnata: *Pinnulis* oppofitis, petiolatis, profunde fubquinquefidis, trifidis, bifidisque, fegmentis linearibus, anguftis, obtufiusculis, villofo-incanis; *ramea* fimilia, minora. *Umbellæ* caulem ramosque terminantes. *Radii* 5-7-9, recti, firmi, ftriati, tomentofo-villofi, incani. *Involucrum* fubnullum, quandoque 2-3-5 phyllum: *Foliolis* fubfimplicibus, linearibus, anguftis, brevibus, tomentofis. *Umbellulæ* multiradiatæ: *Pedicelli* inæquales. *Involucellum* fubquinquephyllum: *Foliolis* 5-9, lineari-lanceolatis, concavis, villofis, longitudine pedicellorum. *Flosculi* in umbella primaria hermaphroditi, fertiles, in rameis, masculis intermixti,

steriles. *Semina* ovali-cylindrica, stylis coronata, dense villosa, incana.

Obs. Planta in summis alpinis semper tota villosissima, saepe argentea, in aliis demissioribus, subalpinis, minus villosa; in horto botanico culta, tota exceptis seminibus fere glabra evadit. Conf. Jacqu. l. c. p. 39.

Pharm. DAUCI CRETICI *Semen.*

Semina suaviter aromatica, acria, efficacia sane, hodie minus apud nos usitata, fere neglecta.

419. ATHAMANTA *Cervaria* foliolis pinnatis decussatis inciso-angulatis, seminibus nudis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 352. — *Pollich. fl. pal. n.* 278.

Selinum foliis duplicato-pinnatis, pinnulis semitrilobis, circumserratis. *Hall. stirp. helv. n.* 804.

Selinum *Cervaria. Scopol. Carn. ed.* 2. *n.* 331. — *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 354.

Oreoselinum apiifolio majus. *Tournef. inst. p.* 318. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 223.

Daucus montanus apiifolio major. *Bauh. pin. p.* 150.

Libanotis Theophrasti nigra tertia. *Tabernaemont. hist. p.* 313. *Icon.*

Icon. Jacqu. fl. Austr. t. 69.

Germ. Hirschwurzel. Grosse Bergpetersilie.

Gall. Grand persil des montagnes.

Hab. In pratis collibusque graminosis asperis passim. Circa *Carlsruhe* in pratis inter *Mühlburg* et *Dachsland*; in monte *Thurnberg* et vineis adjacentibus.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri et Octobri maturat. ♃

Radix teretiuscula, longa, crassa, intus alba, extus nigra, superne caulem versus setis eminentibus nigris coronata. *Caulis* 2-3-4 pedalis, erectus, firmus, sulcato-striatus, glaber, ramosus: *Ramis* brachiatis. *Folia radicalia* numerosa; *caulina* alterna, vaginantia, firma, glabra, bipinnata: *Foliolis* oppositis, subcuneiformibus, mucronatis, simplicibus, partim bitrifidis, argute dentato-serratis, mucronatis, inferne venoso-reticulatis. *Umbella* terminalis, magna, e plano convexiuscula, multiradiata. *Involucrum Involucellaque* polyphylla: *Foliolis* circiter 10-14 lanceolatis, reflexis. *Petala* inflexo-cordata, subæqualia, initio ex albo-rubella, dein alba. *Semina* semilenticularia, maxime compressa, dorso obsolete trisulcata, nudo oculo vix pubescentia.

Pharm. *Cervariæ nigræ Radix; Semen.*

Radix aromatica, acris, resinosa, virtutes medicatas irritantes omnino habet. In Stiria rustici contra febres intermittentes eam adhibent.

Semina in vino decocta urinam pellunt, in Stranguria valde efficacia, si a nimio potu cerevisiæ recentis contracta sit. Mapp. l. c.

420. Athamanta *Oreoselinum* foliolis divaricatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 352. — *Pollich. fl. pal. n.* 279.

Selinum foliis triplicato-pinnatis, angulis divisionum obtusis. *Hall. stirp. Helv. n.* 803.

Selinum *Oreoselinum. Scopol. Carn. ed.* 2. *n.* 330. — *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 356.

Oreoselinum apii folio minus. *Tourn. inst. p.* 318. — *Mapp. fl. Alsf. p.* 223.

Oreoselinum primum *Tabernæmont. p.* 276. *Icon.*

Apium montanum sive Oreoselinum veteribus. *Bauh. hist.* 3. *p.* 103.

Icon. Jacqu. fl. Austr. t. 68. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 64.

Germ. Grundheil. Vielgut. Kleine Bergpetersilie.

Gall. Petit persil de montagne.

Hab. Utrinque in siccioribus sabulosis asperis passim abunde. Circa *Carlsruhe auf dem Damm des Landgrabens* versus *Mühlburg* abunde, nec non inter *Mühlburg* et *Dachsland*, ut alibi passim frequens.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri et Octobri maturat. ♃

Radix fusiformi teretiuscula, annosior ramosa, fibrosa, extus e luteo-fusca, intus albida, lactescens, superne setis nigricantibus fuscisque coronata. *Caulis* 2-3 pedalis, erectus, teres, striatus, glaber, e viridi-rubellus, superne ramosus. *Folia* alterna, vaginantia, varia, triplicato-pinnata, diffusa, ad genicula sursum ac retrorsum flexa, quasi infracta, quandoque distorta. *Pinnulæ* variæ, latiores et angustiores, integriusculæ, semitrilobæ, aut tantum apice trifidæ, lanceolatæ, glabræ, virides, sæpe fusco-rubello mixtæ. *Vaginæ* foliorum sæpe rubello-purpureæ. *Umbellæ* caulem ramosque terminantes, convexo-planiusculæ, multiradiatæ. *Involucrum* et *Involucellum* polyphyllum. *Foliolis* lanceolatis, integriusculis, reflexis. *Umbellulæ*

multiradiatæ, convexiusculæ. *Flosculi* hermaphroditi, fertiles. *Petala* ſubæqualia, alba, extus initio dilute rubella. *Semina* ovato-orbicularia, complanata, dorſo ſtriata, margine membranacea, fusco-rubella.

Pharm. Oreoselini *Herba*; *Radix*; *Semina*.

Tota planta, cumprimis Radix lacteſcens et Semina aromatica, acria, incidentia, reſolventia, diuretica, ſudorifera, antiputredinoſa; a medicis noſtratibus nimis neglecta, olim uſitatiſſima; in arte veterinaria præſtans planta. Conf. Schmiedel et Trœlitſch. Diſſ. de Oreoſelino. Erlang. 1751. — Tabernæmont. l. c. — Gottſched. fl. Pruſſ. p. 18.

CXXXII. PEUCEDANUM.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 472.

Umbella multiradiata. *Involucrum univerſale* polyphyllum, lineare, parvum, reflexum, quandoque ſubnullum. *Involucrum partiale* polyphyllum, minus. *Corolla univerſalis* uniformis. *Flosculi* diſci abortivi. *Propria* luteola, petalis æqualibus, oblongis, incurvis. *Fructus* ellipticus, ala cinctus, compreſſus, ſubſtriatus. *Semina* duo, compreſſa, hinc ſubconvexa, triſtriata, margine membrana lata cincta, apice emarginata.

421. Peucedanum *officinale* foliis quinquies tripartitis, filiformibus linearibus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 353. — *Pollich. fl. pal. n.* 280.

Selinum *Peucedanum*. *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 356.

Peucedanum *germanicum*. *Bauh. pin.* 149. *Mapp. fl. Alf. p.* 238.

Peucedanum majus brevioribus foliis germanicum. *Morif. hift.* 3. *p.* 312. *Sect.* 9. *t.* 15.

Peucedanum primum. *Tabernæmont. hift. p.* 163. *Icon.*

Icon. Regnault. bot. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 63.

Germ. Haarftrang. Saufenchel. Schwefelwurz.

Gall. Peucedan officinal. Fenouil de porc.

Hab. In pratis præfertim Rheno vicinis hinc inde frequens. In pratis retro *Knielingen* Rhenum verfus abunde, inter *Eckenftein* et *Schröck*. In Palatinatu in pratis ficcis inter *Franckenthal*, *Lambsheim*, *Oggersheim* et *dem Holzhof* abunde; in pratis Rheno vicinis copiofe tefte *Pollichio*. Prope Argentinam in pratis verfus *Ofswald* juxta *der Ill* copiofe, et *in der Wanzenau.*

Flor. Julio, Augufto. *Semina* matura Septembri, Octobri. ♃

Radix cylindrica, prælonga, craffa, extus fusco-nigricans, intus ex luteo albida, lactescens. *Caulis* 2-3-4 pedalis, erectus, teres, fubftriatus, glaber, geniculatus, craffiusculus, dilute viridis, ramofus. *Folia radicalia* copiofa, prægnagna; *caulina* fimilia, quinquies tripartita. *Foliolis* linearibus, anguftis, integerrimis, mucronulatis, glabris, dilute ex luteo viridibus, prælongis, 2-4 uncialibus, flaccidis *Umbellæ* caulem ramosque terminantes: *primaria* fpeciofa, multiradiata. *Radiis* exterioribus interio-

ous multo longioribus. *Involucrum* subpolyhyllum, quandoque nullum, aut 1-2-3- phyllum. *Foliolis* angustis, reflexis. *Umbellulae* multiradiatae, e plano-convexae. *Involucellum* polyphyllum, minus. *Flosculi* parvi, flavi. *Petala* apicibus denticulis 2-3 instructa. *Semina* ovato-oblonga, compressa, dorso tristriata, apice emarginata, margine late membranacea.

Pharm. PEUCEDANI *Radix.*

Radix recens maxime fragrans, fœtida, acris, ida, amara, incidens, valde resolvens, a veteribus tata, hodie nimis sane neglecta.

In arte veterinaria ad mucum tenacem incidendum, resolvendum præstans.

Decoctum pellit pediculos hominis et aliorum animalium; saturatius externe in scabie ovina (Schafute) egregium.

Succus radicis siccatus ad sulphuris similitudinem cedit; hinc germanis Schwefelwurz audit.

22. PEUCEDANUM *Silaus* foliolis pinnatifidis: laciniis oppositis, involucro universali diphyllo. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 354. — *Pollich. fl. pal. n.* 281.

Peucedanum foliis triplicato-pinnatis, pinnulis nervo distinctis, lanceolatis, imparibus trilobatis. *Hall. stirp. helv. n.* 797.

Sium Silaus. *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 340.

Ligusticum *Silaus* foliis tripinnatis, foliolis oppositis, lineari-lanceolatis, extremis confluentibus, involucro subdiphyllo. *Lamarck. Encyclop. p.* 577. *n.* 5.

Angelica pratensis apii folio. *Tournef. inst.* 313. — *Mapp. fl. Als. p.* 24.

Seseli pratense. *Rauh. pin. p.* 162. — *Riuin. pent. irreg. t.* 57.

Hippomarathrum primum. *Tabernamont. hist. p.* 160. *Icon.*

Icon. Jacqu. fl. Austr. t. 15.

Germ. *Silau. Haarstrang. Rossfenchel.*

Gall. *Peucedan des prés.*

Hab. Utrinque passim in pratis humidiusculis et transrhenanis abunde, nec prata sicciora montosa respuit. Circa *Calsruhe*, *Mannheim*, *Heidelberg*, *Mörsburg*, *Argentinam* et alibi frequens.

Flor. Junio, Julio, Augusto. *Semina* Septembri, Octobri maturat. ♃

Radix cylindrica, crassiuscula, fibrosa, extus fusco-lutea, intus albida. *Caulis* 2-3 pedalis et altior, erectus, striato-sulcatus, geniculatus, glaber, ramosus. *Ramis* divisis, subdichotomis. *Folia* ampla, præsertim inferiora triplicato-pinnata: *Foliolis* lanceolatis, carinatis, integris, exterioribus tribus confluentibus, mucronatis, glabris. *Vaginæ* foliorum membranaceæ, striatæ, glabræ. *Umbellæ* caulem ramosque terminantes, multiradiatæ. *Radiis* inæqualibus, circiter 7 ad 10. *Involucrum* sub nullum, interdum 1-2 phyllum. *Involucellum* polyphyllum: *Foliolis* 7-8-10, lanceolatis angustis, umbellula multiradiata brevioribus apice sæpe purpurascentibus. *Corollæ* pallide flavæ. *Antheræ* sulphureæ. *Semina* ovata, utrinque subcomplanata, hinc quinque-sulcata.

Semina acria, aromatica, in medicina hodie exoleta.

Planta pecoribus non accepta.

3. PEUCEDANUM *alsaticum* foliolis pinnatifidis, lacinulis trifidis obtusiusculis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 354. — *Pollich. fl. pal. n.* 282. — *Necker. Act. palat. T. II. p.* 470. *tab.* 3. *f.* 11.

Selinum *Alsaticum* foliis bipinnatis incisis, caule flexuoso-divaricato altissimo. *Villars. fl. Delph.* 2. *p.* 634.

Selinum foliis quadruplicato-pinnatis, nervis canaliculatis. *Hall. stirp. helv. n.* 798.

Oreoselinum pratense cicutæ folio. *Tourn. inst. p.* 318. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 224.

Daucus alsaticus. *Bauh. prodr.* 77. — *Moris. hist.* 3. *p.* 317. *n.* 5.

Umbellifera alsatica magna, umbella parva sublutea. *Bauh. hist* 3. *p.* 106.

on. Jacqu. fl. Austr. t. 70.

rm. Grosser Elsässischer Haarstrang.

ll. Peucedan Alsatique.

b. Retro *Durlach* et *Grötzingen* in vinearum collibus asperis, lapidosis, calcareis rarius. In Marggraviatu superiore prope *Weil* et alibi hinc inde in vineis, locisque elevatis asperis. In Alsatia circa *Mülhusiam* nuperrime copiose observavit *Zeyherus*; in pratis prope *Ehrstein*, inter *Ruffach* et *Colmar*, inter *Colmar* et *Sulz*, teste *Joh. Bauhino*; in dumetis asperis inter *Selestadt* et *Argentinam* ipse vidi. In Palatinatu circa *Oppenheim* in monte cui arx inædificata, abunde post *Hallerum* et *Pollichium* vidi. Inter *Freinsheim*, *Heuchelheim* et *Klein-Niedesheim* passim ad vias; in vinearum collibus lapidosis circa *Dürckheim*;

inter *Bingen* et *Mains* in dumetis. *Pollichio.*

Flor. Julio, Augusto, Septembri. Se Octobri maturat. ♃

Radix cylindrica, simpliciuscula aut ra extus fusco-nigra, intus albida. *Caulis* 3 pedalis et altior, erectus, superne quas subflexuosus, obsolete angulato-sulcatus, gl ramosus. *Ramis* alternis, patenti-erectius plus minusve divisis. *Folia radicalia* an multiplicato-pinnata; *caulina* inferiora t nata; *superiora* rameave sensim minora, t bipinnata. *Foliolis* bi-tri-quadrifidisque, ceolato-oblongis, planis, acutis, terminal trilobo, obtusiusculo, laete ex luteo-viri glabris. *Umbellae* caulem ramosque termin respectu caulis parvae, planiusculae, radiatae. *Radiis* inaequalibus, glabris. *lucrum Involucellumque* polyphyllum, phyllum. *Foliolis* linearibus, angustis, p brevibus. *Umbellulae* multiradiatae. *Fl* parvi, pallide lutescentes, fertiles. *Se* ovata, obtusa, glabra, margine membran dorso striis 4-5, notata, nigricanti-fusca

Obs. Individua Hispanica in Catalonia, nec i Gallia meridionali lecta, differunt a planta n alsatica. Caulibus saepe magis flexuosis. R porro multo copiosioribus, in ramulos semp oppositos umbelliferos pedunculos umbe mentientes, nudos divisis. Umbellis mul piosioribus et minoribus.

Radix acris aromatica.

CXXXIII. LASERPITIUM.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 476.

Umbella magna, multiradiata. *Involucra* -aque polyphylla, parva. *Corolla* univerfalis iformis: *Flosculi* omnes fertiles. *Petala* in-xo emarginata, fubaequalia. *Fructus* oblon-s, membranis octo longitudinalibus, angulato-tus, bipartibilis. *Semina* duo oblonga, femi-lindracea, hinc plana, inde margine et dorfo embranis quatuor inftructa.

24. LASERPITIUM *latifolium* foliolis oblique fubcordato - ovatis denticulatis, glabris.

Laferpitium foliolis cordatis incifo - ferratis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 356. — *Pollich. fl. pal. n.* 283. — *Hall. ftirp. helv. n.* 792.

Laferpitium *latifolium* foliolis oblique cordatis crenatis, crenis mucronatis, umbella alba. *Lamarck. Encycl. bot. p.* 423. *n* 1.

Laferpitium foliis latioribus femine crifpo et verrucofo. *Morif. hift.* 3. *p.* 320. *Sect.* 9. *t.* 19. *f.* 1. (*mala*).

Laferpitium foliis latioribus lobatis. *Morif. umb.* 29. — *Mapp. fl. Alf. p.* 164.

Libanotis Theophrafti quorundam, five Sefeli æthiopicum Mathiolo, Cervaria alba. *Bauh. hift.* 3. *p.* 164. (*Icon. peffima.*)

Libanotis Theophrafti alba major, fecunda. *Tabernæmont. hift. p.* 312. *Icon.*

Icon. *Jacqu. fl. Austr. t.* 146. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 67.

Germ. *Grosses Laserkraut. Weisse Hirschwurz. Weisser Enzian.*

Gall. *Laser a fevilles larges.*

Hab. In montosis altioribus nemorosis lapidosis siccioribus, pratisque adjacentibus montosis. *Auf dem Tobel* et in montosis *auf dem Kaltenbrunn* et *Herrnwiese*. In Alsatia montosis retro *Markirch*; inter *Schönburg* et *Schirmeck*; in monte *Muteto*, *Dorneck* et *Wasserfall* nuperrime legit *Zeyher*. In Palatinatu transrhenano in montibus altis sylvosis lapidosis circa *Steinbach*, ibidem in monte *Platten* et *Reisberg*, abunde post *Pollichium* vidi.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri et Octobri maturat. ♃

Radix cylindrica, crassa, multiceps sesquipedalis et major, extus fusco - cinerascens, intus alba, sublactescens, versus caulem setis piliformibus, breviusculis coronata. *Caulis* 2-3 pedalis et altior, erectus, crassiusculus, teres, sulcatus, glaber. *Folia* vaginata, ampla, inferiora duplicato - pinnata; *caulina* pinnata, omnia utrinque glabra, læte viridia. *Foliolis* 2-3 uncialibus, oblique cordato - ovatis, margine versus apicem præsertim dentato - crenulatis: *dentibus* remotiusculis, mucrone glabro terminatis. *Umbella* terminalis, ampla, e convexo-planiuscula, multiradiata. *Radiis* 37 - 40 - 48 inæqualibus, binas ad quatuor uncias longis. *Involucrum* polyphyllum. *Foliolis* 8 - 10 latioribus, lanceolatis, reflexis. *Involucella* 5 - 7 phylla: *foliolis* angustioribus, minoribus, reflexis.

exis. *Corollarum petala* albida aut ex albido lute carnea. *Semina* quatuor alis longitudinalibus exstantibus, membranaceis pellucidis, bidis, undulato-crispatis, quandoque planis structa.

harm. GENTIANÆ ALBÆ *Radix.*

Radix sublactescens, fragrans, aromatica, ama-, incidentes, tonicas virtutes efficacissime exercet; odie apud medicos nostrates fere oblivioni relicta, ane neglecta; in arte veterinaria, in jumentorum orbis variis, maxime commendanda.

25. LASERPITIUM *Cervaria* foliolis oblique cordatis, argute serratis, hispidis, scabris.

Laserpitium *latifolium var. c.* foliolis oblique cordatis hispidis. *Villars. fl. Delph.* 2. *p.* 622.

Laserpitium scabrum petiolis et foliolis subtus hirsutis. *Crantz. austr.? ex Gouan. Jllustr. p.* 13.

Libanotis Theophrasti major. *Lobel. stirp. obs. p.* 402. — *Lob. Icon.* 704. (quoad foliorum divisionem, foliolorumque figuram et serraturas optime respondet.)

Libanotis Theophrasti alba prima. *Tabernæmont. p.* 312. *Icon?*

Germ. Rauchblättrigte weisse Hirschwurz.

Gall. Laser a feuilles âpre.

Hab. In iisdem cum præcedente regionibus, præsertim in pratis montosis, sylvaticis asperis, apricis, cum eadem et *Flores* et *Fructus* absolvit. ♃

A præcedente ſub qua ſine dubio hucusque militabat, ſpecie certo diverſa. Diſtinguitur *Caule* ſemper demiſſiore, pedali, ſesquipedali, vix bipedali. *Foliis* inferioribus duplo-triplove minoribus, inferne et in margine hiſpidis, ſcabris, ex glauco-cinereis, ſuperne ſaturatiſſime viridibus, ſcabriusculis. *Petiolis* coſtisque hirſutis. *Foliorum foliolis* minoribus, oblique cordatis, acutioribus, unciam ad quindecim lineas longis, ſemiunciam ad novem lineas latis, margine exacte et argute ſerratis, ſerrulis (non remotis) ſed approximatis. *Umbellis* minoribus: *Radiis* paucioribus 27-31. ſesquiunciam ad binas uncias longis, ſcabriusculis. *Flosculis* ſubminoribus, etiam albis, initio quandoque dilute rubellis. *Seminibus* ſublongioribus, alis ſemper duplo fere anguſtioribus, membranaceis, ſubundulatis, quandoque planis.

Obſ. Planta ex ſeminibus in horto botanico Carlsruhano cum L. latifolio culta, conſtantiſſima permanſit.

Primo aſpectu facile pro Athamanta Cervaria habenda, itaque ejus nomen ſpecificum inde deſumpſi.

Etiam in Pyrenæorum pratis ſubalpinis hinc inde copioſiſſimam vidi.

CXXXIV. HERACLEUM.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 477.

Umbella multiradiata, magna. *Involucrum* nullum aut polyphyllum caducum. *Involucellum* dimidiatum. *Corolla* univerſalis difformis. *Flosculi radii* petalis exterioribus majoribus, *disci* ſubæquales, omnes plerumque fertiles. *Fructus* ellipticus, compreſſus, emarginatus,

i medio utrinque striatus, marginatus. *Semina* uo ovata, compresso-foliacea.

26. Heracleum *Sphondylium* foliolis pinnatifidis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 358. *Pollich. fl. pal. n.* 284.

Sphondylium foliis hirsutis pinnatis pinnis quinquelobis. *Hall. stirp. helv. n.* 809.

Sphondylium vulgare hirsutum. *Bauh. pin.* 157. — *Moris. hist.* 3. *p.* 313. *Sect.* 9. *tab.* 16. *fig.* 1. — *Tournef. inst. p.* 320. — *Mapp. fl. Als. p.* 295.

Sphondylium primum. *Tabernæmont. hist. p.* 280. *Icon.*

β. Heracleum *elegans* foliis pinnatis, foliolis pinnatifidis, laciniis denticulato-serratis, acutis, angustioribus, brevibus, hispidis.

Heracleum *elegans.* Jacqu. *fl. Austr. vol.* 2. *p.* 46. *t.* 175.

Sphondylium vulgare foliis acute incisis. *Barrel. Icon.* 56. (*bona.*)

γ. Heracleum *angustifolium* foliis pinnatis, foliolis pinnatifidis, laciniis denticulato-serratis, angustis longis, dorso ad venas hispidis.

Heracleum *angustifolium.* Jacqu. *fl. Austr. vol.* 2. *p.* 46. *tab.* 173.

Heracleum *angustifolium. Hudson. fl. Angl. p.* 117. sub variatione *H. Sphondylii.*

Sphondylium hirsutum foliis angustioribus. *Moris. hist.* 3. *p.* 313. *n.* 5.

Icon. a. *Regnault. bot.* — *Blackw. herb. t.* 5*. *Schkuhr. bot. Handb. t.* 67. — *var.* β. et γ. *Jacqu. fl. Auftr. l. c.*

Germ. *Unächte Bärenklaue.* *Bärenwurz.*

Gall. *Berce branc urfine.*

Hab. Utrinque in pratis, aggeribus, fepibus, pomariis. β et γ in pratis præfertim montofis fylvaticis, aliisque hinc inde non infrequens; in pratis *im Bühlerthal*, *im Oppenauerthal*, *auf der Herrnwiefe*, *Plättig*, *auf dem Kaltenbrunn*; in Marggraviatu fuperiore, prope *Schweighof* et *Sirnitz* nec non in Alfatiæ montofis prope *Barr*, *Markirch* et alibi.

Flor. Junio, Julio, Augufto. *Semina* Septembri, Octobri maturat. ♂

Radix cylindrica, craffa, ramofa, extus fusco-flavicans, intus albida. *Caulis* 3-4 pedalis et altior, erectus, teres, fulcatus, fiftulofus, articulatus, fcaber, hirtus, ramofus. *Folia* ampla, vaginantia, hirta, undique fcabra, pinnata: *pinnis* pinnatifidis, lobatis, ferratis, impari majore tripartita. *Vaginæ* amplæ, ventricofæ, ftriato-fulcatæ, hifpidæ. *Umbellæ* caulem ramosque terminantes, magnæ, planiufculæ, multiradiatæ. *Flosculi* albidi, quandoque ex albo-dilute rubelli. *Petala* flosculorum radii exteriora majora, bipartita.

Nota. Planta pro diverfo folo natali montofo, fubalpino, alpino, ficco, humido, riguo, aprico et umbrofo, maxime polymorpha; innumeras fere variationes præfertim in Pyrenæis patitur.

Obf. Folia pinnata foliolis pinnatifidis, in montofis, alpinis nec non in demiffioribus, facile anomalias producunt; fic in Heracleo Sphondylio folia

pinnata, non raro in pinnatifida, pinnatifida in lobata; lobata in inciso-dentata seu serrata subeunt.

Pharm. BRANCÆ URSINÆ (perperam) *Radix; Herba.*

Radix et herba acris, amariuscula, dulcedine ixta, incidens, resolvens, hodie fere in medicina xoleta. Succus prodest ad ambusta. Radix decocta nponebatur ad emolliendos tumores præsertim hepas et lienis, et cumprimis contra podagricos nodos, oloresque, imo tumores scirrhosos.

Herba dicto nomine in pharmacopoliis occurrit, cet ab Acantho desumi deberet. Linn. fl. Suec. . 88.

Caules petiolosque decorticatos commedunt Kamhadalenses ex eisque saccharum spiritumque parant. imelin. fl. Sibir. 1. p. 214. sq.

Ex radicibus Lithuani cibum parant quem Barscz ocant.

Folia juniora cuniculis grata. Raj.

Planta in pratis diminuenda, probe eradicanda, raminibus noxia, a pecoribus non amata.

27. HERACLEUM *alpinum* foliis cordatis, subpalmato-lobatis: lobis subquinquefidis, dentatis, incumbentibus, glabriusculis, umbellis mediocribus, floribus radiatis.

Heracleum alpinum, foliis simplicibus, floribus radiatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 359. — *Villars. fl. Delph.* 2. *p.* 638. *n.* 2.

Sphondylium foliis subrotundis, glabris, obtuse semitrilobis. *Hall. stirp. helv. n.* 810.

Sphondylium alpinum glabrum. *Bauh. pin.* 167. *prodr.* 83. *Icon.* — *Tabernæmont. hist. p.* 281. *Icon.* — *Tournef. inst.* 320. *Mapp. fl. Alf. p.* 295.

Germ. *Alpenbärenklaue.*

Gall. *Berce branc ursine des alpes.*

Hab. In monte *Wasserfall* teste *Casp. Bauhino* ubi adhuc nuperrime abundantem vidit *Zeyherus*, nec non in monte *Vogelberg* prope *Oberbürten*; *auf Kallen* prope *Raucheptingen* frequens. In Alsatia in pratis alpinis *oberhalb dem schwarzen See* versus *Lotharingen* teste *Mappo*.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri et Octobri maturat. ♃

A præcedenti facile distinguitur. *Caule* semper demissiori sesquipedali, bipedali. *Foliis* simplicibus, cordatis, lobatis: *lobis* 3-5-7, dentatis, glabriusculis, incumbentibus. *Umbellis* minoribus.

Obs. Specimina in alpibus helveticis et in Hispaniæ Pyrenæis lecta, nostratibus similia, sed foliis utrinque magis manifeste hispidis instructa sunt. Individua ex seminibus in horto Carlsruhano culta, vix hispida, magis glabra, nostratibus similia evaserunt.

Nota. Linnæus tantum unicam speciem et quidem hanc, foliis simplicibus indicat, sed adhuc alia nuper in Pyrenæis reperta innotuit: H. pyrenaicum foliis simplicibus, cordatis, palmatis, lobis subtrifidis dentatis, subtus tomentosis niveis, umbellis amplissimis, floribus radiatis.

Hanc novam omnium pulcherrimam, speciosissimam, in pyrenæorum pratis prope Mont-Lovis, nec non in pratis ad vallem Eynes mense Augusto florentem, et hinc seminibus maturis præditam, vidi. In horto Carlsruhano ex seminibus culta, constantissima permansit.

CXXXV. LIGUSTICUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 478.

Umbella multiradiata. *Involucrum* subocto-hyllum. *Involucellum* subtetraphyllum, mem-ranaceum. *Corolla universalis* uniformis: *losculi* omnes fertiles. *Fructus* oblongus, an-ulatus, quinquesulcatus, bipartibilis. *Semina* blonga, glabra, hinc striis quinque elevatis, otata, inde plana.

28. Ligusticum *Levisticum* foliis multiplicibus, foliolis superne incisis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 359. — *Villars. fl. Delph.* 2, *p.* 608.

Angelica *paludapifolia* foliis bipinnatis, foliolis glabris lucidis basi cuneiformibus; versus apicem incisis subserratis. *Lamarck. Encyclop. p.* 173. *n.* 8.

Angelica Levisticum. *Allion. fl. pedem.* 2. *p.* 10.

Angelica montana perennis paludapii folio. *Tournef. inst. p.* 313.

Levisticum vulgare. *Moris. hist.* 3. *p.* 275. *Sect.* 9. *tab.* 3. *fig.* 1. — *Bauh. pin.* 157.

Ligusticum adulterinum. *Tabernæmont. p.* 206. *Icon.*

con. Blackw. herb. t. 275. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 68.

erm. Liebstöckel. Labestock. Badekraut.

all. Ache de montagnes.

Hab. In montosis Italiæ, Galliæ. Colitur in hortis præsertim rusticorum, nec non hinc inde in vineis quasi spontanea.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ♃

Radix fusiformis, subramosa, fibrosa, crassa, extus ferruginea, intus albida, centro medullari lutescente, ovato, ampliore, instructa. *Caules* e radice plures 4 - 5 - 7 pedales, erecti, teretes, crassiusculi, striati, glabri, superne subramosi. *Folia* petiolata, alterna, duplicato - ternata: *Foliolis* cuneiformibus, venosis, trilobis, superne incisis, lucidis. *Petioli* basi vaginati, striati, glabri; *Vagina* amplexicauli, concava, striata, glabra. *Umbellæ* caulem ramosque terminantes, convexæ, mediocres, sub 15 radiatæ. *Involucrum* polyphyllum: *Foliolis* 7 - 8 lanceolatis, acutis, membranaceis, reflexis. *Involucella* minora, reflexa. *Flosculi* pallide lutei. *Semina* ovato - oblonga, subincurva, glabra, hinc plana, inde convexa, sulcis tribus parallelis percursa, margine submembranacea.

Pharm. LEVISTICI *Radix*; *Herba*; *Semina*.

Planta in omni parte maxime aromatica, fragrans, odoris et saporis sane peculiaris; calefaciens, incidens, resolvens, efficacissima; vera hinc inde præcipue in convallibus montosis, monticolarum nostrarum, muliercularum Panacea.

Planta certe a medicis nimis neglecta, in arte veterinaria Serpentariæ virginianæ tam pretiosæ, omni jure substituenda.

Contra Colicam a refrigerio ortam in Catalonia hinc inde herbam in infuso tanquam domesticam medicinam optimo cum successu adhibent.

Caules teneros et folia, Ligures instar Apii graveolentis edunt. Allion. l. c.

Nota. Liguftici quidem frequentiffimus erat ufus in culinis veterum Romanorum Trajani ætate omnique fere cibo addebatur. Hoc autem noftrum Leviſticum non fuit, fed Laſerpitium Siler Linn. quod veterum Laſer præbuit.

Obſ. Liguſticum peloponneſiacum Foliis multiplicato-pinnatis: Foliolis pinnatim inciſis. Linn. Sp. pl. 1. p. 360. — Cicutaria latifolia fœtida. Caſp. Bauh. pin. 160. — Mapp. fl. Alſ. p. 75, certe nullibi hodie in Alſatia venit, in locis a Mappo circa Argentinam citatis ante me fruſtra quæſiverunt b. Spielmannus et Hermannus.

CXXXVI. ANGELICA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 479.

Umbella multiradiata, ſubrotunda. *Involucrum* ſubnullum, aut 3-5-phyllum, parvum. *Involucellum* polyphyllum. *Corolla* univerſalis uniformis. *Flosculi* omnes fertiles. *Fructus* ſubrotundo-ovatus, bipartibilis. *Semina* ovata, interiore plana, margine cincta, inde convexa, tribus ſulcis longitudinalibus exarata.

329. ANGELICA *ſylveſtris* foliolis æqualibus ovato-lanceolatis ſerratis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 361. — *Pollich. fl. pal. n.* 285.

Angelica foliis duplicato-pinnatis, ovatis, ſerratis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 806.

Selinum Angelica. *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 358.

Imperatoria pratenſis major. *Tourneſ. inſt. p.* 317. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 152.

Angelica ſylveſtris major. *Bauh. pin.* 155. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 280. *Sect.* 9. *t.* 3. *f.* 2.

Angelica sylvestris secunda. *Tabernaemont.* p. 230. *Icon.*

Icon. *Regnault. bot.* — *Schkuhr. bot. Handb.* t. 68.

Germ. *Waldangelik. Wiesenangelik. Sumpfangelik. Wilde Angelik.*

Gall. *Angelique sauvage. Inperatoire sauvage.*

Hab. Utrinque in sylvis et pratis humidis, ad fossarum et viarum margines passim frequens. ♃

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri et Octobri maturat. ♃

Radix cylindrica, crassa, magna, ramosa, carnosa, extus ex albido-fusca, intus albida. *Caulis* 1-4 pedalis et altior, erectus, teres, substriatus, geniculatus, crassus, fistulosus, vaginatus, ramosus, glaber, rore glauco obsessus. *Vaginae* ventricosae, membranaceae. *Folia* inferiora petiolata, praeampla; superiora sessilia; tripinnata, glabra: *Foliolis* ovatis, acuminatis, serratis, impari majore; suprema suboppolita, trifoliata. *Vaginis* maxime ventricosis, margine membranaceis, saepe pendulis. *Umbellae* caulem ramosque terminantes, inaequales, multiradiatae, densae, magnae, convexae, subnutantes. *Involucrum* subnullum; *Involucellum* polyphyllum, parvum, foliolis lineari-lanceolatis. *Flosculi* fertiles. *Petala* subaequalia, inflexo-cordata, ex albido-rubella. *Semina* ovata, dorso trisulcato-striata, margine membranacea.

Pharm. ANGELICAE SYLVESTRIS *Radix.*

Radix vulnerata lactescens, fragrans, aromatica, incidens, resolvens.

Angelicæ Archangelicæ s. sativæ officinarum substitui potest, minus quidem fragrans, debilior nec ideo grata est.

Ex floribus apes mella legunt.

Planta recens pecoribus non ingrata, siccata ob duritiem caulis, fœno inepta.

Ubi abunde crescit solum spongiosum, aquosum omnino indicat.

CXXXVII. SIUM.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 480.

Umbella varia, *partialis* patens, plana. *Involucrum* polyphyllum, reflexum, umbella brevius. *Involucellum* polyphyllum. *Corolla universalis* uniformis. *Flosculi* omnes fertiles. *Petala* inflexo-cordata, æqualia, alba. *Fructus* subovatus, striatus, parvus, bipartibilis. *Semina* subovata, hinc convexa, striata, inde plana.

630. SIUM *latifolium* foliis pinnatis, umbellis terminalibus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 361. *Pollich. fl. pal. n.* 286.

Sium foliis pinnatis, argute dentatis, umbellis erectis. *Hall. stirp. helv. n.* 777.

Coriandrum latifolium. *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 349. — *Crantz. austr. p.* 212.

Sium. *Rivin. pent. irreg.* 77.

Sium latifolium. *Bauh. pin.* 154. — *Tournef. inst. p.* 308. — *Mapp. fl. Alf. p.* 290.

Sium latifolium 1-2-3. *Tabernæmont. p.* 202. *Icon.*

Icon. *Jacqu. fl. Austr. t.* 66. — *Oeder. fl. D.* *t.* 246.

Germ. *Breitblättriger Wassermerk.*

Gall. *Berle à feuilles larges.*

Hab. Utrinque in fossis aquosis, rivulis pr... rum sylvarumque, et ad aquas stagnan... in tota Rheni vicinia frequens.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri ... turat. ♃

Caulis 3-4 pedalis et altior, erectus, ... gulatus, sulcatus, glaber, sæpe perecrassus, ... dosо-articulatus, ramosus. *Ramis* erectis. *F...* alterna, vaginantia, pinnata, erecta, gl... *Foliolis* ovato-oblongis, sessilibus, argut... ratis, acutis. *Folia* interdum sub aqua differ... *pinnis* capillaribus. *Umbellæ* caulem ramo... terminantes, convexiusculæ, submagnæ, ... tiradiatæ, erectæ. *Involucrum* et *Involuce...* polyphyllum: *Foliolis* margine membrana... albicantibus, patentibus vel reflexis. *Flo...* fertiles. *Petala* alba, subæqualia. *Semina* o... brevia, striato-sulcata.

Nota. Caule profunde sulcato acutangulo fa... sequente specie cum qua sæpe confunditur ... stinguitur.

Planta ut fere omnes ex Classe umbellifer... aquaticarum nisi venenata, tamen suspecta. Ve... tam esse, deliria facere, ita ut vaccæ aut vitu... pasti caput collidendo sibi comminuant indicatur. Acad. reg. Suec. 1750.

Planta pratis noxia, hinc imminuenda, pec... non accepta.

31. SIUM *angustifolium* foliis pinnatis, umbellis axillaribus pedunculatis, involucro universali pinnatifido. *Linn. Syst. veg. p.* 211. — *Pollich. fl. palat. n.* 287. *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 333.

Sium foliis radicalibus ovatis, pinnatis, dentatis, caulinis appendiculatis, umbellis alaribus. *Hall. stirp. helv. n.* 778.

Sium foliis pinnatis, foliolis cordatis lobatis, inæqualiter serratis, umbellis pedunculatis oppositifoliis. *Hudf. fl. Angl.* 1. *p.* 119. *n.* 2.

Sium *Berula* foliis pinnatis, foliolis auriculatis, umbellis lateralibus pedunculatis. *Goüan. fl. Monsp. p.* 218. *n.* 1.

Sion, sive apium palustre foliis oblongis. *Bauh. pin.* 154. — *Tournef. inst. p.* 309. *Mapp. fl. Alf. p.* 290.

Icon. Jacqu. fl. Austr. t. 67. — *Oeder. fl. Dan. t.* 247. (*sub. S. nodifloro.*)

Germ. Schmalblättrigter Wässermerk.

Gall. Berle à sevilles étroites.

Hab. Utrinque in fossis aquosis rivulisque segniter fluentibus nec non in aquis stagnantibus, passim abunde; pratorum sylvaticorum fossas sæpe implet.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri, Octobri maturat. ♃

Radix repens, geniculata, fibrosa: fibris ex geniculis exeuntibus, albidis. *Caulis* basi repens, radicans, tunc erectiusculus, 1-2-3-pedalis, teres, substriatus, glaber, ramosus. *Ramis* paten-

tibus. *Folia* alterna, vaginantia, glabra, pinnata. *Foliolis* feſſilibus, cordatis, vel ovato-lanceolatis, argute inæqualiter ſerratis, magis minusve lobatis, oppoſitis, infimo pari foliorum a ſecundo pari procul diſtante, auriculato, foliolo impari ſimplici aut appendiculato, ſæpe ſemitrilobo; *Foliolis* in caulis ſummitate minimis. *Umbellæ* terminales oppoſitifoliæque, pedunculatæ, convexiusculæ, multiradiatæ. *Involucrum* 5-7 phyllum. *Foliolis* inæqualibus, partim integris, partim bi tri et pinnatifidis, reflexis. *Involucella* ſubpentaphylla, ſubpinnatifida. *Petala* alba, ſubæqualia. *Semina* ovata, brevia, ſtriata.

Pharm. Berulæ ſ. Sii *Herba.*

Herba apud nos hucusque nondum recepta, in Hiſpania et Gallia meridionali tritiſſima, ubi jam diu in pharmaciis cognita; vires incidentes, reſolventes, diureticas, antiſcorbuticas exercens laudatur. Datur in jusculis, apozematibus ſuccus depuratus ad uncias tres vel quatuor. Conf. Goüan. l. c.

432. Sium *nodiflorum* foliis pinnatis, umbellis axillaribus, ſeſſilibus. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 361. — *Pollich. fl. pal. n.* 288. (excluſo *Oederi* ſynonymo.) — *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 334.

Seſeli *nodiflorum. Scopol. fl. Carn. ed.* 2. *n.* 353.

Sium aquaticum procumbens ad alas floridum. *Tourneſ. inſt. p.* 308. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 290.

Sium aquaticum repens et procumbens ad alas floridum, ſeu umbellis candidis ad genicula diſpoſitis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 283. *Sect.* 9. *t.* 5. *f.* 3.



Sium repens pag. 671.

Gmelin del. Kaldenwang sculp

erm. Knotiger Wässermerk.

all. Berle nodiflore.

ab. Hinc inde in Rheni vicinia cum præcedente rarius; in montosis ad fontium clariorum, rivulorumque scaturigines cum Montia et Nasturtio *aquatico* passim non infrequens.

or. Julio, Augusto. *Semina* Septembri et Octobri maturat. ♃

Affinis præcedenti, cum qua sæpius confun-
:ur. Distinguitur: *Statura* per omnes partes nori. *Caule* sæpe toto decumbente, radicato. *liorum* pinnis punctis sæpe croceis notatis, n tam profunde serratis; serrulis subæquali-s. *Umbellis* minoribus, ex foliorum alis sub-filibus. *Involucro* polyphyllo, deciduo: *fo-lis* integris. *Involucellis* 5-7 phyllis; *Foliolis* gustioribus integris.

53. Sium *repens* caule repente, foliis pinnatis foliolis sessilibus, oppositis, subrotundis, angulato-inæqualiter dentato-serratis.

Sium caule repente, foliolis subrotundis, dentato-angulatis. *Linn. Suppl.* 181.

on. Jacqu. fl. Austr. 3. *t.* 260.

rm. Kleinster kriechender Wassermerk.

ll. Berle rampante.

ab. In pascuis inundatis Rheno vicinis hinc nde non infrequens. Prope *Dachsland, Aue, Knielingen* cum Limosella *aquatica* et Mar-ilea *quadrifolia*; in pascuis udis sylvaticis

inter *Durlach* et *Rintheim* abunde. Prope Argentoratum passim in inundatis sabulosis.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ♃

Cauliculi in terra repentes; radicantes, praelongi, articulati, teretes, striati, glabri, ex viridi-albicantes. *Folia* petiolata, simpliciter pinnata, glabra, parva: *foliolis* 2-3-4-5 parium sessilibus, oppositis, subrotundis, inaequaliter plus minusve profunde dentato-serratis, laete viridibus: *impari* terminali ut plurimum trilobo, lobis subtrifidis. *Scapi* seu pedunculi ex caulibus radicantibus erecti, 1-2-4 uncias longi, nudi, teretes, striati, saepissime oppositifolii, umbelliferi. *Umbella* in singulo pedunculo terminalis 3-4-7-10 radiata, parva. *Involucrum* 3-4 saepissime 5 phyllum: *foliolis* lanceolatis planis, integris, brevibus, reflexis. *Umbellulae* multiradiatae, densae, convexae. *Involucella* subhexaphylla: *Foliolis* lanceolatis, subreflexis longitudine flosculorum. *Petala* aequalia, albida initio extus quandoque subrubella. *Antherae* respectu flosculorum magnae, didymae, dilute purpureae. *Semina* ovato-subrotunda, compressiuscula, dorso convexa, striata, parva.

Nota. Plantula ex gente umbelliferarum nostratium facile humillima, in graminosis pascuis inundatis saepe sabulo et gramine ita occulta, ut oculos fugiat.

434. Sium *Sisarum* foliis pinnatis, floralibus ternatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 361.

Sisarum germanorum. *Bauh. pin. p.* 155. *Moris. hist.* 3. *p.* 283. *Sect.* 9. *tab.* 4. *f.* 8. *Tournef. inst. p.* 309.

Sisarum.

Sisarum. *Tabernæm. p.* 200. *Icon.*

con. *Schkuhr. bot. Handb. t.* 69.

erm. *Zuckerwurzel.*

all. *Chervi.*

ab. In Germania ab antiquissimo tempore t. Plinio. Hinc inde in agris et hortis culta quidem. Circa *Carlsruhe* juxta viam novam *über die Schieſswieſe* ex hortorum rejectamentis.

lor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri maturat. ♃

Radices fusiformi - teretes, circulis nodosis cinæ, quarum plures capitulis adhærent intus albican-s, nervo medio duriore lignoso detracto, coctæ et udæ, dulcescentes, nutrientes, resolventes, sapidæ, culinis germanorum jam ab antiquissimis temporibus btæ.

Sine dubio e Germania in Italiam, Galliam, et Hispaniam venit. In Hispania quidem adhuc sub Chiria Tudesca (Teutsche Zuckerwurzel) in ortis colitur.

Siser illud est quod a Gelduba ad Rhenum castello bi generositas præcipua, sibi Tiberius Imperator ad-rri jubebat, referente Plinio. libr. XIX. Cap.V.

Radices nervo medio detracto, cum oleo olivarum, apsico annuo Croco officinali et Sale culinari Hispania commeduntur.

35. SIUM *Falcaria* foliolis linearibus decurrentibus connatis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 362. — *Pollich. fl. palat. n.* 289. — *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 335.

Sium foliis firmis, serratis, pinnatis, nervo folioso latescente. *Hall. ſtirp. helv. n.* 782.

Seseli Falcaria. *Crantz. Austr. p.* 208. - *Scopol. fl. Carn. ed.* 2. *n.* 354.

Ammi perenne. *Tournef inst. p.* 305. - *Mapp. fl. Alf. p.* 21. *n.* 1. 2.

Eryngium arvense foliis serræ similibus. *Bauh. pin.* 386.

Crithmus quartus. *Tabernæmont. p.* 300. *Icon.*

Icon. Jacq. fl. Austr. t. 257.

Germ. Sichelkraut.

Gall. Berle faucilliere.

Hab. Passim in agris, segetibus, præsertim argillaceo-calcareis inter Avenam Secale et Hordeum.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri maturat. ♃

Radix prælonga, profunde sub terra repens, ramosa. *Caulis* 2-3 pedalis, erectus, teres, substriatus, glaber, firmus, ramosus. *Rami* brachiati, patentes, diffusi. *Folia radicalia* ternata, quandoque simplicia, aut difforme pinnatifida: *pinnis* lineari-falcatis, acutis, argute serratis, firmis, glabris, ex glaucoviridibus; *Caulina* rameave breviora, in petiolum decurrentia. *Umbellæ* caulem ramosque terminantes, mediocres, planiusculæ, multiradiatæ. *Involucrum* et *Involucellum* sub 7-8 phyllum: *foliolis* inæqualibus, lineari-lanceolatis, angustis. *Flosculi* fertiles. *Petala* cordata, æqualia, alba. *Semina* oblonga, utrinque depressa.

Planta segetibus exitiosa, itaque bene eradicando diminuenda est.

CXXXVIII. OENANTHE.

Linn Gen. pl. ed. Schreb. n. 484.

Umbella univerſalis radiis paucioribus. *artialis* congeſta radiis pluribus, breviſſimis, ıt ſæpe nullis. *Involucrum* ſubnullum aut po-phyllum, ſimplex, umbella brevius. *Invo-ıcellum* polyphyllum, parvum. *Corolla* uni-erſalis difformis, radiata. *Flosculi* radii abor-vi; *propria Disci* hermaphrodita, petalis in-exo - cordatis ſubæqualibus; *propria Radii* ıascula, petalis magnis inæqualibus, bifidis. *ructus* ſubovatus, calyce et piſtillo corona-ıs, bipartibilis. *Semina* ſubovata, hinc convexa riata, inde plana, apice dentato.

36. OENANTHE *fiſtulosa* ſtolonifera, foliis caulinis pinnatis, filiformibus, fiſtu-loſis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 365. — *Pollich, ſl. pal. n.* 290.

Oenanthe foliis radicalibus rotunde lobatis, planis, caulinis fiſtuloſis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 755.

Oenanthe aquatica. *Bauh. pin. p.* 162. — *Mapp. ſl. Alſ. p.* 211.

Filipendula paluſtris ſecunda. *Tabernæm. p.* 421. *Icon.*

con. Oeder. ſl. Dan. t. 846. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 70.

erm. Röhrigte Rebendolde. Tropſwurz.

all. Oenanthe fiſtuleuse.

Uu 2

Hab. In fossis limosis, pratisque udis uliginosis, aquosis cis et transrhenanis, præsertim in Rheni vicinia abunde. Circa *Carlsruhe auf der Schiesswiese*, et alibi in fossis frequens.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat.

Radix stolonifera, fibrosa: *fibris* stolonibusque prælongis, geniculatis, repentibus. *Caulis* 1-2-pedalis et altior, erectus, subflexuosus, teres, glaber, ramosus, fistulosus. *Folia* vaginantia, alterna, ima bipinnata, foliolis obtusis; *Caulina* pinnata: *Foliolis* brevioribus, 2-3-fidis, integrisve, sublinearibus, unilateralibus, glaberrimis. *Petioli* vaginati, inflati, cum foliis fistulosi. *Umbella* terminalis, 2 sæpe 3 quandoque 5-7 radiata, mediocris. *Radii* distantes crassiusculi. *Involucrum* subnullum. *Involucellum* polyphyllum: *Foliolis* 5-10 lanceolatis, albidis. *Umbellulæ* densæ, subrotundæ. *Flosculi disci* regulares, fertiles; *radii* steriles, petalis inæqualibus, majoribus, bifidis præditi. *Petala* albida, sæpe extus albo-rubella. *Semina* ovata, striata, calyce quinquedentato stylisque persistentibus coronata.

Planta a pecoribus non tangitur, venenata.

437. OENANTHE *Tabernæmontani* radice filipendula, foliis radicalibus pinnatis, foliolis cuneiformibus, caulinis lineari-filiformibus fistulosis; involucro polyphyllo.

Oenanthe *pimpinelloides. Pollich. fl. pal. n.* 291. (*excluso C. Bauhini cum Linnæi synonymo.*)

Oenanthe *fistulosa. Villars. fl. Delph.* 2. *p.* 620. *n.* 1.

Oenanthe ſive filipendula rutæ folio. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 192. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 211.

Filipendula paluſtris. *Tabernæmont. p.* 211. *Icon.*

Germ. Tabernæmontans Rebendolde.

Gall. Oenanthe fiſtuleuſe de Tabernæmontanus.

Hab. In pratis paludoſis, inundatis cis et transrhenanis: circa *Dachsland*, *Linckenheim*, *Hochſtedt.* In Palatinatu transrhenano in pratis paludoſis inter *Dürckheim* et *dem Holzhof*; inter *Alzey* et *Oppenheim* in pratis udis paſſim poſt *Pollichium* vidi. In Alſatia inter *Arbogaſt* et *dem Wickhäuſel* in locis udis.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Auguſto matura. ♃

Maxime affinis quoad habitum priori, a qua diſtinguitur: *Radice* cylindrica, multicipite, fibroſa, bulbifera. *Caule* ſubdemiſſiore, erecto, ſaepiſſime decumbente. *Foliis radicalibus* latioribus, bipinnatis: *Foliolis* cuneiformi-obtuſis integriusculis; *Caulinis* pinnatis anguſtioribus, foliolis linearibus, omnibus ut in praecedente cum caule petiolisque fiſtuloſis. *Involucro* polyphyllo: *foliolis* 4-5-7 lanceolatis. *Umbellæ*, *Flosculi* et *Semina* ſimilia praecedenti.

Nota. Forſan non niſi præcedentis variatio.

Obſ. Maxime diverſa ab Oenanthe pimpinelloide Linn. quæ certe in regionibus noſtratibus vix unquam provenit, quam vero in Gallia meridionali nec non in Hiſpania legi.

438. OENANTHE *Lachenalii* foliis radicalibus fubbipinnatis, foliolis longe cuneiformibus, fuperne tridentatis obtufis, caulinis fuperioribus pinnatis: foliolis lineari-lanceolatis integris, fubfalcatis.

Germ. *Lachenalifche Rebendolde.*

Gall. *Oenanthe de Mr. Lachenal.*

Hab. In pratis udis circa Bafileam, prope *Michelfelden*, detecta ab *Jll. Lachenalio.*

Flor. Julio. *Semina* Augufto maturat. ♃

Radix cylindrica, e capite multiceps, fibrofa, fubfufca. *Caulis* pedalis, fesquipedalis, erectus, fubflexuofus, teres, ftriatus, glaber, durus, fimpliciusculus. *Folia radicalia* petiolata, bipinnata, caulinis breviora: *foliolis* exacte cuneiformibus, fuperne latioribus, tridentatis, dente medio rotundato obtufiffimo; *Caulina inferiora* petiolata, bipinnata: *foliolis* lineari-lanceolatis, acutis, anguftis, integerrimis; *fuprema* fimpliciter pinnata: *foliolis* lineari-lanceolatis, integris, fubfalcatis. *Umbella* caulem terminans, multiradiata, e plano convexiuscula, 6-7-9 radiata: *Radiis* ftriatis, tenuibus, inæqualibus. *Involucrum* 4-5-7 phyllum, lineari-fetaceum, parvum. *Umbellulæ* convexæ, denfæ, multiradiatæ: *pedicellis* tenuibus inæqualibus, breviffimis. *Involucellum* polyphyllum: *foliolis* 9-10 linearibus, longitudine fere umbellulæ. *Flosculi* radii masculi, abortivi. *Petala* inæqualia, inflexo-cordata, bifida, nivea. *Semina* calyce quinquedentato ftylisque coronata, ftriata.

Caules, petioli, et pedunculi in hac fpecie non fiftulofi.

Plantam debeo acutiffimo et amiciffimo Lachenalio, qui illam fub Oenanthe Michelfeldenfi, vivam mihi pro horto botanico mifit, in quo per plures annos læta vegetavit, floruitque.

Nota. Minime confundenda cum Oenanthe dubia Rothii, nec pro eadem habenda cum fequente fpecie.

439. Oenanthe *Pollichii* foliis radicalibus bipinnatis, caulinis pinnatis, foliolis omnibus lineari-lanceolatis, integerrimis, radice multibulbofa.

Oenanthe *Peucedanifolia* foliis omnibus linearibus, radicalibus bipinnatis, caulinis pinnatis, involucro univerfali nullo, radicum napulis ovatis feffilibus. *Pollich. fl. pal. n.* 292.

Oenanthe foliis radicalibus duplicato-pinnatis, linearibus, recurvis. *Hall. ftirp. helv. n.* 756. *an?*

Icon. Pollich. fl. pal. 1. *fig.* 3.

Germ. Pollichs Rebendolde.

Gall. Oenanthe de Mr. Pollich.

Hab. In Palatinatu transrhenano, circa *Lautern* in pratis humidis paffim; retro *Sembach* verfus *die lange Meil* in pratis ficcioribus: circa *Cufel* in pratis tefte *Pollichio.*

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augufto matura. ♃

Radix fasciculato-bulbofa: bulbulis ovato-cylindricis, feffilibus, albis, fingulis bafi in fibram folitariam albam terminantibus. *Caulis* cubitalis, erectus, bafi rubellus, cæterum laete viridis, glaber, fulcatus, dichotomus,

geniculatus. *Folia* alterna, vaginantia, triangularia, quatuor, quinque pollices longa; inferiora bipinnata, fuprema fimpliciter pinnata: *Foliolis* omnibus lineari-lanceolatis, integerrimis, in fupremis foliis longioribus, et ad unum latus directis, omnia læte viridia, glabra. *Vaginæ* ftriatæ, glabræ. *Umbella* plana 7-10 radiata. *Umbellula* convexiuscula, ultra 30 radiata. *Involucrum* nullum, rariffime monophyllum. *Involucellum* polyphyllum. *Foliolis* fubulato-fetaceis, *umbellula* brevioribus. *Flosculi radii* valde irregulares. *Petala* cordata, femibifida, albiffima. *Calyx* quinquedentatus, germen coronans. *Antheræ* fubrotundæ, flavæ. *Stigmata* alba obtufa.

Plantam in loco natali non vidi, itaque defcriptionem ex Pollichio recepi.

CXXXIX. PHELLANDRIUM.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 485.

Umbella multiradiata. *Involucrum* nullum. *Involucellum* polyphyllum, *foliolis* acutis longitudine umbellulæ. *Flosculi* omnes fertiles, disci minores. *Fructus* ovatus, coronatus, calyce et ftylis fubulatis, bipartibilis. *Semina* ovato-oblonga, truncata, compreffiuscula, obfolete ftriata, glabra

440. Phellandrium *aquaticum* foliorum ramificationibus divaricatis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 366. — *Pollich. fl. palat. n.* 293.

Phellandrium foliis refractis. *Hall. ftirp. helv. n.* 757.

Phellandrium. *Rivin. pent. irr.* 64. — *Tournef. inst. p.* 306. — *Mapp. fl. Alf. p.* 239.

Ligustioum *Phellandrium. Crantz. Austr. p.* 200. — *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 321.

Cicutaria paluftris tenuifolia. *Bauh. pin.* 161. — *Morif. hist.* 3. *p.* 291. *Sect.* 9. *t.* 7. *f.* 7. — *Tabernæmont. p.* 1170. *Ic.*

con. Bulliard. herb. t. 147. — *Regnault. bot. Oeder. fl. Dan. t.* 1154. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 71.

erm. Pferdesaamenkraut. Wasserfenchel. Rossfenchel.

all. Pellandri aquatique.

ab. In fossis aquaticis, aquis stagnantibus cis et transrhenanis passim abunde. Circa *Carlsruhe*, *Durlach*, *Mühlburg*, *Dachsland* et alibi in Rheni vicinia frequens.

lor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri et Octobri maturat. ♂

Radix cylindrica, verticillata, geniculata, rassa. *Caulis* 2-3-4 pedalis et altior, crassismus, erectus, teres, striatus, fistulosus, ramous. *Ramis* divaricatis valde divisis. *Folia* amlissima, refracta, triplicato-pinnata, glabra, ete viridia. *Pinnulis* semipinnatis, obtusis, inciso-denticulatis. *Vaginæ* striatæ, margine membranaceæ. *Umbellæ* axillares, pedunculatæ, rectæ, convexiusculæ, mediocres, multiradiae. *Involucrum* nullum. *Involucellum* 7-10, hyllum. *Foliolis* linearibus, angustis, longitudine umbellulae. *Flosculi* omnes fertiles. *adii* submajores, subinæquales. *Petala* alba. *alyx* quinquefidus, exiguus, dentibus duobus

exterioribus, reliquis duplo longioribus. *Semina* calyce stylisque duobus coronata, ovato-oblonga, truncata, laeviter striata e viridi-lutescentia.

Pharm. PHELLANDRII *s.* FOENICULI AQUATICI *Semina.*

Semina acria, aromatica, amaricantia, incidentia, diuretica, vulneraria.

Semen jam olim in equorum morbis in Germania cognitum medicamentum unde Pferdesaamen, Rossfenchel, dictum; præcipue contra tussim, profluvium atticum, aliaque interna mala externasque læsiones commendatum.

Hodie Semen a quibusdam in morbis convulsivis, Epilepsia, nec non in phthisi ulcerosa, in gangræna, scirrhis et cancro commendatur. Conf. Ernstingii Phellandrologia s. de medicamento novo, vulgo Peersaat dicto etc. Brunsv. 1739. — Lange vom Wasserfenchel 1771.

Planta suspecta, venenata, a pecore non tangitur: intra caulem sæpius Curculio paraplecticus Linn. habitat, cui tribuit Linnæus in Suecia paraplegiæ equorum culpam. Linn. fl. Suec. p. 92. Non confundenda cum Cicuta virosa Linn. planta maxime venenata.

441. PHELLANDRIUM *Mutellina* caule subnudo, foliis bipinnatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 366.

Seseli foliis duplicato - pinnatis, pinnulis semipinnatis, lobulis lanceolatis. *Hall. stirp. helv. n.* 763.

Ligusticum *Mutellina* caule simplici, umbella nuda, foliis bipinnatis, circumscriptione triangulari, foliolis linearibus. *Villars. fl. Delph.* 2. *p.* 618. *n.* 10. — *Allion. fl. pedem.* 2. *p.* 13. *t.* 60. *f.* 2.

Phellandrium alpinum umbella purpurascente. *Tournef inst.* 307.

Meum alpinum umbella purpurascente. *Bauh. pin.* 148.

Mutellina. *Bauh. hist.* 3. *p.* 66.

Daucus montanus. *Clus. hist.* 2. *p.* 198.

Icon. *Jacqu. fl. Austr. t.* 56.

Germ. *Alpenpferdesaamen. Muttern.*

Gall. *Phellandri-mutelline.*

Hab. In Marggraviatu superiore in montis altissimi *Belchen* pascuis vidi; in monte Ballon Alsatiae t. *Zeyhero.*

Flor. Junio, Augusto. *Semina* Septembri matura. ♃

Radix ramosa, longa, extus fusca, intus alba, caulem versus setis nigris, filiformibus, coronata. *Caulis* digitalis, palmaris, pedalis, erectus, teres, striatus, glaber, nudiusculus, simpliciusculus, quandoque ramo uno alterove superne praeditus. *Folia radicalia* petiolata, bipinnata, circumscriptione triangularia, superne saturate, inferne pallide viridia, glabra. *Pinnis* oppositis breviter petiolatis. *Foliolis* ovato-oblongis, pinnatifidis. *Laciniis* lineari-lanceolatis, acutis, integris, trifidisque. *Petioli* teretiusculi, striati, basi vaginantes, membranacei, longitudine fere foliorum; *Caulina* in individuis simplicibus nulla, in aliis unicum vel bina, radicalibus multo minora, petiolo toto vaginanti, membranaceo, instructa. *Umbella* caulem terminans, convexa, densa mediocris. *Radii* 5-7-9-13, inaequales, firmi. *Involucrum* subnullum, vel monophyllum, perraro

foliolis pluribus praeditum. *Umbellulae* deal[?], convexae: *Radiis* 7 ad 13 brevibus, inaequalibus. *Flosculi* fertiles, exteriores radiantes, interioribus paullo majores. *Petala* dilute rubella vel rosea. *Antherae* didymae, purpureae. *Involucellum* dimidiatum, subquinquephyllum: *Foliolis* 5 - 9, lineari - lanceolatis, patentibus, longitudine umbellulae. *Semina* oblonga, hinc plana, illinc convexa, quadrisulcata, fusca, calyce coronata.

Obs. Plantula in horto culta, duplo triplove major, magis ramosa evadit.

Pharm. MUTELLINAE *Radix.*

Flores odorati, apibu[illegible]ati. In Helvetiae alpibus abundat. Ex ejus freque[illegible] fere pascuorum bonitas aestimatur. Hall. l. c. p. 335.

CXL. CICUTA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 486.

Umbella multiradiata, convexa. *Involucrum* subnullum. *Involucellum* polyphyllum: *foliolis* setaceis brevibus. *Corolla* universalis uniformis. *Flosculi* omnes fertiles. *Petala* inflexo-cordata, subaequalia. *Fructus* rotundato - ovatus, sulcatus, bipartibilis. *Semina* subrotunda, stylis reclinatis coronata, longitudinaliter sulcata, hinc convexa, illinc plana.

442. CICUTA *virosa* umbellis oppositifoliis, petiolis marginatis obtusis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 366. — *Pollich. fl. palat. n.* 294. — *Gunner. fl. Norveg. n.* 242. *t.* 2.

Sium foliis duplicato-pinnatis, pinnulis acute serratis trifidis et simplicibus. *Hall. stirp. helv. n.* 781.

Sium virulentum et lethale. *Mapp. fl. Alſ. p.* 290.

Sium majus angustifolium. *Tabernæmont. p.* 203. *Icon.*

Cicuta aquatica. *Wipfer. libell.* — *Schwenke in propr. libell. tab.* 3 — 4.

Cicutaria. *Rivin. pent. irr. t.* 76.

Coriandrum Cicuta. *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 347.

Icon. Bulliard. herb. t. 151. — *Oeder. fl. Dan. t.* 208. — *Blackw. herb. t.* 574. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 71.

Germ. Groſser Waſſerſchierling. Wüterich. Giftiger Wüterich.

Gall. Ciguë d'eau. Cicutaire aquatique.

Hab. In foſſis aquoſis, aquis ſtagnantibus, et lente fluentibus, cis et transrhenanis præſertim in Rheni vicinia hinc inde frequens. Circa *Carlsruhe* in foſſis rarius; prope *Aue, Knielingen, Dachsland, Eckenſtein, Linkenheim, Hochſtädt, Rußheim* et alibi paſſim copioſe. In Alſatia circa Argentinam in foſſis urbis *bey dem Fiſcher-* et *Judenthor* juxta *dem Krümmerich Waſſer*; in foſſis *an der Jll;* prope *Ekbolsheim* et alibi. In Principatu ſuperiore in foſſis, piscinis, prope *Salem, Mörsburg, Ueberlingen, Bohlingen, Petershauſen, Conſtanz* et alibi frequens.

Flor. Junio, Julio, Auguſto. *Semina* Septembri, Octobri maturat. ♃

Radix crassa, magna, ramosa, annulata, verticillatim punctata, fibrosa, succum ... lutescentem continens. *Caulis* 2-3 pedalis et altior, erectus, saepe inferne crassus, fistulosus, substriatus, glaber, geniculatus, ex glauco viridis, purpureo mixtus, ramosus: *Rami* ... cti, alterni, divisi, summi suboppositi. *Folia* alterna, ampla, vaginantia, petiolata, subtri-pinnata, vel bipinnata: *Foliolis* subsimplicibus, lanceolatis, planis, argute serratis, glabris, profunde viridibus. *Petioli* inferiores superioribus longiores, basi vaginati, striati. *Umbellae* laterales, oppositifoliae, plano-convexae. *Radiis* 12-18, striatis, glabris. *Involucrum* subnullum, quandoque monophyllum. *Umbellulae* multiradiatae convexae. *Involucellum* polyphyllum: *Foliolis* lineari-subulatis, inaequalibus, brevibus, patenti-reflexis. *Petala* alba, subaequalia. *Semina* subglobosa, compressiuscula, sulcato-striata, viridia, stylis binis subulatis, divaricatis, coronata.

Pharm. CICUTAE AQUATICAE *Herba.*

Ad venenatas et quidem omnium ex gente umbelliferarum venenatissimas pertinet. Tristissimi casus docent, quam funestum hujus plantae sit virus. Narcoticum, acre, anxietates, singultus, nauseam, deliria, convulsiones, ventriculi inflammationem, resolutionem, mortemque affert.

Salus erit emeticum, potus aquae copiosus acetatus, serum lactis aceto mixtum.

Probe eradicanda, et circa pagos ubi nimia hinc inde in abundantia venit omni studio diminuenda, bobus quoque praesentaneum venenum. Linn. W-goth. 48. 49. — Fl. Lapp. 103.

Capris salutaris et gratus cibus. Linn. fl. Suec. 92. Hinc Lucretius: „videre licet pinguescere saepe Cicuta barbigeras pecudes, homini quae est acre venenum."

De funesto effectu in hominibus v. Wepfer l. c. hwencke l. c. — Ephem. N. C. cent. 10. obs. 58. 55. — Bresl. Sammml. 1722. p. 286. — Commerc. ric. 1740. p. 353. sq. — Spielm. Diss. de veg. a. Alsat. p. 23. — Gmelin Geschichte der anzengifte p. 334-352. — Gadd. in Vetensk. ad. Handl. 1774.

ta. Linnæus jam dudum medicis Emplastrum de Cicuta ex herba plantæ paratum commendavit. Hoc consilium in Dania probatum. Pharm. Dan. p. 38. Sibiriæ incolæ radicem in pultem contusam herpeti venereo imponunt, aut radice quassata perfricant, caventes ne spinam dorsi tangant. Steller in Gmelin fl. Sibir. 1. p. 202.

Kamschadalenses in Lumbagine partem dolorosam prope focum fricant. Hist. of Kamschatka. p. 220.

Norvegi externe eam applicant contra arthriticos dolores. Gunner fl. Norveg.

In pharmaciis herba minime confundenda est, cum Conio maculato Linn. s. Cicuta terrestri, longe mitiori.

CXLI. AETHUSA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 487.

Umbella multiradiata, patens, radiis interibus gradatim brevioribus. *Involucrum* subllum. *Involucellum* dimidiatum, extus posin: *foliolis* tribus seu quinque, longissimis earibus, pendulis. *Corolla* universalis subformis. *Flosculi* omnes fertiles. *Petala* inco-cordata, subinaequalia. *Fructus* ovatorotundus, striatus, bipartibilis. *Semina* subunda striata.

Nota. AETHUSA MEUM. *Involucellum* dimidiatum: *foliolis* tribus setaceis non pendulis, brevibus. *Semina* oblonga sulcata.

443. AETHUSA *Cynapium* foliis conformibus. *Linn. Sp. veg. p.* 286. — *Pollich. fl. pal. n.* 295. — *Hall. ftirp. helv. n.* 765.

Coriandrum Cynapium. *Crantz. fl. Auftr. p.* 111. — *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 346.

Cynapium. *Rivin. pent. irreg. t.* 75.

Cicuta minor Petrofelino fimilis. *Bauh. pin.* 160. — *Mapp. fl. Alf. p.* 75.

Petrofelinum caninum. *Tabernæmont. p.* 273. *Icon.*

Icon. Curtis. fl. Lond. — *Bulliard. herb. t.* 91. *Schkuhr. bot. Handb. t.* 72.

Germ. Katzen-Peterfilie. Hunds - Peterlein. Gleiffe.

Gall. Aethufe perfillée. la petite Ciguë.

Hab. In hortis, cultis, agris, oleraceis, ad hortorum fepes in pagis paffim frequens. Amat praefertim hortos pinguiores ubi promiscue cum Petrofelino crefcit.

Flor. Junio, Julio, Augufto. *Semina* Augufto, Septembri maturat. ⊙

Radix fufiformis, alba. *Caulis* fesquipedalis, bipedalis et altior, erectus, teres, ftriatus, glaber, ex glauco - viridis, inferne faepe rubellus, ramofus. *Ramis* divifis, fubdichotomis, erectis. *Folia* alterna, vaginantia, inferiora

petiolata,

:tiolata, superiora sessilia, conformia, tripli-to - pinnata: *Pinnis* ultimis incisis, bi - tri-ultifidis, glabris, saturate viridibus. *Umbellæ* ulem ramosque terminantes, mediocres, pla-usculæ, multiradiatae *Involucrum* nullum. :*volucellum* dimidiatum: *Foliolis* tribus vel ιinque, linearibus, angustis, pendulis! *Petala* binaequalia, alba.

Nota. Facillime a Petroselino aliisque umbelliferis in oleraceis hortisque crescentibus distinguitur. Involucellis dimidiatis, tri vel quinquephyllis, linearibus, viridibus, longis, pendulis.

Planta digitis trita odorem virulentum Allio analo-ım spirat, venenata. Nauseam, diarrhœas, vomitus, xietates, stupores, singultus, ventriculi spasmos, de-ia; majori copia ingesta, convulsiones, mortemque :ert. Medela erit in emeticis, demulcentibus, potu :tis copioso.

Caveant coqui ne folia aut radices loco Apii Pe-·roselini in cibum aut juscula adhibeant.

44. AETHUSA *Meum* foliis omnibus mul-tiplicato-setaceis. *Linn. Syst. veg.* 237.

Aethusa *Meum* foliis omnibus multiplicato-setaceis: foliolis subverticillatis, caule paucifolio, vaginis petiolorum dilalatis, ventricosis, involucro universali mono-phyllo. *Aiton. hort. Kew.* 1. *p.* 355. *n.* 3.

Athamanta *Meum* foliolis capillaribus, se-minibus glabris striatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 353.

Ligusticum *Meum* foliis tripinnatis: foliolis multipartito - setaceis, involucro submo-nophyllo. *Lamarck. Encycl. p.* 577. *n.* 5. *Villars. fl. Delph.* 2. *p.* 617. *n.* 8. — *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 322.

Meum athamanticum. *Jacqu. fl. Austr. t.* 303. — *Moris. hist.* 3. *p.* 270. *Sect.* 9. *t.*

Meum. *Hall. stirp. helv. n.* 761. — *Riv. pent. irreg. t.* 62. — *Tabernæmont.* ...

Meum foliis Anethi. *Bauh. pin. p.* 148. — *Tournef. inst. p.* 312. — *Mapp. fl. Als. p.* 197.

Daucus meum. *Clus. hist.* 2. *p.* 198.

Icon. Jacqu. fl. Austr. t. 303. — *Regnault bot.*

Germ. Bärwurz. Meu.

Gall. Livêche capillairé. Le Meum.

Hab. In Marggraviatu sup. in pascuis montis *Belchen* copiose; abhinc descendit ad *Sunnitz* usque, ubi in pratis sylvaticis frequens est. In Alsatia in monte *Ballon* copiose, in jugo *des Hochgebürgs Hochfeld* prope *Oberhütt* in valle *Urbisthal*; in monte *Rossberg* prope *Massmünster*. In Principatu superiore in montosis prope *Klingenzell, auf dem Schienberg*; retro *dem Oeninger Fischschieferbruch* rarius. Etiam *im Hegäu*: in Castello destructo *Hohentwiel*; *auf Hohenegen* et *Hohen-Stofflen* nuperrime vidi.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri maturat. ♃

Radix prælonga, crassiuscula, caulem versus setis multis, nigro-fuscis capillaribus coronata, extus fusca, intus alba. *Caulis* palmaris, vix pedalis, erectus, teres, striatus, glaber, simpliciusculus, versus medium sæpe ramo simplici, aphyllo, praeditus. *Folia* radicalia multifide pinnata, longe petiolata: *Pinnis* multi-

artito - setaceis: *Foliolis* subverticillato - fasciulatis, numerosis, setaceis, laete aut é lutescente - viridibus, glabris. *Umbella* multiradiata, onvexa: *Radiis* 7 - 11, striatis, superne subexuosis, exterioribus longioribus, inaequalius. *Involucrum* saepe monophyllum, quandoque nullum. *Involucellum* dimidiatum: *Foliolis* 3 - 5, setaceis, longitudine fere umbellulae. *Flosculi* plures abortivi. *Petala* ex ochroleuco albida. *Semina* oblonga, hinc quinquesulcata, stylis coronata.

Pharm. Meu s. Mei Athamantini *Radix; Semina.*

Radix cum tota planta, aromatica, acris; incidentes, resolventes exercet vires. Hodie apud nos in medicina fere exoleta.

Decoctum Mei, Gentianæ purpureæ, et Polygalæ amaræ pro galactophoro et prophylactico medicamento vaccis in Moravia et phthisicis vaccis in Carinthia inferiori paratur.

Veterinarii helvetici frequentius hac radice utuntur. Hall. l. c p. 334.

Ex radicum fibris implexis Aegagropilæ in ventriculis Rupicaprarum sæpe committuntur.

CXLII. CORIANDRUM.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 488.

Umbella pauciradiata. *Involucrum* subnullum. *Involucellum* triphyllum, dimidiatum, setaceum. *Corolla universalis* difformis, radiata. *Flosculi* disci abortivi, *radii* fertiles: *Petalis* inflexo - cordatis, inæqualibus, extimo maximo, bipartito. *Fructus* sphæricus, bipartibilis. *Semina* hemisphærica, concava.

445. CORIANDRUM *ſativum* fructibus globoſis. *Linn. Sp. pl. 1. p.* 367. — *Hal ſtirp. helv. n.* 764.

Coriandrum majus. *Tourneſ. inſt. p.* 316 *Bauh. pin. p.* 158. — *Rivin. pent. irreg t.* 70. — *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 269. *Sect.* 9 *t.* 11. *f.* 1.

Icon. Regnault. bot. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 72.

Germ. Coriander.

Gall. La Coriandre.

Hab. In Europa auſtralii. Colitur paſſim in agris et hortis.

Flor. Julio. *Semina* Auguſto maturat. ☉

Caulis bi-tripedalis, erectus, teres, ſtriatus, glaber, ramoſus, *Folia* glabra, infima pinnata: *Foliolis* inciſo-dentatis, impari trilobo *Caulina* ſuperiora bipinnata: *Foliolis* linearibus, anguſtis, obtuſis. *Umbellæ* caulem ramosque terminantes, 5-7 radiatæ. *Involucrum* nullum, quandoque monophyllum. *Involucellum* dimidiatum, ſubtriphyllum, ſetoſum, parvum *Floſculi* radiati. *Petala* albida. *Fructus* globoſus, læviſſime ſtriatus, flavo-griſeus.

Pharm. CORIANDRI *Semina.*

Planta tota odore ſane peculiari: cymices quodammodo redolens, fœtidiuscula, recens ſuspecta, ſub narcotica.

Semina aromatica, acriuscula; apud nos rarius in culinis pro cibi condimento in uſu ſunt; hinc inde tamen pani aliisque cibis immiſcentur.

Obſ. Semina, quæ ex Aegypto nuperrime accepimus, noſtratibus majora, exhibuerunt plantas majores

remissioris omnino odoris, hinc minus foetidas. Viridem herbam Aegyptii cuilibet fere ferculo admiscent. Alpin. de plant. Aegypti. p. 131.

CXLIII. SCANDIX.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 489.

Umbella subpauciradiata. *Involucrum* subnullum. *Involucellum* subpentaphyllum. *Corolla* universalis difformis, radiata. *Flosculi* disci abortivi. *Petala* inflexo-emarginata:: extimo majori. *Fructus* longus, subulatus, bipartibilis. *Semina* subulata, hinc convexa, sulcata, inde plana.

146. SCANDIX *odorata* seminibus sulcatis angulatis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 368.

Chærophyllum *odoratum* seminibus profunde sulcatis, foliis amplis tripinnatis, mollibus submaculosis. *Lamarck. Encycl.* *p.* 683. *n.* 1. — *Villars. fl. Delph.* 2. *p.* 646. *n.* 7.

Myrrhis odorata. *Allion. fl. pedem.* 2. *p.* 28. *Scopol. fl. Carn. ed.* 2. *n.* 341. — *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 314.

Myrrhis foliis triplicato-pinnatis, mollibus, seminibus sulcatis maximis. *Hall. stirp. helv. n.* 753.

Myrrhis major, Cicutaria odorata. *Tournef. inst. p.* 315. — *Bauh. pin.* 160.

Odorata. *Rivin. pent. irreg.* 56.

Cerefolium hispanicum. *Tabernæmont. p.* 284. *Icon.*

Icon. *Jacqu. fl. Austr. Vol. 5. app. t. 37.* — *Blackw. herb. t. 243.*

Germ. *Aniskerbel. Wohlriechender Kerbel. Welscher Kerbel. Spanischer Kerbel.*

Gall. *Myrrhis odorante, ou musqué.*

Hab. In Helvetiæ, Austriæ, Galliæ, et Hispaniæ montosis subalpinis. Colitur apud nos hinc inde in hortis.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto, Septembri maturat. ♃

Radix fusiformi-cylindrica, prælonga, carnosa, alba, aromatica, suaveolens, dulcis. *Caulis* 2-3 pedalis et longior, erectus, teres, striatus, glaber, articulatus, ramosus. *Ramis* erectis. *Folia* triplicato-pinnata, ampla, alterna, villoso-molliter pubescentia, pallide viridia, sæpe maculis albis fuscisve prædita, *pinnis pinnulisque* lanceolatis, serrulatis. *Vaginæ* late membranaceæ, striatæ. *Umbellæ* caulem ramosque terminantes, simpliciusculæ, sæpe 2-3-7 vel multiradiatæ: *Radiis* longis inæqualibus villosis. *Involucrum* nullum, quandoque unifolium. *Involucellum* quinquephyllum: *Foliolis* 5-7, lineari-lanceolatis, membranaceis, pellucidis, albidis, ciliatis, reflexis, longitudine umbellulæ. *Flosculi* extimi hermaphroditi. *Petala* alba, extimo majori. *Semina* subrostrata, unciam longa, dorso quinquesulcata e nigro fusca, stylis coronata, splendentia.

Pharm. Myrrhidis majoris *s.* Cicutariæ odoratæ *Radix; Herba; Semen.*

Tota planta maxime aromatica, anisum redolens dulcis; nutrientes, incidentes, diureticas, resolventes vires exercet, a medicis nostræ ætatis fere neglecta.

Radix junior, foliaque tenella, hinc inde in cibum cipiuntur. Præcipue Alpicolæ in Pyrenæis jusculis rnis aliisque cibis ea incoqunt. Per plantam contusam centem, extus applicitam, lac in mammis coactum, solvi, testis fui. Seminibus lac augeri nutricibus tum. Hispanis præsertim Catalunis versus Pyrenæos, i planta abundans crescit, domestica et jucunda mecina.

47. SCANDIX *Pecten veneris* seminibus rostro longissimo. *Linn. Syst. veg. p.* 287. — *Pollich. fl. pal. n.* 296.

Chærophyllum *rostratum* seminibus rostro longissimo subvilloso. *Lamark. Encycl. p.* 685.

Myrrhis Pecten veneris. *Allion. fl. pedem.* 2. *p.* 29.

Myrrhis seminis cornu longissimo. *Hall. stirp. helv. n.* 754.

Scandix semine rostrato vulgaris. *Tournef. inst. p.* 326. — *Mapp. fl. Alf. p.* 280. — *Bauh. pin. p.* 152.

Scandix prima. *Tabernæmont. p.* 288. *Icon.*

con. Curtis. fl. Lond. t. 249. — *Jacqu. fl. Austr. t.* 263. — *Oeder. fl. Dan. t.* 844.

erm. Nadelkerbel. Schnabelkraut. Venus-Kamm.

all. Peigne de Venus.

ab. Utrinque in agris, segetibus, vineis, cultis, præsertim calcareo - argillaceis, elevatis, hinc inde non infrequens.

lor. Junio et Julio. *Semina* Augusto maturat. ⊙.

Radix ramoso-fibrosa, tenuis, albida. *Caulis* palmaris, pedalis, erectus, teres, striatus, glabriusculus vel plus minusve villoso-scaber, ramosus. *Folia* alterna, tripinnata: *Pinnulis* tenuissime divisis, laciniis linearibus, angustis, acutis, rariter pilis brevibus obsessis. *Umbella* caulem ramosque terminans, 2-3, rarius uniradiata. *Involucrum* nullum. *Involucellum* 3-5-6-7 phyllum. *Foliolis* lineari-lanceolatis, latiusculis, integriusculis aut superne 2-3 denticulatis. *Umbellulæ* pauciflorae, 7-10 radiatæ. *Flosculi* disci abortivi, minores; Radii: *Petala* exteriora majora, ovato-lanceolata, omnia alba. *Semina* striata, basi subcrassiora, in rostrum subulatum, retrorsum setulis scabrum, bi-triunciale et longius abeuntia.

Obs. Individua in Galliæ et Hispaniæ cultis, vineis, et locis incultis legi: Caulibus foliisque villoso-asperis. Seminibus brevioribus subuncialibus hispidis, et majoribus minus hispidis. Semina horum in horto Carlsruhano botanico culta, reddiderunt plantulas nostralibus omni ex parte simillimas; hinc omni jure Scandix australis Linn. cum nostrate in una specie combinanda erit, quod fecit olim ipse Linnæus in horto Cliffortiano. conf. ej. p. 101. n. 1.

Folia plantæ tenella sapida; dulcescentia, in regionibus præsertim calidioribus Juscula et acetaria ingrediuntur. Olim sub Scandice Italica in pharmaciis tanquam aphrodisiacum nota.

448. Scandix *Cerefolium* seminibus nitidis ovato-subulatis, umbellis sessilibus lateralibus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 386.

Chærophyllum *sativum* seminibus oblongis, lævibus, umbellis subsessilibus, quadri seu quinquefidis. *Lamarck. Encycl. p.* 684. *n.* 10.

Cerefolium foliis glabris, triplicato-pinnatis, lobulis obtufis. *Hall. ftirp. helv. n.* 747.

Chærophyllum *Cerefolium. Roth. fl. germ.* 2. *p.* 320. — *Crantz. Auftr. p.* 191.

Chærophyllum fativum. *Tournef. inft.* 314. *Bauh. pin.* 152.

Chærophyllum primum. *Tabernæmont. p.* 283. *Icon.*

Icon. Jacqu. fl. Auftr. Vol. 4. *t.* 390. — *Regnault. bot.* — *Blackw. herb. t.* 236. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 73.

Germ. Kerbelkraut. Gartenkerbel.

Gall. Cerfeuil cultivé. Cerfeuil.

Hab. Paffim in ruderatis, cultis, vineis, hortis, ad fepes et fylvarum margines prope pagos, quafi fpontanea. Forfan exoticæ originis.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Augufto, Septembri maturat. ⊙ ♂

Radix fufiformis, apice fubfibrofa. *Caulis* 1-3 pedalis, erectus, fubangulato-teretiusculus, ftriatus, geniculatus, glaber, ramofo-dichotomus. *Ramis* alternis, erecto-patentibus, inferne fubvillofis. *Folia* alterna, petiolata, glabra, tenera, duplicato-pinnata: *Pinnis* remotiusculis. *Foliolis* ovatis, incifo-pinnatifidis, acutiusculis. *Petioli* fubamplexicaules, vaginati, margine membranacei, fubciliati. *Umbellæ* terminales, lateralesque fubfeffiles, 4-5-6 radiatæ. *Involucrum* nullum. *Involucellum* 2-3 phyllum: *Foliolis* lineari-lanceolatis, ciliatis, reflexis, parvis. *Corollarum* petala fubæqualia, exteriora

reliquis majuscula. *Semina* subulata, glab
obsoletissime angulata; hinc sulco longitudi
excavata, nigra.

Pharm. CEREFOLII *Herba recens; Semin*

Herba in culinis notissima. Foliis jusculæ et ol
sapidiora redduntur.

Succus recens expressus, leniter resolvens, di
tiens, aperiens; hinc tussientibus, obstructione al
laborantibus, hydropicis sæpius verum solatium.

CXLIV. CHÆROPHYLLUM

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 490.

Umbella multiradiata, patens. *Involucr*
nullum. *Involucellum* subpentaphyllum: *f*
liolis reflexis. *Corolla* universalis subuniform
Flosculi disci sæpe abortivi. *Petala* infle
cordata, integra aut bifida, exteriora pa
majora. *Fructus* oblongus, acuminatus, læv
bipartibilis. *Semina* oblonga, superne attenu
hinc convexa, inde plana.

Nota. FRUCTUS figura variat.

449. CHÆROPHYLLUM *sylvestre* ca
le striato, geniculis tumidiusculis. *Li*
Sp. plant. 1. *p.* 369. — *Pollich. fl. pal*
n. 298.

Chærophyllum *sylvestre* seminibus lævib
caule striato, geniculis tumido, foliol
acutis. *Lamarck. Encycl. p.* 684. *n.* 8.

Cerefolium foliis triplicato-pinnatis, ac
dentatis, glabris, nervis hirsutis. *Ha*
stirp. helv. n. 748.

Chærophyllum ſylveſtre perenne, Cicutæ folio. *Tournef. inſt. p.* 314. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 76.

Cicutaria vulgaris. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 181.

Icon. Jacqu. fl. Auſtr. t. 149. — *Curtis. fl. Lond. t.* 273. — *Schkuhr. bot Handb. t.* 73.

Germ. Wilder Kälberkropf. Wilder Körbel. Wieſenkörbel. Pfeifenkraut.

Gall. Cerfevil ſauvage.

Hab. Utrinque in pratis, pomariis, præſertim in gramineis hortis pinguibus ad pagos paſſim nimis abunde.

Flor. Majo, Junio, Julio. *Semina* Julio et Auguſto maturat. ♃

Radix fuſiformis, extus pallide flavescens, intus albida. *Caulis* 2 - 3 pedalis et altior, erectus, teres, ſulcato - ſtriatus, geniculatus, fiſtuloſus, ramoſus, plerumque villoſus, quandoque glabriusculus, geniculis ſubincraſſatis, ſubpubescentibus. *Folia* multiplicato - pinnata, glabriuscula vel villoſula, ſumma ſeſſilia, ſuboppoſita. *Vaginæ* ſtriatæ, glabriusculæ, dorſo et margine pubescentes, vel hirſutæ. *Umbellæ* caulem ramosque terminantes, multiradiatæ, majusculæ, e convexo - planiusculæ. *Involucrum* nullum, ſeu 3 - 4 phyllum, caducum. *Involucellum* 5 - 6 - 7 phyllum: *Foliolis* lanceolato - acuminatis, concavis, margine ciliatis, erectis, demum deflexis. *Petala* integra, alba, irregularia. *Semina* oblonga, acuminata, glabra, non ſtriata, nitida, nigra.

Pharm. CICUTARIÆ *Herba.*

Planta hodie in medicina fere exoleta.

Lucretius: „Agrestes docuere
cutas."

Ubi abunde occurrit solum fertile
dicat, in pratis tamen diminuenda, pe

450. CHÆROPHYLLUM *bull*
le lævi geniculis tumido basi
Syst. veg. 288. — *Pollich. fl*

Myrrhis radice bulbosa, caule i
superne lævi, foliis triplicat
acute incisis. *Hall. stirp. he*

Scandix *bulbosa*. *Roth. fl. ger*

Myrrhis tuberosa nodosa, co
Tournef. inst. p. 315. — *Mo*
302. *Sect.* 9. *tab.* 10. *fig.* 1. -
Alf. p. 207.

Myrrhis fœtens. *Rivin. pent.* i

Myrrhis prima. *Tabernæmont.*

Cicutaria pannonica. *Clus. hi*

Flor. Junio, Julio, Augusto. *Semina* Augusto, Septembri maturat. ♂

Radix bulbosa, ovata, carnosa, albida. *Caulis* 4-5-7 pedalis, erectus, teres, substriatus, articulatus, fistulosus, ramosus, crassiusculus, læte viridis, punctis sæpe maculisque ferrugineis rubellisve aspersus: articulis infimis hirtis, superioribus tumidis, incrassatis, glabris. *Folia* vaginantia, alterna, multiplicato-pinnata. *Pinnulis* pinnatifidis, incisis, acutis, supra glabris, inferne cum petiolis pilis albidis rarioribus adspersis, læte viridibus. *Umbellæ* caulem ramosque terminantes, multiradiatæ, convexiusculæ, mediocres. *Involucrum* subnullum, quandoque unifolium. *Involucellum* 3-4-5 phyllum: *Foliolis* lanceolatis, inæqualibus. *Petala* bifida, inflexo-cordata, inaequalia, albida. *Semina* oblonga, longitudinaliter profunde striata, stylis apice coronata.

Radix esculenta; ex deciduis seminibus nova plantula autumno enascitur, cujus radix proximo vere parvulum napum sistit, carnosum, albidum, insipidum et dulcem, qui foliis novellis interioribus non abcissis coronatus in foro Viennensi oleraceo, vendi solet, edique coctus cum oleo et aceto instar Lactucæ. Jacqu. l. c. p. 40.

Frequentem tamen ejus pro cibo usum, non sine noxa esse, et capitis gravedinem doloremque inducere se expertum esse, affirmat. Clusius l. c.

451. CHÆROPHYLLUM *temulum* caule scabro, geniculis tumidis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 370. — *Pollich. fl. pal. n.* 300.

Chærophyllum *temulum* caule geniculis tumido, foliolis ovatis, obtusis, umbellis ante florescentiam cernuis. *Lamarck. Encyclop. p.* 684. *n.* 9.

Chaerophyllum caule maculato geniculis tumidis. *Linn. hort. Cliff. p.* 102. n. 4.

Myrrhis foliis hirsutis, laciniis obtusis, caule geniculato. *Hall. stirp. helv. n.* 7...

Scandix temula. *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 31...

Myrrhis annua semine striato, laevi. *Tourn. inst. p.* 315. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 207. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 304. *Sect.* 9. *t.* 10. *f.* 7.

Myrrhis. *Rivin. pent. irreg. t.* 48.

Cerefolium sylvestre. *Tabernaemont. p.* ... *Icon.*

Icon. Curtis. fl. Lond. — *Jacqu. fl. Austr. t.* 65. — *Oeder. fl. Dan. t.* 918.

Germ. Taumelkörbel. Gefleckter Körbel.

Gall. Cerfevil penché.

Hab. Utrinque in dumetis et ad sepes, nec non in locis asperis lapidosis hinc inde frequens.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto, Septembri maturat. ♂

Radix fusiformis, apicem versus fibrosa, extus dilute flavescens, intus albida. *Caulis* 2-3 pedalis et altior, erectus, teres, substriatus, inferne subsulcatus, purpureo maculatus, piloso-scabriusculus, geniculatus: geniculis tumidis, ramosus. *Folia* alterna, vaginantia, inferiora petiolata, superiora sessilia, hirsuta, duplicato-pinnata: *Pinnulis* subovatis, lobato-incisis, obtusis. *Vaginae* sulcato-striatae, hirsutae, scabrae, saepe fuscae. *Umbellae* caulem ramosque terminantes, ante efflorescentiam nutantes, multiradiatae, convexo-planiusculae, medio-

es. *Involucrum* fubnullum, aut 1-2-3 phyllum, ducum. *Involucellum* 5 - 8 phyllum: *Foliolis* ato - lanceolatis ciliatis. *Flosculi* disci plemque abortientes. *Petala* femibifida, alba, flosculis exterioribus inaequalia, extimo mare, *Semina* ovato - oblonga, furfum attenuata, bba, quinquefulcata, laevia, ftylis erectis aedita, nigro - grifea.

Planta fufpecta, omnino venenata.

b f. Sæpe a pharmacopœis ob caules maculatos pro Conio maculato, ad Extractum Cicutæ adhibetur. quæ facile quidem a Cicuta terreftri: Caulibus foliisque hirfutis, feminibus longe aliis, diftinguitur.

52. Chærophyllum *hirsutum* caule æquali, foliolis incifis, acutis, fructibus biariftatis. *Linn. Syft. veg. p.* 288.

Chærophylllum *paluftre* fructibus fulcatis, apice biariftatis, foliis tripinnatis, foliolis lato - lanceolatis, incifis, ferratis, acutis, involucro univerfali fubunifolio. *Lamark. Encyclop. p.* 683. *n.* 3.

Chaerophyllum *hirsutum* foliis bipinnatis, foliolis oblongis, acuminatis, ftriatis, pinnatifidis, petalis cordatis, caule hirfuto. *Villars. fl. Delph.* 2. *p.* 644. *n.* 5.

Scandix hirfuta. *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 315. *Scopol. fl. Carn. ed.* 2. *n.* 350.

Myrrhis radice prælonga, foliis triplicato-pinnatis, acutis, feminibus cylindricis. *Hall. ftirp. helv. n.* 751.

Myrrhis paluftris latifolia, alba et rubra. *Tournef. inft. p.* 315. — *Mapp. fl. Alf. p.* 208. *n.* 1. 2.

Chærophyllum *Cicutaria* foli
foliolis cordato - oblongis i
emarginatis, caule glabro.
Delph. 2. *p.* 644. *n.* 4.

Chaerophyllum *paluſtre* a gl
marck. *l.* *c.*

Icon. a. *Jacqu. fl. Auſtr. t.* 148.

Germ. *Sumpf-Kälberkropf.* *H*
berkropf. *Bergwieſen-Kälberk*

Gall. *Cerfevil velue.*

Hab. In pratis montoſis, ſubalpin
riguis, ad ſcaturigines, rivul
mos *auf dem Kaltenbrunn*, *de*
ſe, *auf dem Blättie*; in convalli
lerthal, *im Oppenauerthal*, pro
ligen et alibi non infrequens.
viatu ſuperiore ad rivulos in
Schweighof, *Sirnitz* et *Mar*
In Alſatiae monte *Ballon*, ci

Radix multiceps, prælonga, extus nigro-fusca, intus alba, aquosa. *Caules* e radice plures, 1-2-3 pedales, quandoque incurvati, adscendentes, teretes, æquales, striati, fistulosi, crassiusculi, succulenti, transparentes, dilute et aquose virentes, quandoque purpureo-mixti, pilis albidis longioribus prædīti, superne ramosi. *Folia* infima longe petiolata, subbiternata: *Foliolis* oblongis, pinnatifidis, argute serratis, latiusculis, acutis, superne glabris, aquose viridibus, inferne venosis: venis pilosis; superiora rameaque sessilia. *Vaginæ* amplexicaules, latæ, margine membranaceæ, nervosæ, aquosæ, albido ciliosæ. *Umbellæ* caulem ramosque terminantes, multiradiatæ, densæ, convexiusculæ, majusculæ, ante anthesin nutantes. *Involucrum* sæpe nullum, quandoque monophyllum. *Involucella* 5-7-9 phylla: *Foliolis* late-lanceolatis, margine membranaceis, albidis, ciliatis, patentibus, demum reflexis. *Petala* margine ciliata, irregularia, extimo majore, longiore, albida, seu ex albido-rubella. *Semina* subcylindrica, sulcata, stylis elongatis coronata.

Obs. Caulibus et petiolis aquosis diaphanis facile dignoscitur.

Nota. Cl. Mappus hanc citat prope Argentinam bey der Lohmühl oberhalb der Stadt, ad fossulas in der Ruprechtsau, nec non auf dem Kronenburger et Judenthor-Wall, ubi autem vix unquam reperta est. Sed hodie quidem Chærophyllum sylvestre in dictis locis provenit, quod nescio an Mappus pro hirsuto sumserit.

453. CHÆROPHYLLUM *aureum* caule æquali, foliolis incisis, feminibus coloratis sulcatis muticis. *Linn. Syst. veg. p.* 288. — *Pollich. fl. pal. n.* 301.

Scandix aurea. *Roth. fl. germ. 2. p.* 319.

Cerefolium foliis hirsutis, petalis cordatis, seminibus obscure striatis. *Hall. stirp. helv. n.* 749.

Myrrhis alba minor foliis hirsutis. *Moris. hist.* 3. *p.* 301. *Sect.* 9. *t.* 10. *f.* 2.

Myrrhis perennis alba minor foliis hirsutis, semine aureo. *Tournef. inst. p.* 315. – *Rupp. fl. Jen. p.* 282. *t.* 5.

Icon. Jacqu. fl. Austr. t. 64.

Germ. Goldgelber Kälbersaamen.

Gall. Cerfevil a fruits jaunes.

Hab. In Palatinatu transrhenano prope *Alzey* in pago *Daudernheim* ad sepes, ubi post *Pollichium* vidi; circa *Speyer* ad viam versus *Germersheim* in aggeribus abunde, teste *Pollichio*. In *Sponhemia* in montosis dumetosis prope *Martinstein* et *auf der Abtey* vidi. In regione Basileensi ad viam inter *Wallenburg* et *Langenbruck*, prope *Diegten* nuperrime legit *Zeyherus*. In Principatu superiore in dumetosis prope *Hohenklingen*, *Klingenzell*, nec non *im Hegäu* ad Castellum *Hohentwiel*, et *auf dem Hohen-Egen* prope *Engen* nuper vidi.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ♃

Radix ramosa, crassiuscula, fibrosa, extus fusca, intus alba. *Caulis* 2 - 3 pedalis et altior. erectus, subangulatus, striatus, articulatus, glabriusculus, inferne villis raris præditus, fusco vel purpureo-maculatus, medulla farctus, ramosus. *Ramis* erectis subdivisis. *Articuli* tumidi. *Folia* infima superioribus majora, petiolata,

:plicato-pinnata, circumscriptione triangula-ı, pallide viridia, villosiuscula, ampla. *Folio-* ovato-lanceolatis, incisopinnatifidis, acutis, :tremis longe confluentibus. *Petioli* inferne embranacei, vaginantes, villoso-albidi; su-:riora rameave minora, subsessilia. *Umbellæ* ıulem ramosque terminantes, multiradiatæ, ·ectæ, mediocres, planiusculæ. *Involucrum* ıllum, quandoque monophyllum, lineare, ırvum. *Involucellum* subquinquephyllum: *Fo-*ɔ*lis* 5-7 lanceolatis acutis, margine villosis ıtentibus, demum reflexis, longitudine um-:llulæ. *Umbellulæ* multiradiatæ. *Flosculi* co-osiores, imperfecti, steriles; radiantes 2-4, :rmaphroditi, fertiles. *Petala* subbifida, inæqua-ı, extima majora alba. *Semina* oblonga, ob-ıßuscula, hinc concava, sulco exarata, illinc ɔnvexa, costulis longitudinalibus quatuor ele-ıtis, obtusis exarata, glabra, e viridi lutes-:ntia, vel pallide fusco-purpurea, quatuor neas longa.

b ſ. Planta in horto culta, fere omnem hirsutiem villositatemque exuebat.

Semina in individuis nostratibus, ut et in aliis in Hispania et Gallia meridionali passim observatis, aurea illa flavedine destituta sunt.

Nota. Non confundenda cum Chærophyllo sylvestri. Linn.

CXLV. IMPERATORIA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 491.

Umbella multiradiata. *Involucrum* subnul-ım. *Involucellum* 1-2-3 phyllum: *foliolis* ·nuissimis. *Corolla* universalis uniformis. *Flos-*

culi omnes fertiles. *Petala* inflexo-cordata, subaequalia. *Fructus* subrotundus, compressus, marginatus, dorso tricostatus, bipartibilis. *Semina* compressa, margine membranacea, hinc plana, inde tribus costis acutangulis, non alis notata.

454. IMPERATORIA *Ostrutium.* Lin. Sp. pl. 1. p. 371. — Hall. stirp. helv. n. 805.

Selinum *Imperatoria* foliis tripartito-divisis et subdivisis; floralibus oppositis. *Crantz Austr.* 174. — Roth. fl. germ. 2. p. 337.

Imperatoria major. *Tournef. inst.* p. 317. *Moris. hist.* 3. p. 278. *Sect.* 9. *t.* 4. *f.* 1.

Magistrantia, vel Imperatoria. *Camerar. Epitom.* p. 532.

Imperatoria. *Tabernæmont.* p. 238. (*Icon bona.*)

Icon. Regnault. bot. — *Schkuhr. bot. Handb.* t. 74.

Germ. Meisterwurz. Kaiserwurz. Magistranz. Ostriz.

Gall. Imperatoire.

Hab. In Austriae, Helvetiae, Italiae, Galliae montosis et alpibus. Colitur passim in rusticorum hortis et vineis.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri maturat. ♃

Radix fusiformi-tuberosa, extus sulcato-annulata, fusca, intus carnosa, ex rubello-

albida, ex capite emittens ramos undique protuberantes, fusiformi - teretes, geniculatos, albidos, erectos, proliferos. *Caulis* sesquipedalis et altior, erectus, teres, striatus, glaber, geniculatus, simpliciusculus, quandoque ramo uno alterove præditus. *Folia* infima longe petiolata, trifoliata; *Foliolis* subtripartitis, vel ad medium trilobis, inæqualiter serratis, glabris, supra saturate viridibus, subtus pallidioribus. *Petioli* basi late vaginati, striati, glabri, margine membranacei. *Umbella* caulem terminans, multiradiata, majuscula, plano-convexa. *Involucrum* subnullum. *Involucella* 3 - 8 phylla. *Foliolis* lineari-setaceis, angustissimis, longitudine umbellulæ. *Corollarum petala* subæqualia, alba, ante explicationem extus subrubella.

Obs. In Pyrenæo monte Canigou, Pico de la Palmeta et aliis passim, vidi exemplaria, multo minora, foliolis angustioribus, tenuioribus, quæ est Imperatoria pyrenaica, tenuifolia. Tournef. inst. p. 317.

Pharm. IMPERATORIÆ *Radix; Herba.*

Radix recens dissecta, centro medullari amplissimo, orbiculato, peripheria rubello - punctata, annulata, punctulis lac sublutescens, acre, amarum fundentibus.

Masticata aromatica, amariuscula, acris; vires exercet maxime incidentes, resolventes, antisepticas.

Vera hinc inde ab antiquissimis temporibus rusticorum in multis morbis præsertim a refrigerio ortis, panacea.

Hodie certe a medicis nostratibus nimis neglecta; præsertim in morbis mucosis, in arte veterinaria præstans.

Obs. In Pyrenæis Infusum radicis calidum, in affectibus colicis, quæ a refrigerio sæpe contrahuntur, summo cum fructu adhibent.

culi omnes
ſubæqualia.
marginatus,
mina compr
plana, inde tr
notata.

454. IMPER
Sp. pl.
805.

Selinum *Imp*
et ſubdivi
Auſtr. 17

Imperatoria
Moriſ. hiſt.

Magiſtrantia ve
tom. p. 532.

Imperatoria.
bona.)

Icon. Regnault. b
t. 74.

Germ. Meiſterwurz.
Oſtriz.

Gall. Imperatoire.

Hab. In Auſtriae,
montoſis et alpib
ſticorum hortis et

Flor. Julio, Augu
maturat. ♃

Radix fuſiformi-
annulata, fuſca, int

In monte *Wafferfall* ubi nuperrime ad-
c legit *Zeyherus*.

Julio, Augufto. *Semina* Septembri ma-
rat. ♃

adix ramofa, albida. *Caulis* fesquipeda-
pedalis et altior, erectus, teres, ftriatus,
folidus, dilute viridis, valde ramofus.
fparfis, patenti – erectiusculis fubdicho-
Folia inferiora tripinnata, alterna, pe-
fuprema ternata: *Foliolis* linearibus,
ngufiis, læte viridibus, fupremis magis
is. *Petioli* membranacei, bafi amplexi-
ftriati, glabri. *Umbellæ* caulem ramos-
minantes, convexæ, mediocres, multi-
Radiis erectis inæqualibus 9 ad 21.
um nullum, fæpe 2 - 3 - 5 phyllum:
fetaceis, brevibus. *Involucellum* poly-
fetaceum, breve. *Umbellulæ* denfæ,
fæ. *Flosculi* omnes fertiles. *Petala*
uminata, æqualia, apice inflexa, alba.
vata, parva, hinc plana, illinc con-
nata, cinereo – fuscescentia.

erto planta Jacquini l. c. Ipfe in Hort.
. vol. 3. p. 2. dicit Sefeli montanum
effe.

ta in horto botanico Carlsruhano culta
tiffima permanfit.

SELI *glaucum* petiolis ramifer
branaceis oblongis integris: folio
aribus binatisque canaliculatis,
petiolo longioribus. *Linn.*
p. 372. — *Villars. fl. Delph.* 2
4. — *Goüan. Illuftr.* p. 17. n.
tiolis ramiferis membranaceis

Radix ſiccata in amuleto contra oculorum, palpebrarumque rubedinem apud monticolas noſtrates, qui plantam in hortis colunt, maxime in uſu eſt.

In caſei raſilis Glaronenſium fabricam recipitur. Gesner. op. lact. p. 179.

CXLVI. SESELI.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 492.

Umbella multiradiata, rigidiuscula. *Umbellula* ſubgloboſa, multiradiata. *Involucrum* ſubnullum. [illegible] c[illegible] *n* 1 - 3 phyllum, lineare. *Corolla* [illegible] mis. *Flosculi* omnes fertiles. [illegible] *a*[illegible] xo - cordata, ſubæqualia. *Fructus* ovatus, ſtriatus, parvus, bipartibilis. *Semina* ovata, hinc convexa, ſtriata, inde plana.

455. Seseli *montanum* petiolis ramiferis membranaceis oblongis integris, foliis caulinis anguſtiſſimis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 372. — *Villars. fl. Delph.* 2. *p.* 583. *n.* 5. — *Goüan. Jlluſtr. p.* 17. *n.* 6.

Seſeli multicaule. *Jacqu. hort. Vind. vol.* 2. *p.* 59.

Fœniculum ſylveſtre elatius ferulæ folio longiori. *Tourneſ. inſt. p.* 311.

Saxifraga montana minor Italica vel Gallica longiore folio. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 272. *n.* 2.

Icon. Jacqu. l. c. t. 129.

Germ. Berg - Seſel.

Gall. Seſeli des montagnes.

Hab. In monte *Wasserfall* ubi nuperrime adhuc legit *Zeyherus*.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri maturat. ♃

Radix ramosa, albida. *Caulis* sesquipedalis, bipedalis et altior, erectus, teres, striatus, glaber, solidus, dilute viridis, valde ramosus. *Ramis* sparsis, patenti-erectiusculis subdichotomis. *Folia* inferiora tripinnata, alterna, petiolata, suprema ternata: *Foliolis* linearibus, acutis, angustis, læte viridibus, supremis magis elongatis. *Petioli* membranacei, basi amplexicaules, striati, glabri. *Umbellæ* caulem ramosque terminantes, convexæ, mediocres, multiradiatæ: *Radiis* erectis inæqualibus 9 ad 21. *Involucrum* nullum, sæpe 2-3-5 phyllum: *Foliolis* setaceis, brevibus. *Involucellum* polyphyllum, setaceum, breve. *Umbellulæ* densæ, subglobosæ. *Flosculi* omnes fertiles. *Petala* ovato-acuminata, æqualia, apice inflexa, alba. *Semina* ovata, parva, hinc plana, illinc convexa, striata, cinereo-fuscescentia.

Obs. Est certo planta Jacquini l. c. Ipse in Hort. Vind. vol. 3. p. 2. dicit Seseli montanum Linn. esse.

Planta in horto botanico Carlsruhano culta, constantissima permansit.

456. Seseli *glaucum* petiolis ramiferis membranaceis oblongis integris: foliolis singularibus binatisque canaliculatis, lævibus, petiolo longioribus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 372. — *Villars. fl. Delph.* 2. *p.* 582. *n.* 4. — *Goüan. Illustr. p.* 17. *n.* 7.

Seseli petiolis ramiferis membranaceis ob-

[illegible]tis, integris, foliolis filiformibus, pe[illegible] longioribus. *Gerard. fl. gallopr. p.* [illegible], *n.* 3.

Seseli *osseum* caule alto ramoso patente, geniculis osseis, ramis et semine striis argenteis. *Crantz. Austr. p.* 207.

Fœniculum sylvestre glauco folio. *Tournef. inst. p.* 311.

Daucus glauco folio, similis fœniculo tortuoso. *Bauh. hist.* 3. *p.* 16. *Icon.*

Icon. Jacqu. fl. Austr. vol. 2. *t.* 144.

Germ. Graulichter Sesel.

Gall. Seseli glauque.

Hab. In montosis herbidis lapidosis siccis. In colle circa Patibulum Montbellgardense, teste *Joh. Bauhino.*

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri maturat. ♃

Præcedenti speciei affinis, a qua distinguitur Caulibus foliisque ex cinereo-glaucis, superioribus simplicioribus, basi calloso-articulatis.

Obs. Variationes omnino intermediæ inter hanc et præcedentem speciem in regionibus Galliæ et Hispaniæ calidioribus occurrunt. hinc mihi videtur non vere diversa esse a S. montano. Linn.

457. Seseli *annuum* petiolis rameis membranaceis ventricosis emarginatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 375. — *Villars. fl. Delph.* 2. *p.* 585. *n.* 6. — *Gouan. Illustr. p.* 15. *n.* 2.

Seseli foliis linearibus, triplicato-pinnatis, caule vaginoso. *Hall. stirp. helv. n.* 762.

Fœniculum fylveftre annuum Tragofelini odore, umbella alba. *Vaillant. bot. parif. p.* 54. *t.* 9. *f.* 4.

Fœniculum fylveftre humilius Peucedani folio. *Tournef. inft. p.* 109. — *Mapp. fl. Alf. p.* 109.

Pimpinella tenuifolia. *Rivin. pent. irreg. t.* 83.

con. Jacqu. fl. Auftr. 1. *t.* 55.

erm. Einjähriger Sefel.

all. Sefeli annuelle.

ab. In pascuis fabulofis afperis ficcis Rheno vicinis prope *Dachsland*, *Schröck*, *Knielingen*, *Kehl* et alibi. In Alfatia circa Argentinam paffim, prope *Offwald auf der Nachtweide.* In vinearum collibus afperis cis et transrhenanis paffim. In monte *Krenzachenfi.* In Principatu fuperiore prope *Conftanz*, *Mörsburg* et *Ueberlingen* in collibus afperis.

lor. Augufto, Septembri. *Semina* Octobri maturat. ⊙ ♂

Radix fufiformis, dura, extus fufco-nigrians, intus ex luteo albida. *Caulis* palmaris, edalis, fesquipedalis et altior, erectus, verfus idicem fæpe tortuofo-incurvatus, teres, ftriais, glaber, glaucus, quandoque viridis, inrne rubellus, folidus, durus, ramofus: *Rami* ternis patenti-erectis, fimpliciusculis, ftriatis, ipremo caulem fæpe excedente. *Folia* infeora longe petiolata, triplicato-pinnata; fupeora alterna, vaginantia, feffilia, bipinnata: *oliolis* linearibus, acutis, inferioribus parum tioribus, omnibus glabris è glauco-viridibus.

Vaginæ late membranaceæ. striatæ, glabræ viridi purpureo, caulem ramosque amplectentes, subventricosæ. *Umbellæ* caulem ramosque terminantes, multiradiatæ, convexæ, mediocres. *Radiis* 10 - 23 inæqualibus, striatis. *Involucrum* nullum, quandoque monophyllum, breve. *Involucellum* polyphyllum: *Foliolis* lineari - acuminatis, margine membranaceis, albidis; exterioribus umbellulas semper superantibus. *Flosculi* fertiles. *Petala* ex albido - dilute rubentia, quandoque tota alba.

Obf. Planta pro diverſo loco natali altiore et deſiore, aprico, dumetoſo, aſpero, ſicco et humuſculo, maxime varians, facillime ſemper diſtinguitur: Involucellorum foliolis exterioribus umbellulas ſuperantibus.

Nota. Ad hanc ſpeciem pertinent Seſeli tortuoſum Pollichii, Hoffmanni, Willdenowii ut et Sium tortuoſum Rothii.

Seſeli enim tortuoſum Linn. genuinum in Gallia meridionali nec non in Cataloniæ, Arragoniæ et regni Valentini collibus a me lectum differt a planta germanica noſtrate. Caulibus rigidis, a radice ramoſis. Ramis rigidis tortis,internodiis multo brevioribus. Involucellis polyphyllis, omnibus umbellula brevioribus. Odore demum et ſapore inſigniter aromatico. Radice perenni.

Acutiſſimus Schkuhr. Handb. der Botanic. 1. p. 216. Seſeli annuum. Linn. non ejus variationem in locis demiſſioribus provenientem Seſeli dubii titulo deſcripſit. Seſeli autem tortuoſo ſine dubio ex Pollichio recepto, noſtram eandem plantam comprehendit.

Fœniculum tortuoſum. Joh. Bauh. 3. p. ſeu Seſeli tortuoſum Linn. Mappus ſylvas Hunningenſes circa Michelfeldam in montes Sundgoviæ delegat, ubi ſi eum dies, reperit Joh. Bauhinus. Hic autem p

nullam mentionem de locis citatis fecit; itaque planta a Mappo in fl. Alfatica p. 110 allegata, delenda est.

458. Seseli *Hippomarathrum* involucellis connato-monophyllis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 374.

Sium Hippomarathrum. *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 338.

Sefeli articulatum involucro pelviformi. *Crantz. Auftr. p.* 205.

Hippomarathrum. *Rivin. pent. irreg.* 66. — *Mapp. fl. Alf. p.* 146.

Saxifraga pannonica. *Cluf. hift.* 2. *p.* 196.

Icon. Jacqu. fl. Auftr. t. 143. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 75.

Germ. Pferde-Sefel.

Gall. Sefeli pelviforme.

Hab. In montofis faxofis apricis retro *Baden* et *Lichtenthal* rarius. In Alfatia, retro *St. Ottilien* in montofis afperis.

Flor. Julio. *Semina* Septembri matura. ♃

Radix ramofa, prælonga, extus-fusco-lutea, intus albida, fuperne multiceps, capillata. *Caules* é radice plures, pedales, fesquipedales, erectiusculi, teretes, tenues, ftriati, glauci, glabri, firmi, folidi, ramofi: *Ramis* patenti-erectis. *Folia* radicalia, caulinaque infima duplicato-pinnata: *Pinnis* primis trifidis, linearibus, glaucis; fuprema folia nulla, eorum loco tantum vagina membranacea. *Umbellæ* caulem ramosque terminantes, multiradiatæ, convexi-

usculæ, mediocres. *Involucrum* nullum, qu doque unifolium. *Involucellum* monophyllu pelviforme, margine dentato-crenatum, fi foliolis in unum connatis, umbellula brevio bus. *Petala* subæqualia, alba, rarius diluta bella, patula. *Semina* ovato-oblonga, obtu vel acuta, hinc plana, illinc quinquefulca pallide fusca.

Nota. Facillime Involucellis pelviformibus c natis dentato-crenatis distinguitur.

CXLVII. PASTINACA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 494.

Umbella multiradiata, plana. *Involuc* fubnullum. *Corolla* universalis uniformis. I *culi* omnes fertiles. *Petala* lanceolata, involu lutea. *Fructus* ellipticus, compresso-pl bipartibilis. *Semina* elliptica aut obovat liaceo-compressa, dorso subconvexa, le tristriata, inde plana.

459. PASTINACA *sativa* foliis simpl pinnatis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 37 *Pollich. fl. pal. n.* 303. — *Hall. stirp n.* 808.

Selinum Pastinaca. *Crantz. Austr.* 1(*Roth. fl. germ.* 2. *p.* 359.

Pastinaca *sylvestris* foliis simpliciter pi hirsutis. *Mill. dict. n.* 1.

Pastinaca sylvestris latifolia. *Bauh. pin Mapp. fl. Alf. p.* 232.

Elaphoboscum sativum primum. *Tab mont. p.* 198. *Icon.*

n. *Schkuhr. bot. Handb. t.* 76.

m. *Wilder Pastinak. Pasternak.*

l. *Panais sauvage, ou cultivée.*

. Utrinque in ruderatis, ad vias, sepes, grorum margines, prata frequens.

. Julio, Augusto. *Semina* Septembri maurat. ♂

Radix fusiformis, carnosa, albida, centro illari orbiculato seu angulato, striis radius prædito. *Caulis* 2-3-4 pedalis et altior, us, sulcato-angulosus, plus minusve hir-, crassiusculus, ramosus. *Folia* alterna, antia, scabriuscula, subhirsuta, pinnata. *lis* semitrilobis, obtusis, dentato-serratis, ri trilobo. *Umbellæ* caulem ramosque nantes, multiradiatæ, majusculæ, planæ. *'a* lutea.

rm. PASTINACÆ *Radix; Semina.*

lantæ cultæ radices crassiores succosiores, dulutrientes, edules.

ale vero audit vetusta vel annosa h. e. quæ post patium hieme evellitur. Trew. in Comm. No-1740. p. 390. Hæc delirium et insaniam contrain Anglia existimatur, adeo ut nomine Madh. e. Pastinacarum insanarum eam nuncupent. nist. pl. 1. p. 410. Id quod relati hinc inde canfirmare videntur. Namque inter alia vertigo, turbulenta, ardor ingens ventriculi et oris; um quoque labiorumque intumescentia inde ormprantur. Constantius de Rebecque Med. et. prodr. Obs. 51. p. 73. Eisdem malis, cum is nisu et insigni corporis æstu correptæ duæ faquæ radicibus vescebantur ab una eademque mumtis. Albrecht. in Eph. N. Cur. Dec. 3. 2. p. 321. Nec pœnitebit legisse, quæ Cameis retulit in Act. Nat. Cur. Vol. 1. p. 247.

Stupefacientis quoque effectus radicis Pastinaca per hiemem in terra hospitata erat, meminit JIk' kard vermischt. med. Schriften. 1. p. 75

An hæc omnia ex Pastinaca? An forsitan a radice, ut Hyoscyami nigri, quæ facile pro Pa ca, antequam folia progerminaverunt sumi poten

Semina aromatica, odorata, incidentia, di ca, carminativa.

Ex floribus apes mel legunt.

Planta a pecoribus non tangitur, pratis noxi cundo anno antequam femina maturescant, pos viam eradicanda. Schreb. Samml. 3. p. 63.

CXLVIII. ANETHUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 496.

Umbella multiradiata. *Involucrum* et *i lucellum* nullum. *Corolla* universalis unifo *Flosculi* omnes fertiles. *Petala* nigra, in ta, brevissima, lutea. *Fructus* ovato - o gus, striatus, gibbus, parvus, bipartibili *mina* ovato-oblonga, hinc convexa, quir striata, inde plana.

460. ANETHUM *Fœniculum* fruc ovatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 377.

Ligusticum *Fœniculum. Roth. fl.* 2. *p.*

Fœniculum. *Hall. stirp. helv. n.* 76 *Rivin. pent. irreg. t.* 61.

Fœniculum vulgare germanicum. *Tou inst. p.* 311. — *Bauh. pin.* 146.

Fœniculum secundum. *Tabernæm. p.* 1

:on. *Regnault bot.* — *Blackw. herb. t.* 288.

erm. *Fenchel.*

all. *Fenovil commune. Anete fenovil.*

'ab. In collibus calcareo - argillaceis vinearum, ad muros, vias et margines vinearum quasi spontanea hinc inde frequens.

'lor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ♃

Radix fusiformis, alba; annosior ramosa. *'aules* e radice plures, 3 - 4 - 7 pedales et altioes, erecti, crassiusculi, teretes, striati, geniulati, ramosi, undique rore glauco obsessi. *'olia* petiolata, alterna, diffusa, glabra, ampla, ıpradecomposita. *Pinnulis* ramosis, dichotoıis, longis, filiformibus, acutis, supra sulco ongitudinali, subtus striis tribus notatis. *Peioli* teretes, striati, ad caulem vaginati. *Vainæ* cylindricæ, concavæ, sulcatæ, basi amlexicaules. *Umbellæ* caulem ramosque terminantes, nudæ, glabræ, multiradiatæ, amplæ, ıbconcavæ. *Involucra* et *Involucella* nulla. *'etala* apice involuta, lutea.

harm. FOENICULI VULGARIS *Radix; Herba; Semen.*

Radix cum tota planta, aromatica, trita fragrans, ata, dulcescens, incidens, aperiens, resolvens.

Herbam contusam mammis inflammatis imponunt ac inde mulierculæ nostrates.

Umbellæ Cucumeribus cum aceto condiendis freıenti in usu sunt.

Semina magis fragrantia, carminativa, lac au:ntia.

Oleum ex seminibus destillatum, flavum, aroma:um, subdulce, frigore coit in massam butyraceam; ıjus olei pars in crystallos lamellosas, instar Glaciei

CXLIX. CARU

Linn Gen. pl. ed. Schreb. n

Umbella multiradiata. *Involu* aut monophyllum. *Involucellum* *rolla* universalis uniformis. *Petal* lia, carinata, inflexo-emarginata. *F* oblongus, ſtriatus, bipartibilis. *S* oblonga, hinc convexa, ſtriata, i

461. CARUM *Carvi. Linn. Sp* *Pollich. fl. palat. n.* 304. — *helv. n.* 789.

Liguſticum *Carvi* foliis bipinn oppoſitis, ſtipulis ad baſin mu *fl. germ.* 2. *p.* 324.

Apium *Carvi off.* pinnis conju circa coſtam ſeſe decuſſanti

con. *Jacqu. fl. Austr. t. 393.* — *Regnault. bot.* — *Oeder. fl. Dan. t. 1091.* — *Schkuhr. bot. Handb. t. 77.*

erm. *Kümmel. Wiesen-Kümmel. Makümmich* (*Suevis.*)

all. *Le Carvi.*

ab. Utrinque in pratis præsertim montosis abunde.

lor. Junio; Julio. *Semina* Augusto matura. ♂

Radix fusiformis, fibrosa, extus pallide flaescens, intus albida. *Caulis* pedalis, sesquiedalis, et altior, erectus, teres, substriatus, laber, ramosus. *Folia* longa, parum lata, erectiuscula, bipinnata; inferiora alterna, petiolai, summa sessilia, subopposita. *Pinnulis* priis decussatis, longioribus, multifidis, glabris. *Umbellæ* caulem ramosque terminantes, multiadiatæ, mediocres, planiusculæ. *Involucrum* ullum, quandoque 1-2 phyllum. *Involucellum* ibinullum. *Petala* albida, aut dilute carnea.

harm. CARVI *Semina.*

Semina aromatica, acriuscula, calida, grata, indentia, resolventia, carminativa, lactifera, in culinis otissima.

Pro pane condiendo sæpius apud nostrates adhientur.

Monticolæ nostrates in Colica, præsertim autem in bribus tertianis pro dosi ingurgitant Jnfusionem caliam cochlearis seminum Carvi contusi et Piperis nigri mensura dimidia vini generosi rubri factam; sæpe erte bene procedit, sed si inflammatorii aliquid aut biosi adest, sane nimis calida et damnosa medicina.

Tatari Nogajenses, iter facientes, secum ferunt 'alcan suum h. e. farinam seminum Carvi, cui lac equium vel. hoc. deficiente, aquam simplicem affundunt

eamque sorbent, ut unicum nutrimentum. De la Motraye Voyage en Europe, Asie etc. t. 2. p. 43.

Tatari Circassienses panis speciem parant ex seminibus Carvi, quem sub cineribus coquunt. Jbid. l. c. p. 99.

Planta in pratis maxime dilecta, egregium pecoribus pabulum præbet.

CL. PIMPINELLA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 498.

Umbella multiradiata. *Involucrum* et *Involucellum* nullum. *Corolla* universalis subuniformis. *Flosculi* omnes fertiles. *Petala* inflexo-cordata, subæqualia. *Fructus* ovato-oblongus, bipartibilis. *Semina* oblonga, apice angustata, hinc convexa, striata, inde plana.

Nota. P*IMPINELLA* *dioica: floribus dioicis.*

462. PIMPINELLA *Saxifraga* foliis pinnatis: foliolis radicalibus subrotundis; summis linearibus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 378. — *Pollich. fl. palat. n.* 305.

Tragoselinum foliis pinnatis, pinnis ovatis. *Hall. stirp. helv. n.* 786.

Pimpinella rotundifolia. *Scopol. fl. Carn. ed.* 2. *n.* 344.

Pimpinella saxifraga minor. *Bauh. pin.* 160.

Tragoselinum minus. *Mapp. fl. Alf. p.* 308. *Tabernæmont. p.* 253. *Icon.*

β. Pimpinella *nigra* caule striato pubescente, foliis pinnatis pubescentibus, radicali-

bus foliolis subcordatis, incisis obtusis dentatis, caulinis bipinnatis linearibus. *Willden. Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 1471. — *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 342.

Tragoselinum alterum majus. *Mapp. fl. Als.* *p.* 308.

Saxifraga hircina minor foliis Sanguisorbæ. *Bauh. hist.* 3. *p.* 111.

con. Jacqu. fl. Austr. t. 395. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 78.

erm. Steinpimpinelle. Pfefferwurz.

all. Burnet saxifrage. Boucage mineur.

ab. Utrinque in pascuis aridis, collibus, pratis, nec non ad sepes et viarum margines, frequens. Var. β. in collibus saxosis, præsertim calcareo - argillaceis apricis, siccis non infrequens.

lor. Junio, Julio, Augusto. *Semina* Augusto, Septembri maturat. ♃

Radix fusiformi - cylindrica, extus plus minusve lutescens, quandoque fusco-nigra, intus lbida, aut cærulea. *Caulis* palmaris, 1 - 2 pealis et altior, erectus, quandoque adscendens, res, striatus, glaber, vel plus minusve villos, superne ramosus. *Folia* radicalia, sæpissime mpliciter pinnata: *Foliolis* ovalibus, obtuse el argute dentatis, lobatisve, quandoque biinnata: *foliolis* cordato - ovatis, incisis, dentis, glabriusculis, vel plus minusve villosis; aulina alterna, bipinnata: *Foliolis* linearibus, igustis, acutis; suprema sæpe simpliciter pinata, minora. *Umbellæ* caulem ramosque terinantes, multiradiatæ, e convexo - planiusculæ,

mediocres. *Involucra* et *Involucella* nulla. *Petala* subæqualia, alba.

Nota. Planta pro diverso loco natali polymorpha, in collibus locisque elevatis siccioribus plus minusve villosa, radice tunc sæpius cærulescente.

Inter P. Saxifragam et P. nigram omnino adhuc variationes intermediæ notæ sunt; hinc omni jure sub una eademque specie combinandæ, quod etiam cultura suadet.

Variat porro caulibus plus minusve ramosis, quandoque simpliciusculis, foliis caulinis superioribus destitutis.

Pimpinella quoque hircina foliis bipinnatis pinnulis profunde lobatis. Roth. fl. germ. 2 p. 344. seu Tragoselinum foliis duplicato-pinnatis, pinnulis profundissime lobatis. Pollich. n. 305. β. pro variatione tantum P. Saxifragæ ut cultura nos evidenter docuit, habenda est.

Pharm. PIMPINELLÆ ALBÆ et NIGRÆ *Radix; Herba; Semina.*

Radix masticata fragrans, dulcescens, aromatica, demum acris, pungens, calida; incidentes, resolventes, diureticas vires exercet. Oleum essentiale largitur flavum; e variatione sic dicta nigra, destillatione oleum cæruleum et aqua saphirina erogatur.

Planta ad optima pecorum pabula pertinet; in arte veterinaria præstans.

Ex floribus apes mella legunt.

463. PIMPINELLA *magna* foliolis omnibus lobatis, impari trilobo. *Linn. Syst. veg. p.* 291. — *Pollich. fl. pal. n.* 306.

Tragoselinum foliis pinnatis, pinnis lanceolatis serratis, externis trilobatis. *Hall. stirp. helv. n.* 785.

Tragoselinum majus umbella candida. *Tournef. inst. p.* 309. — *Mapp. fl. Alf. p.* 308.

Tragoſelinum majus. *Tabernæmont. p.* 253. *Ic.*

β. Floribus rubellis

Tragoſelinum majus umbella rubente. *Tournef inſt. p.* 309.

Pimpinella Saxifraga major umbella rubente. *Bauh. pin. p.* 159.

Icon. Jacq. ſl. Auſtr. t. 396. — *Oeder. ſl. Dan. t.* 1155.

Germ. Groſse Pimpinelle.

Gall. Bucage majeure.

Hab. Paſſim ad ſepes, pratorum marginalia, nec non in pratis ſylvaticis cis et transrhenanis frequens. β. promiscue in pratis montoſis riguis, ad ſylvarum marginalia dumetoſa: *auf dem Kaltenbrunn, der Herrnwieſe, Blättie, im Bühler- und Oppenauer Thal* et alibi. In Marggraviatu ſuperiore in pratis montoſis præcipue circa *Lippurg*: in prato *die Hexmatte.* In pratis montoſis Principatus ſuperioris prope *Oeningen, Salem* et alibi paſſim non infrequens.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Julio, Auguſto maturat. ♃

Radix tereti fuſiformis, annoſior ramoſa, ex flavicante albida. *Caulis* ſesquipedalis, 2-4 pedalis, erectus, ſtriato-angulatus, glabriusculus, ramoſus. *Folia* alterna, pinnata, glabra, læte viridia: *Foliolis* ſubcordato vel ovato-lanceolatis, quandoque lanceolatis, inæqualiter argute dentato-ſerratis, oppoſitis, impari majori, trilobo. *Umbellæ* caulem ramosque terminantes, majusculæ, multiradiatæ, convexiusculæ, erectæ. *Involucrum* et *Involucel-*

lium. nullum. *Flosculi* omnes fertiles. *Petala* subæqualia, alba, in montosis sæpe rubella.

Pharm. PIMPINELLÆ ALBÆ MAJORIS *Radix*.

Vires cum præcedenti communicat.

464. PIMPINELLA *dissecta* foliis omnibus pinnatis, pinnis multipartitis, segmentis subfalcatis acutis. *Retz. obs. bot.* 3. *p.* 30. *t.* 2. — *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 344.

Tragoselinum foliis duplicato-pinnatis, pinnulis profundissime lobatis. *Hall. stirp. helv. n.* 787.

Tragoselinum petraeum. *Tabernæm. hist. p.* 253. *Icon.*

Germ. *Zerschlitztblättrige Pimpinelle.*

Gall. *Bucage a feuilles dissequées.*

Hab. In rupibus montosis, ad rudera arcium antiqua passim. Ad Thermas Badenses in muris antiquis frequens, nec non prope *Baden* in rupibus passim non infrequens.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto matura.♃

Differt a P. *saxifraga: Caulibus* ex radice copiosioribus. *Foliis* majoribus, radicalibus et caulinis duplicato-pinnatis, aut pinnatis: foliolis dissectis, multipartitis, segmentis subfalcatis.

Obs. Planta in horto culta, constantissima permansit. annosior magis dissecta, fere crispata; junior foliis radicalibus pinnatis, et duplicato-pinnatis: foliolis rotundioribus, minus profunde incisis, instructa est.

Qualitates præcedentium habet.

465. PIMPINELLA *dioica* caule ramosissimo, sulcato-angulato, foliis triplicato-pinnatis, foliolis linearibus, umbellis pedunculatis compositis simplicibusque numerosissimis.

Pimpinella *dioica* pumila umbellis numerosissimis compositis simplicibusque. *Linn. Mant.* 357.

Pimpinella *dioica* foliis subbipinnatis, foliolis linearibus simplicibus ternatisque, floribus dioicis. *Hudf. fl. Angl.* 1. *p.* 128. *n.* 3.

Pimpinella *glauca* foliis supradecompositis, caule angulato ramosissimo. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 378. — *Pollich. fl. pal. n.* 307. (omnino.)

Pimpinella *pumila*. *Jacqu. fl. Austr.* 1. *t.* 26.

Seseli *pumilum* petiolis ramiferis membranaceis oblongis, integris, foliolis ternatis linearibus subcarnosis, petioli longitudine. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 373. — *Gerard. fl. Gallopr. p.* 253. *n.* 2. (omnino.)

Seseli *dioicum*. *Villars. fl. Delp.* 2. *p.* 579. *n.* 1.

Tragoselinum caule crasso, sulcato, divaricato, foliis multifidis capillaribus. *Hall. stirp. helv. n.* 788.

Daucus petræus glauco folio. *Bauh. hist.* 3. *p.* 58.

Fœniculum minimum patulum. *Tournef. inst. p.* 312.

Saxifraga montana pumila. *Moris. hist.* 3. *p.* 274. *Sect.* 9.

Oreoselinum tertium. *Tabernæmont. p.* 267. *Icon bona.*

Selinum montanum pumilum. *Clus. hist.* 2. *p.* 200.

Icon. Jacqu. fl. Austr. 1. *t.* 26.

Germ. Zweyhäusige Pimpinelle.

Gall. Bucage dioique.

Hab. In Marggraviatus superioris collibus aridissimis prope *Kembs* et *Istein*, ubi legit *Vulpius*; in monte *Crenzachensi* et *Michelfeldæ* teste *C Bauhino*, ubi adhuc nuper abunde vidit *Zeyherus*. In Principatu superiori in collibus præaltis prope *Klingenzell*. In montosis præruptis ad Castellum destructum *Hohentwiel*; nec non *auf hohen Egen* nuperrime vidi. In Palatinatu transrhenano circa *Dürckheim* in vinearum collibus lapidosis asperis occidentem versus directis, post *Pollichium* vidi. In Sponhemiae collibus praeruptis apricis aridis cum Stipa *pennata* prope *Martinstein*.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto maturat. ♂ ♃

Radix fusiformis, fibrosa, extus luteo-fusca, intus albida. *Caulis* digitalis, palmaris, pedalis, vix altior, erectus, angulatus, sulcatus, crassiusculus, glaber, ex luteo-pallide virescens, inferne rubellus, ramosissimus: *Ramis* sparsis, suboppositis, ternisque patulis, divergentibus. *Folia* inferiora opposita, petiolata, subtripinnata, circumscriptione ovata, 3 - 5 uncias longa, 3 - 4 lata: *foliolis* linearibus, angustis, simplicibus, bifidis, ternatisque, apice obtusiusculis, antice canaliculatis, ex lutescente viridibus,

[uandoque et id præſertim in individuis maslis glaucis) glabris. *Petioli* vaginantes, memanacei, ſulcato-ſtriati. *Folia* ramea brevius tiolata, vaginantia, ſenſim minora, pinnata. *liolis* ſimplicibus, bifidisque. *Umbellæ* comſitæ, ſimplicesque, numeroſae, caulem raosque terminantes, 5-7-9 radiatae: *Radii* ecti, tenues, inaequales, ſemiunciam ad nom lineas longi. *Involucrum* nullum. *Involcellum* nullum, aut minimum, polyphyllum, ox deciduum. *Umbellulæ* 5-6-7 radiatae. *idii* breves, inaequales, tenerrimi. *Flosculi* oici. *Petala* pallide lutescentia, extus quanque fusca. *Masculi*: *Stamina* filamenta quine, corolla longiora; *Antheræ* perfectae, ſubtundae, ex viridi pallide luteae; *Piſtillum* llum. *Fœminei: Corolla* ut in masculis; *amina* filamenta quinque; *Antheræ* imperctae, ſteriles. *Piſtillum* germen inferum. *yli* duo, perſiſtentes. *Stigmata* duo, globoſa. *mina* in individuis fœmineis ovata, hinc conxa, ſtriata, inde plana.

Nota. Individua hujus mascula, fœmineis fertilibus magis ramoſa, minus patula, ſæpe minora, ſemper rigidiuscula, glauca, in regione natali ſunt; porro involucellis minutis, caducis inſtructa. His b. Linnæus et Gerardus nomen: Seſeli pumilum dederunt. Individua ſimilia, involucellis jam deſtituta autem, ſine dubio ſub Pimpinella glauca Linnæus, Pollichius, Rothius, Willdenow, aliique adduxerunt. Conf. Gouan. Jlluſtr. p. 15. n. 3.

Individua fœminea, masculis majora, non glauca. Linnæus demum ſub Pimpinella dioica comprehendit. Hinc Seſeli pumilum et Pimpinella glauca forſan delenda ſunt.

b f. Jn Gallia meridionali, nec non in Hiſpania, individua vidi ab unciali longitudine ad ſesquipedalem fere.

mina ibi collecta in horto botanico culta, ... runt individua dioica, noſtratibus omni ... ſimilia.

CLI. APIUM.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 499.

Umbella radiis paucioribus. *Umbellula* radiis pluribus. *Involucrum* nullum, vel unicum, vel polyphyllum, ... n. *Involucellum* conſimile. *Corolla* unive... is uniformis. *Floſculi* fere omnes fert... *...la* ſubrotunda, inflexa, ſubaequalia. ... atus, ſtriatus, bipartibilis. *Semina* ... ſtriata, inde plana.

466. Apium *Petroſelinum* foliolis caulinis linearibus, involucellis minutis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 379.

Apium hortenſe, Petroſelinum vulgo. *Bauh. pin.* 153. *Tournef. inſt. p.* 305.

Apium ſativum. *Tabernæm. p.* 264. *Icon.*

Icon. Regnault. bot.

Germ. Peterſilie. Gartenpeterſilie. Peterlin.

Gall. Le Perſil des Jardins.

Hab. Ad ſcaturigines Sardiniae. Colitur ubique in hortis, oleraceis, et paſſim in vineis.

Flor. Junio et Julio. *Semina* Auguſto maturat. ♂

Radix fuſiformis, carnoſa, alba, centro orbiculari radiato, ſtriato. *Caulis* 2 - 3 pedalis, erectus, teres, ſtriatus, glaber, geniculatus,

ramosus: *Ramis* alternis, patenti erectis. *Folia radicalia* petiolata, duplicato-pinnata: *Pinnis* petiolatis, tripartitis: *Foliolis* cuneiformibus, trifidis, incisis, glabris, nitidis; *Caulina* alterna, superiora vaginis petiolata, biternata: *Foliolis* linearibus, integris; suprema simpliciter ternata, minora. *Umbellæ* caulem ramosque terminantes, multiradiatae, e plano-convexiusculae. *Involucrum* nullum. *Involucellum* 5-8 phyllum. *Foliolis* setaceis, patentibus, inaequalibus, umbellula brevioribus. *Flosculi* fere omnes fertiles. *Petala* subaequalia, ex viridi-albida. *Semina* oblonga, sursum angustata, hinc quinquestriata, inde plana, spadiceo-cinerea.

Pharm. Petroselini *Radix; Herba; Semina.*

Planta tota leniter aromatica, dulcescens, acriuscula; resolventes, diureticas, nutrientes vires habet.

In culinis herba recens et radices præsertim jusculis omnium incoquuntur.

Semina continent oleum essentiale, quod facile post moram aliquam in vitro concrementum crystallinum format, quod neque Camphora, neque Sal dici potest, sed pro oleo concreto habendum. Dehne in Crells chem. Journ. 1. p. 40. sq. — Hermstädt in Crells chem. Entdeck. 8. p. 54. sq.

Herba recens quassata mammis imposita, lac discutit; ob hoc beneficium medicina muliercularum domestica. Nec non in Insectorum puncturis, contusam, extus tanquam primarium remedium adhibent.

467. Apium *graveolens* foliolis caulinis cuneiformibus umbellis sessilibus. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 379. — *Pollich. fl. palat. n.* 308.

Apium foliis pinnatis, pinnis trilobatis. *Hall. stirp. helv. n.* 784.

Sium Apium. *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 33...

Sefeli graveolens. *Scopol. fl. Carn.* ed. 2. *n.* 360.

Apium paluftre feu officinarum. *Bauh. pin.* 154. — *Tournef. inft. p.* 305. — *Mappi Alf. p.* 26.

Paludapium. *Tabernæmont. p.* 173. *Icon.*

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 790. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 78.

Germ. Waffereppig. Wilder Celleri.

Gall. l'Ache fauvage.

Hab. Hinc inde in foffis aquaticis. Ni fallor prope *Baden* vidi. *Michelfeldæ* nuperrime *Zeyherus* legit. In Alfatia retro *Barr* circa rivi margines; ad fontem prope *Niederbronn*; circa Argentinam in aquis ad hortos *in der Ruprechtsau.* In Palatinatu copiofiffime ad foffas, in pratis, ad falinas circa *Dürckheim* tefte *Pollichio.*

Flor. Julio, Augufto. *Semina* Septembri et Octobri maturat. ♂

Radix fufiformi-ovata, ramofa, firma, alba. *Caules* e radice plures, pedales, fesquipedales, erecti, aut decumbentes, angulati, fulcati, glabri, geniculati, ramofi. *Ramis* alternis, breviusculis, erectis. *Folia* alterna, petiolata, pinnata, ternata. *Foliolis* cuneiformibus, trifidis, incifo ferratis, glabris, nitidis, intermedio petiolato. *Petioli* bafi vaginati, fulcato - angulati, membranacei. *Umbellæ* terminales, axillaresque, feffiles et breviter pedunculatæ, multiradiatæ, plano - convexiusculæ, mediocres. *Involucrum* et *Involucellum* nullum. *Umbellulæ* multiradiatæ,

ntractæ, convexæ. *Petala* ſubæqualia, alba. *mina* ſemiovata, hinc gibba, quinqueſtriata, inc plana, ſpadiceo-cinerascentia.

harm. Apii *Radix; Herba; Semina.*

Planta ſpontanea ſuſpecta, ingrati odoris, ſaporis bacris, amaricantis.

Per culturam radix foliaque grandescunt, ſimulque lcescentia, magisque grata evadunt, nomine Celleri ortenſis dulcis cognita.

Radices elixatæ et crudæ aceto et oleo conditæ, culinis notæ. Herba virens, ſub increscentia, terra cta, ex albido-lutescens fit, et ſapidiſſima.

Semen ex Apio dulci longe mitius, quam ex paſtri, perpaucum olei ætherei dat, hodie in medicina re exoletum.

CLII. ÆGOPODIUM.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 500.

Umbella multiradiata, plano-convexa. *nvolucrum* at *Involucellum* nullum. *Corolla* niverſalis uniformis. *Flosculi* omnes fertiles. *etala* ſubæqualia, obovata, concava, apice nflexa. *Fructus* ovato-oblongus, ſtriatus, bipartibilis. *Semina* ovato-oblonga, hinc convexa, riata, inde plana.

68. Ægopodium *Podagraria* foliis caulinis ſummis ternatis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 379. — *Pollich. fl. pal. n.* 309.

Liguſticum Podagraria. *Roth. fl. germ.* 2. *p.* 322. — *Crantz. Auſtr. p.* 200.

Seſeli Aegopodium. *Scopol. fl. Carn. ed.* 2. *n.* 359.

Podagraria. *Hall. ſtirp. helv. n.* 759. — *Ri-vin. pent. irreg. t.* 47.

Angelica ſylveſtris minor ſ. erratica. *Bauh. pin.* 155. — *Tourn. inſt. p.* 313. — *Mapp. ſl. Alſ. p.* 23.

Aegopodium. *Tabernæmont. p.* 243. *Icon.*

Icon. *Oeder. ſl. Dan. t.* 670. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 79.

Germ. *Geisfuſs. Giersch. Gerhardskraut.*

Gall. *Herbe de Gerard. Pied d'Aigle.*

Hab. Utrinque in pomariis, hortis, cultis, ſepibus, pratis pinguioribus frequens.

Flor. Majo, Junio, Julio. *Semina* Auguſto maturat. ♃

Radix longe lateque repens, fibroſa, ſtolonifera, albida. *Caulis* 2-3 pedalis et altior, erectus, ſulcato-angulatus, glaber, articulatus, craſſiuſculus, fiſtuloſus, ramoſus. *Folia* alterna, inſima petiolata, triternata vel quinata, glabra. *Foliolis* ſubpetiolatis, ovalibus, inciſo-dentatis: caulina ſuprema ſuboppoſita, ternata, vel ſemitriloba. *Vaginæ* magnæ, ventricoſæ, margine membranaceæ, ſtriatæ, glabræ. *Umbellæ* caulem ramosque terminantes, multiradiatæ, convexo-planiuſculæ, magnæ. *Petala* ſubæqualia, albida, quandoque dilute rubella.

Pharm. PODAGRARIÆ *Herba.*

Planta acriuſcula, ſubamara, ſubaromatica, reſolventes, incidentes vires habet, hodie fere in medicina exoleta, olim contra podagram commendabatur.

Folia ſuibus ſaginandis aptiſſima. Ob luxuriantes radices pratis noxia et omnino diminuenda planta.

Flores apibus mel largiuntur.

TRIGYNIA.

CLIII. VIBURNUM.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 503.

Calyx quinquepartitus, ſuperus, minimus, ɪrſiſtens. *Corolla* monopetala, campanulata, :l rotata, quinqueſida: *laciniis* obtuſis reflexis. *ermen* inferum, ſubrotundum. *Stylus* nullus, ɪjus loco glandula turbinata. *Stigmata* tria. *acca* ſubrotunda, unilocularis. *Semen* unicum, ſſeum, ſubrotundum.

69. VIBURNUM *Lantana* foliis cordatis ſerratis, venoſis, ſubtus tomentoſis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 384. — *Pollich. ſl. pal. n.* 310. — *Hall. ſtirp. helv. n.* 669.

Viburnum vulgo. *Bauh. pin. p.* 249. — *Tournef. inſt. p.* 607. — *Mapp. ſl. Alſ. p.* 324.

Lantana vulgo, aliis Viburnum. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 557.

Viburnum. *Tabernæmont. p.* 1461. *Icon.*

con. Jacqu. ſl. Auſtr. t. 341. — *Pfleger. arb. et frutices Bad.* op. pictum.

?erm. Mehl-Baum. Schling-Baum. Kleiner Mehl-Baum. Mehlſtrauch.

?all. Viorne. Viorne cotonneuſe.

Iab. Utrinque paſſim ad ſepes, in nemoribus, dumetis aſperis præſertim montoſis calcareo-argillaceis, et alibi non infrequens.

Flor. Majo, Junio. *Baccas* Septembri maturat. *Frutex*, quandoque *arbuscula.*

Frutex 4-5-6 pedalis. *Rami* oppositi. *Cortex* cinereus, molliusculus, glaber. *Folia* opposita, petiolata, ovata, quandoque cordato-ovata, serrata, venosa, pubescentia, subtus pallide tomentosa. *Petioli* superne compressi. *Cymae* densae, terminales. *Corollae* albae. *Baccae* subrotundo-ellipticae, compressae, immaturae viridilutescentes demum rubentes, maturae nigrae, succulentae.

Pharm. VIBURNI *Baccae*; *Folia.*
(hodie exoleta.)

Adstringendi viribus dotata.

E radicum corticibus maceratis et subinde decoctis, tusisque viscum ad aucuparia parari potest.

Virgis tenacibus hinc inde praesertim montícolae utuntur pro ligandis sepibus et lignorum fasciculis. Rami cortice obducti pro fistulis tabacariis magno praesertim apud Turcos et Russos in usu sunt.

Flores apibus mel largiuntur. Baccae avibus acceptae, dulcescentes, mucilaginosae, fatuae.

470. VIBURNUM *Opulus* foliis lobatis, petiolis glandulosis. *Linn. Sp. pl.* 1. p. 384. — *Pollich. fl. pal. n.* 311.

Opulus. *Hall. stirp. helv. n.* 668.

Opulus Ruellii. *Tournef. inst. p.* 607. — *Mapp. fl. Alf. p.* 213.

Sambucus aquatica flore simplici. *Bauh. pin. p.* 450.

Sambucus aquatica quarta. *Tabernaemont. p.* 1440. *Icon.*

β. Ste-

β. Sterilis: Viburnum *roſeum.*

Sambucus aquatica flore globoſo pleno. *Bauh. pin. p.* 456.

Sambucus quinta, aquatica, ſecunda polyanthos. *Tabernæmont. p.* 1440. *Icon.*

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 661. — *Pfleger arb. et frut. Badenſ.* — *Schkuhr. bot Handb. t.* 81.

Germ. Schwelken - Baum. Waſſerhollunder. β. Schneeballen - Baum.

Gall. Viorne lobée. Obier. β. Viorne à fleurs en globe.

Hab. Utrinque in dumetoſis humidiusculis, ad aquarum margines, in pratis nemoroſis ſubhumidis paſſim frequens. *β.* in hortis colitur.

Flor. Majo, Junio. *Baccas* Septembri maturat. *Frutex; Arbor.*

Frutex 4 - 10 pedalis et altior, vel arbos. *Cortex* pallide cinereus, ſubrimoſus, glaber. *Rami* oppoſiti, patenti - erecti. *Folia* oppoſita, petiolata, glabra, triloba: *lobis* acuminatis, ſinuato - dentatis. *Petioli* ſuperne 2 - 4 - 6. glandulis ſeſſilibus obſeſſi. *Cymæ* terminales, pedunculatae, planae, majusculae. *Corollæ* exteriores magnae, rotatae, planae, regulares, niveae, ſtaminibus et piſtillis deſtitutae, ſteriles; *interiores* minutae, campanulatae, ex albido - flavicantes, perfectae, fertiles. *Baccæ* elliptico - rotundae, rubrae, ſucculentae. *Semen* unicum, ovato cordatum, compreſſum.

β. Cyma denſa globoſa, floribus omnibus ſterilibus, niveis, rotatis.

Pharm. SAMBUCI AQUATICÆ *Cortex; Flores; Baccæ.*

(hodie in medicina fere exoleta.)

Cortex subadstringens, amariusculus, subnauseosus. Flores nonnihil odorati, amoeni. Aquam ex iis destillatam ad frangendum vesicae urinariae calculum, efficacissimum omnium esse remedium, olim tradebant.

Baccae nauseosae, fatuae, per omnem hyemen perdurant, avibus praesertim Urogallis cibum porrigunt.

Flores apibus mel concedunt.

Obs. Sequentes adhuc species in arbustis Carlsruhensis et aliis passim hospitantur:

1. VIBURNUM nudum foliis ovalibus subrugosis margine revolutis obsolete crenulatis. Linn.
2. VIBURNUM Cassinoides foliis ovato-lanceolatis laevibus petiolis marginatis undulatis. Linn. Hyemes fortiores aegre fert.
3. VIBURNUM dentatum foliis ovatis dentato-serratis plicatis. Linn. cum variatione lucida et pubescente.
4. VIBURNUM prunifolium foliis ovato-subrotundis ovalibusque glabris argute serratis, petiolis marginatus. Linn.
5. VIBURNUM pyrifolium foliis ovatis acutis, dentato-serratis, petiolis canaliculatis. Linn.

CLIV. SAMBUCUS.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 505.

Calyx superus, monophyllus, quinquepartitus, minimus, persistens. *Corolla* monopetala, rotato-concava, quinquefida, obtusa: *laciniis* reflexis. *Germen* inferum, ovatum, obtusum. *Stylus* nullus, cujus loco glandula ventricosa. *Stigmata* tria, obtusa. *Bacca* subro-

tunda, unilocularis. *Semina* 3-4 hinc convexa, inde angulata.

471. SAMBUCUS *Ebulus* cymis trifidis, ſtipulis foliaceis, caule herbaceo. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 385. — *Pollich. fl. palat. n.* 312.

Sambucus herbacea, floribus umbellatis. *Hall. ſtirp. helv. n.* 671.

Sambucus humilis ſ. Ebulus. *Bauh. pin. p.* 456. — *Tournef. inſt. p.* 606. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 278.

Ebulus. *Tabernæmont. p.* 1160. *Icon.*

Icon. Curtis. fl. Lond. — *Regnault. bot.* — *Oeder. fl. Dan. t.* 1156. — *Blackw. herb. t.* 448. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 83.

Germ. Attich. Ackerhollunder. Krautartiger Hollunder.

Gall. l'Jeble. Sureau naine.

Hab. Utrinque ad agrorum margines, vias, et foſſas paſſim abunde.

Flor. Julio. *Baccas* Septembri maturat. ♃

Radix repens, teres, elongata, ſubcarnoſa, alba. *Caulis* herbaceus, cubitalis et altior, erectus, teres, ſtriato-ſulcatus, glabriusculus, craſſus, ſuperne ramoſus. *Rami* oppoſiti, erecti. *Folia* oppoſita, caulina petiolata, ſuprema ſeſſilia, impari-pinnata. *Foliolis* 7-9 ovato-lanceolatis, ſerratis, acutis, ſuperne glabris, inferne pubescentibus. *Stipulæ* ad foliorum baſin, foliaceae, cordato-ovatae, acutae. *Cyma* caulem ramosque terminans, tripartita, e convexo-

planiuscula. *Corollae* albae. *Antherae* rubrae, demum nigrae. *Stigmata* purpurascentia. *Baccae* orbiculatae, glabrae, nigrae, 3 - 4 spermae, succulentae.

Pharm. Ebuli *Radix*; *Folia*; *Flores*; *Baccae*.

Radix amariuscula, nauseosa. Folia peculiaris odoris ingrati, amara, nauseosa. Baccae acidulo-amaricantes, ingratae.

Radix recens purgantes, hydragogas, emeticas, sudoriferas et diureticas vires habet. Folia resolventia, discutientia, anodyna. Baccae diureticae, hydragogae, sudoriferae. Succus earum violaceo tingit colore.

Semina nauseosa in aqua macerata hinc expressa oleum dant.

Planta in agris ob repentes radices undique surculos protrudentes, maxime molesta et noxia, sedulo diminuenda.

472. Sambucus *nigra* cymis quinquepartitis, caule arboreo. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 385. — *Pollich. fl. pal. n.* 313.

Sambucus arborea, floribus umbellatis. *Hall. stirp. helv. n.* 670.

Sambucus fructu in umbella nigro. *Bauh. pin. p.* 456. — *Tournef. inst. p.* 606. — *Mapp. fl. Alf. p.* 277.

Sambucus prima. *Tabernæmont. p.* 1439. *Icon.*

Icon. Regnault. bot. — *Oeder. fl. Dan. t.* 545. *Blackw. herb. t.* 151. — *Pfleger arb. et frut. Badens.*

Germ. Hollunderbaum. Holder. Flieder.

Gall. Le Sureau. Sureau commune.

Hab. Utrinque in dumetis, sæpibus, hortis præsertim rusticorum passim frequens.

Flor. Junio. *Baccas* Auguſto maturat. *Arbor*, quandoque *Frutex*.

Arbor et frutex variæ magnitudinis. *Cortex* in annoſioribus truncis cinereo nigricans, tuberculoſo-rimoſus. *Rami* oppoſiti, cinerei, punctis elevatis ſcabri, juniores viridescentes; omnes medulla alba repleti. *Folia* oppoſita, petiolata, impari-pinnata. *Foliolis* 5-7, ovatis, ſerratis, acutis, ſuperne ſaturate viridibus, glabriuſculis. *Cymæ* terminales, pedunculatæ, ſubquinquefidæ, planiuſculæ, magnæ. *Corollæ* copioſæ, rotatæ, planæ, albæ, ſiccitate pallide lutescentes. *Baccæ* ſubrotundæ, ex purpurascente-nigræ, ſucculentæ, ſubtriſpermæ. *Semina* ovalia, plano-convexiuscula, ruguloſa, luteola.

Variatio baccis viridibus hinc inde in hortis venit.

Pharm. SAMBUCI *Cortex interior; Folia; Flores; Baccæ; Semina; Fungus ſambucinus.*

Cortex ſic dictus interior ſ. medianus recens viridis, primum dulcescens, dein amaricans, acriusculus, nauſeoſus, vires purgantes, emeticas, hydragogas exercet.

Folia recentia guſtu nauſeoſa, reſolventes, discutientes, purgantes virtutes habent.

Flores ſiccati odorati, amaricantes, ſubnauſeoſi, discutientes, diaphoretici; recentes aperitivi.

Baccæ acidulæ, discutientes, ſudoriferæ, diureticæ; exſiccatæ nomine Granorum Actes veniunt.

Semina nauſeoſa, ingrata, purgantia, vomitoria; ſiccata olei viridis craſſi octavam partem calida expreſſione erogant. Venale oleum conſuetum cum oleo Lini exprimitur, ideoque non probandum eſt. Dehne in Crells chem. Journ. 3. p. 35.

Flores apud noſtrates uſitatiſſimi.

Roob ex maturis baccis paratum nomine Hol-

dermufs, Holdergefelz, rusticorum vera panacea et medicina domestica.

Spiritus fermentatione aeque ex baccis Sambuci, ac ex plurimis fructibus pulposis obtinetur.

Gemmae seu Turiones primo vere Acetarii instar in mondicis robustioribus passim eduntur, purgandi causa.

Rami medulla privati ad varia utensilia adhibentur. Medulla spongiosa, variis utilis.

Lignum ex annosioribus arboribus, durum, lutum, tornatoribus et ligni fabris acceptum.

Fungus Sambucinus, annosioribus praecipue Sambuci arboribus innascitur, estque Peziza Auricula. Linn.

473. Sambucus *racemosa* racemis compositis ovatis, caule arboreo. *Linn. sp. pl. 1. p. 386. — Pollich. fl. pal. n. 314.*

Sambucus arborea floribus spicatis. *Hall. stirp. helv. n.* 672.

Sambucus racemosa, acinis rubris. *Bauh. hist.* 1. *p.* 549. — *Tournef. inst. p.* 606. — *Mapp. fl. Alf. p.* 278.

Sambucus tertia cervina. *Tabernaemont. p.* 1440. *Icon.*

Icon. Jacqu. Icon. rar. 1. *t.* 59. — *Pfleger. arb. et frut. Badens.*

Germ. Traubenhollunder. Rother Bergholl-lunder. Hirschhollunder.

Gall. Sureau a grappes.

Hab. In sylvis montosis hinc inde copiose. Inter *Stein* et *Bauschlot*; circa *Pforzheim* in sylvaticis *der Hagenschiess*; prope *Weissenstein*; retro *Baden*, *im Bühler*- et *Oppenauer Thal*; *Durbach*, *Gengenbach* et

alibi. In Marggraviatu ſuperiore circa *Badenweiler* in aſcenſu montis *Blauen*, prope *Schweighof*, *Sirnitz*, *Neuenweg* et alibi. In Principatu ſuperiore retro *Oeningen*; *auf dem Schienberg* et paſſim alibi. In Alſatiæ montoſis, *auf dem Ottilienberg*, in montibus verſus *Hochfeld*, prope *Rappolsweyher*, *Markirch* et alibi. In Palatinatu, circa *Lautern* in ſylva *Halgrund*; inter *Hochſpeyer*, *Hartenberg* et *Frankenſtein* ad vias udas umbroſas et alibi; in montoſis ſylvaticis retro *Wiſsloch*, *Nuſsloch*, prope *Schriesheim*. In Sponhemiæ montoſis prope *Winterburg*, *Nauenburg*, *Fiſchbach*, *Winningen* ad Moſellam.

Flor. Aprili, Majo, Junio. *Baccas* Auguſto maturat. *Frutex* ſ. *Arbuscula*.

Diſtinguitur a præcedente: *Foliis* glauco-viridibus, minoribus, anguſtioribus, argutius ſerrulatis. *Floribus* racemoſis: *Racemis* compoſitis, ovatis vel ſubrotundis, denſis. *Corollis* ochroleucis vel e luteo pallide virentibus profundiſſime quinquefidis: *laciniis* reflexis, obtuſis. *Baccis* ruberrimis, coccineis, ſubrotundis, ſplendentibus.

Lignum perdurum tornatoribus acceptum.

Folia cervis, Baccæ Turdis et Tetraonibus gratæ.

Flores apibus mel largiuntur. In hortis ſic dictis anglicanis verum ornamentum.

Obſ. Sambucus canadenſis cymis quinquepartitis, foliis ſubbipinnatis. Linn. et

Sambucus laciniata foliis laciniatis, in arbuſtis Carlsruhanis hoſpitantur.

CLV. STAPHYLEA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 507.

Calyx quinquepartitus, concavus, fubrotundus, coloratus, magnitudine ferme corollæ. *Corolla* petala quinque, oblonga, erecta, calyci fimilia. *Nectarium* e receptaculo fructificationis, in fundo floris concavum, urceolatum. *Germen* craffiusculum, 2 - 3 partitum. *Capfulæ* 2 - 3, inflatæ, flaccidæ, longitudinaliter futura coalitæ, apicibus acuminatis, introrfum dehiscentibus. *Semina* bina, offea, globofa, acumine obliquo et fovea orbiculata ad latus apicis.

474. STAPHYLEA *pinnata* foliis pinnatis. *Linn. Sp. plant.* 1. *p.* 386. — *Hall. ftirp. helv. n.* 831.

Staphylodendron. *Tabernæmont. p.* 1430. *Icon.* — *Tournef. inft.* 616. — *Mapp. fl. Alf. p.* 295.

Piftacia fylveftris. *Bauh. pin.* 401.

Icon. Schkuhr. bot. Handb. t. 84. — *Pfleger arb. et frut. Bad.*

Germ. Pimpernufsbaum. Blafennufs. Wilde Piftacien.

Gall. Piftacier fauvage. Staphyl-pinnée.

Hab. In fylvaticis montofis humidiusculis circa *Baden; auf dem Fremersberg*, et infra *Yberg*, minus frequens, cum Mefpilo *germanica*. Circa Bafileam extra portam Alba-

nam et Rhenanam ad aquas teste *Joh. Bauhino*. In Principatu superiore circa *Wolmadingen*. In Alsatia prope Argentinam *in dem Gansauer* et *Jllkircher Wald*, teste *Mappo*, sed hodie quidem perraro.

Flor. Majo, Junio. *Fructus* Augusto, Septembri maturat. *Arbuscula.*

Arbuscula 5-10 pedalis, Fraxino similis. *Rami* erecti. *Folia* opposita, impari-pinnata, glabra. *Foliolis* 5-7, ovatis, acutis, serrulatis. *Stipulæ* membranaceæ, deciduæ. *Flores* terminales, racemosi, penduli, laxi, albidi. *Styli* 2-3. *Capsulæ* 2-3. *Semina* sæpissime duo, ossea, ex luteo-fusca, splendentia.

Nuclei dulces, ingrati, nauseam et vomitus excitant.

Quibusdam in locis ex seminibus osseis globulos precatorios conficiunt, præsertim tenuioris fortunæ homines.

Vulgus superstitiosus multa adhuc sibi promittit ex arbuscula in hortum transplantata, ad arcenda animalia noxia; hinc passim in hortis pagorum occurrit.

Staphylea trifoliata foliis ternatis. Linn. ex Virginia, in arbustis Carlsruhanis aliisque hospitatur.

CLVI. TAMARIX.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 507.

Calyx quinquepartitus, obtusus, erectus, persistens, corolla dimidio brevius. *Corolla* petala quinque, ovata, concava, obtusa, patentia. *Stamina* 5 s. 10. *Germen* acuminatum. *Stylus* nullus. *Stigmata* revoluta, plumosa. *Capsula* oblonga, acuminata, triquetra, calyce

Tamarix *germanica* floribus
cis terminalibus, foliis se
lanceolatis. *Willdenow.* I
p. 1499.

Tamariscus spicis foliosis. *H*
n. 948.

Tamariscus germanica. *To*
661. — *Mapp. fl. Alf. p.* 2

Tamarix germanica sive mi
Bauh. hist. 1. *p.* 352. *n.* 2.

Tamarix. *Tabernæmont. p.* 1

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 234. —
Blackw. herb. t. 331. — *Schkuh*
t. 85. — *Pfleger. arb. et frut.*

Germ. Teutsche Tamarisken. 7

Gall. Le Tamaris. Tamaris ge

Hab. In Rheni insulis, alveisque
metosis cis et transrhenanis hi
de; a Basilea usque ad Sp
Kehl. Steinmauern. Dachslan

Frutex 3-7 pedalis, erectus. *Virgæ* teretes cortice fuscocinerascenti obductae, longae, rectae. *Folia* ſparſa, ramos undique veſtientia, linearia, craſſiuscula, ex viridi-glauca. *Flores* ſpicato-racemoſi. *Corollæ* dilute carneae. *Stamina* decem, exteriora alterna breviora, omnia baſi connata, (hinc monadelpha).

Pharm. TAMARISCI *Cortex.*

(hodie fere in medicina exoleta.)

Corticis vires leniter adſtringentes. In morbis lienis olim commendabatur; hinc ex ligno Tamariscino conficiebantur pocula, ex quibus lienoſi medicamenta et potulenta alia capiebant.

Planta combuſtione multum dat ſal alcalinum.

Virgæ præſertim pro fiſtulis tabacariis in uſu ſunt.

Nota. In officinis pharmacevticis Galliae, Italiae, Hiſpaniae, Tamarix gallica Linn. recipitur.

Obſ. In arbuſtis Carlsruhanis, Schwezingenſibus et Mannhemienſibus hoſpitatur:

TAMARIX gallica floribus pentandris. Linn.

CLVII. CORRIGIOLA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 516.

Calyx pentaphyllus: *foliolis* ovatis, concavis, patentibus, perſiſtentibus. *Corolla* petala quinque, ovata, vix calyce majora. *Germen* ovatum, trigonum. *Stylus* nullus. *Stigmata* tria. *Nux* parva, rotundato trigona, calyce tecta, unilocularis, evalvis. *Semen* unicum, ſubgloboſum, funiculo filiformi é baſi nucis ad apicem præditum.

Polygonifolia floribus et femi
ramulis acervatim congef
app. 95. *t.* 3. — *Mapp. fl.*

Alfine paluftris minor, foli
pens, floribus parvis, race
ctis, albis, rofaceis. *Lind
Alfat. p.* 115. *t.* 2. C.

Polygonum littoreum minus,
ceo-albicantibus. *Bauh. p
prodr. p.* 131.

Anthyllis linifolia flore albo
Barrel. Icon. 532.

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 334. —
Handb. t. 85.

Germ. Uferlingenkraut. Seekn

Gall. Corrigiole littorale.

Hab. Ad fluvii *Rench* arenofa
kirch; in humidiusculis lapido
bach ad viam verfus *Appenw*

Flor. Junio, Julio, Augusto. *Semina* Septembri, Octobri maturat. ☉

Caules palmares, pedales et longiores, decumbentes, debiles, articulati, filiformes, glabri, pauci, subdichotomi. *Folia* radicalia in rosulam subcongesta, obovali-lanceolata, subcarnosa, glauca; caulina sparsa, alterna, subsessilia, lineari-lanceolata, angustiora, omnia integerrima. *Stipulæ* parvae, membranaceae. *Flores* racemoso-fasciculati, caulem ramosque terminantes, albidi. *Bracteæ* setaceae.

Nota. Individua ad mare mediterraneum passim in Gallia meridionali et Hispania lecta nostratibus simillima; floribus plus minusve pedunculatis quandoque fere sessilibus praedita sunt.

Obs. Linnaeus solummodo unicam hancce speciem allegat.

In Cataloniae et Arragoniae collibus argillaceo-calcareis, lapidosis, asperis ficcioribus longe a mare dissitis legi Corrigiolae hucususque nondum descriptae speciem: foliis radicalibus cuneiformi lanceolatis, caulinis ellipticis, ramis aphyllis trifidis erectis, caulibus procumbentibus.

Individua hujus in horto botanico Carlsruhano ex seminibus obtenta, constantissima radice perenni ramosa prædita, permanserunt.

CLVIII. ALSINE.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 518.

Calyx pentaphyllus: *foliolis* concavis, oblongis, acuminatis. *Corolla* petala quinque, aequalia, calyce longiora. *Germen* subovatum. *Capsula* ovata, unilocularis 3 aut 6 valvis, calyce tecta. *Semina* plurima subrotunda.

nef. inſt. p. 242. — Mapp.

Alſine tertia media. Taberne Icon.

Icon. Curtis. fl. Lond. — Oe 525. — Schkuhr. bot. Handb

Germ. Hünerdarm. Gemein Vogelkraut.

Gall. Morgeline des oiſeaux.

Hab. Utrinque in hortis, ole agris, ruderatis, ſepibus abu

Flor. fere per totum annum. ⊙

Caulis palmaris, pedalis et cumbens, filiformis, unifariam vil moſus, ſucculentus. Folia opp petiolata, cordato - ovata, villoſi ad baſin latiores, ciliati. Flores dunculati, uniflori, erecti, defl demum erecti. Corollæ albae, p bifida. Stamina ſaepe tria, quan

Tota plantula præfertim in folo pingui, fucculenta ;. ingillis imprimis canarienfibus, pafferibus, pullis gal- aceis gratus cibus.

TETRAGYNIA.

CLIX. PARNASSIA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 523.

Calyx quinquepartitus: laciniis oblongis, atentibus, perfiftentibus. *Corolla* petala quin- ue, fubrotunda, ftriata, concava, patentia. *ectaria* quinque: fingulum fquama cordata, oncava, radiis 13-16 per marginem gradatim tioribus inftructa, quibus fingulis globus in- det (feu tripartitum, radiis aequalibus globuli- eris). *Germen* ovatum, magnum. *Stylus* nul- is, cujus loco foramen. *Capfula* tetragono- vata, unilocularis, quadrivalvis. *Semina* plu- ma, cylindrica.

78. Parnassia *paluftris* caule fimplici unifolio unifloro.

Parnaffia *paluftris. Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 391. *Pollich. fl. palat. n.* 316. — *Hall. ftirp. helv. n.* 832.

Parnaffia paluftris et vulgaris. *Tournef. inft. p.* 246. — *Mapp. fl. Alf. p.* 231.

Gramen Parnaffi albo fimplici flore. *Bauh. pin. p.* 309.

Gramen Parnaffi Dodonæo, quibusdam Hepaticus flos. *Bauh. hift.* 3. *p.* 537.

Hepaticus flos. *Tabernæmont. p.* 527. *Ic.*

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 584. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 86.

Germ. Weisse Leberblume. Einblatt.

Gall. Parnas des marais.

Hab. Passim in pratis uliginosis etiam siccioribus non infrequens. Prope *Durlach am Eisenkessel*; prope *Dachsland* in pratis; circa *Rastadt* prope *der Favorite; auf dem Kaiserstuhl*, et alibi in pratis cis et transrhenanis hinc inde frequens.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri et Octobri maturat. ♃

Radix fibrosa, albida. *Caulis* palmaris, pedalis, vix altior, erectus, anguloso-sulcatus, glaber, simplex, uniflorus. *Folia* radicalia petiolata, cordato aut subrotundo-ovata, integra, glabra, venosa, firmiuscula. *Caulinum* folium unicum, infra caulis medium, sessile, amplexicaule, radicalibus simile. *Flos* terminalis unicus, erectus. *Corolla* alba. *Nectaria* pulcherrima.

Pharm. Hepaticæ albæ *s.* Parnassiæ *Herba; Flores.*

(planta hodie in medicina fere exoleta.)

Planta leniter adstringens amariuscula. olim ad hæmorrhagias narium sistendas, maxime autem ad potiones vulnerarias commendabatur.

Flores apibus mel largiuntur. Ubi abundanter venit, semper loca spongiosa, uliginosa indicat.

PENTAGYNIA.

CLX. STATICE.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 527.

Flores in capitulum congesti. *Perianthium* commune bracteatum, rigidiusculum. *Calyx* proprius monophyllus, infundibuliformis: *limbo* integro plicato scarioso. *Corolla* infundibuliformis. *Petala* quinque, basi coalita, inferne angustata, superne latiora, obtusa, patentia. *Stamina* quinque, *filamenta* basi coalita. *Capsula* oblonga, membranacea, unilocularis, evalvis, quinquecuspidata. *Semen* unicum, oblongum, e longo funiculo pendulum.

479. STATICE *Armeria* scapo simplici capitato, foliis linearibus. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 394. — *Pollich. fl. palat. n.* 317. — *Hall. stirp. helv. n.* 835.

Statice Lugdunensium. *Tournef. inst. p.* 341.

Limonium aphyllocaulon gramineum globosum. *Moris. hist.* 3. *p.* 601. *Sect.* 15. *t.* 1. *f.* 29.

Caryophyllus montanus major flore globoso. *Bauh. pin.* 211.

Gramen marinum minus. *Tabernæmont. p.* 539. *Icon bona.*

Icon. Schkuhr. bot. Handb. t. 87.

Germ. Nägleingras. Sandnelke.

Gall. Gazon d'Olympe.

Hab. In Palatinatu Badensi inter *Ladenburg*, *Weinheim* et *Lorsch* ad vias et in pascuis sabulosis sterilibus abunde post *Pollichium* vidi. In Principatu superiore in sabulosis prope *Constanz* et *Petershausen* rarius.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri maturat. ♃

Radix praelonga, fibrosa. *Scapi* plurimi, palmares, pedales et altiores, erecti, teretes, nudi, capitulo florum terminati. *Folia* radicalia cespiticia, linearia, angusta, carinata, integra, glauco-viridia, scabriuscula, firma. *Flores* scapum terminantes, in capitulum subrotundum digesti. *Petala* rosea, aut pallide rubella. *Bractea* infra capitulum tubulosa, scariosa.

Pharm. STATICE *Folia.*
(hodie in medicina exoleta).

Folia leniter adstringentia, olim desiccandi causa nec non in hæmorrhagiis maxime, præsertim a Dalechampio commendabantur.

Flores apibus mel largiuntur.

Planta ob cespitem densum, radicesque repentes ad sabulum figendum egregia.

Ob flores et cespites amœnos hinc inde Buxi loco, in hortis colitur.

CLXI. LINUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 528.

Calyx pentaphyllus, lanceolatus, erectus, parvus, persistens. *Corolla* infundibuliformis. *Petala* quinque, oblonga, superne sensim latiora, obtusa, patentiora. *Germen* ovatum.

Capsula globosa rude pentagona, decemlocularis, quinquevalvis. *Semina* solitaria ovato-acuminata, planiuscula, glabra.

Nota. Radiolae quinta pars numeri eximitur.

† *Foliis alternis.*

480. Linum *usitatissimum* calycibus capsulisque mucronatis, petalis crenatis, foliis lanceolatis alternis, caule subsolitario. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 397. — *Hall. stirp. helv. n.* 836.

Linum arvense. *Bauh. pin.* 214. — *Tournef. inst. p.* 339. — *Mapp. fl. Alf. p.* 178.

Linum sylvestre, sativum plane referens. *Bauh. hist.* 3. *p.* 452.

β. Linum sativum. *Bauh. pin. p.* 214. — *Tournef. inst. p.* 339.

Linum sativum vulgare cœruleum. *Lobel. Icon.* 412.

Linum. *Tabernæmont. p.* 1205. *Icon.*

Icon. Regnault. bot.

Germ. Gemeiner Flachs. Lein.

Gall. Line cultivée.

Hab. Passim inter segetes, in arvis pratisque non infrequens. β. colitur in agris.

Flor. Majo, Junio, Julio. *Semina* Augusto, Septembri maturat. ⊙

Radix fibrosa. *Caulis* sesquipedalis, bipedalis et altior, erectus, tenuis, superne plerumque ramosus. *Folia* alterna, sparsa, lanceo-

lata, glabra. *Flores* terminales. *Petala* subcrenulata, speciosa, caerulea quandoque albida. *Calycis* foliola acuminata. *Capsulae* acuminatae. *Semina* ovato-oblonga, apice sensim attenuata, compressa, nitida, e luteo-fusca, seu olivacea.

Pharm. LINI SATIVI *Semina.*

Semina continent mucilaginosum oleum. Oleum ex seminibus non rancidis expressum, ingratum, frigore non cogitur, hinc facile rancorem contrahit. Emollientes, laxantes, deobstruentes virtutes efficacissimas praesertim in passione Iliaca, et in Volvulo una cum balneis tepidis frequenter adhibitis exercet.

Seminibus Lini et fructubus Ficus contusis Croco officinali mixtis, Cataplasmatis forma in Colica à refrigerio orta, in Catalonia utuntur.

Vernicem eximiam ex oleo Lini parant incolae tractus Sibiriae circa Newjansk, quam variis utensilibus cupreis, ferreis et ligneis, ut vasculis pro Thea, pateris etc. obducunt. Compositionem methodumque applicandi, docuit Ill. Pallas Reise durch versch. Provinzen des russischen Reichs. T. 2. p. 187.

Lini multifarium usum pro filis et linteaminibus vastissimum, praetereo.

Flores apibus mel largiuntur.

Nota. Byssina vestimenta, quae in sacris litteris memorantur, linea praestantiora fuisse, docet Celsius. Hierobotan. P. 1. p. 89. 169. 283. P. 2. p. 507.

481. LINUM *tenuifolium* calycibus acuminatis, foliis sparsis, lineari-setaceis, retrorsum scabris. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 398. *Pollich. fl. pal. n* 318.

Linum foliis linearibus, calycibus longe aristatis. *Hall. stirp. helv. n.* 838.

Linum sylvestre angustifolium, floribus di-

lute purpurascentibus vel carneis. *Bauh. pin. p.* 214. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 178.

Linum ſylveſtre tenuifolium. *Tabernæm. p.* 1207. *Icon.*

β. Linum ſylveſtre, anguſtis et denſioribus foliis, flore minore. *Bauh. pin. p.* 214. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 178.

Icon. *Jacqu. fl. Auſtr. t.* 215.

Germ. *Dünnblättrigter Lein.*

Gall. *Line à fevilles menues.*

Hab. Paſſim in collibus aridis ſiccis calcareo-argilloſis, nec non ſabuloſis aſperis. Prope *Grötzingen, Berghauſen*; in vinearum collibus *am Thurnberg* et alibi paſſim. In Marggraviatu ſuperiore in arvis editis prope *Niederweiler* et *Oberweiler*; circa *Lörrach* et in monte citra *Crenzach*. In Principatu ſuperiore in collibus aridis prope *Oeningen* et *Ueberlingen*. In Palatinatu circa *Dürckheim, Calſtadt, Umſtein, Herxheim* in vinearum collibus ſiccis cum Stipa *pennata* abunde, teſte *Pollichio*. In Sponhemia in collibus prope *Martinſtein* et *auf der Abtey* cum Melica *ciliata* et Stipa *pinnata*. In Alſatia prope Argentinam *auf der Ganſau* prope *Mittelhausbergen* in collibus et arvis.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Auguſto maturat. ♃

Radix fibroſo-ramoſa, albida. *Caulis* palmaris, pedalis et altior, erectus, quandoque ad terram decumbens, rigidiusculus, e baſi ſtatim ramoſus. *Folia* alterna, ſparſa, lineari-lanceolata, anguſta, deorſum ſcabra, ex glauco-

inferiora magis approximata, breviora ...rminales. *Corollæ* ſpecioſæ, ex vio... bellæ, venoſæ, quandoque albidæ ...oliola peracuta, margine et apice ſpi... ciliata.

. LINUM *auſtriacum* calycibus rotundatis obtuſis, foliis linearibus acutis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 399. — *Pollich. fl. pal. n.* 319.

Linum ſylveſtre anguſtifolium, foliis rarioribus. *Bauh. pin. p.* 214. — *Tournef. inſt. p.* 340.

Linum ſylveſtre ſecundum. *Tabernæmont. Icon.* 822.

Icon. Jacqu. fl. Auſtr. t. 418.

Germ. Oeſtreichiſcher Flachs.

Gall. Line de l'Autriche.

Hab. In ſylvis ſegetibus in arvis arenoſis inter *Benzheim* et *Darmſtadt* teſte *Pollichio.*

Flor. Junio. *Semina* Auguſto maturat. ♃

Caulis 2-3 pedalis, erectus. *Folia* alterna lineari-lanceolata, læte viridia. *Flores* terminales. *Corollæ* ſpecioſæ, pallide cæruleæ, venis ſaturatioribus pictæ. *Petala* integerrima. *Calycis* foliola ovata, obtuſa.

Nota. Lino ſativo primo aſpectu ſimillima, a quo tamen petalis integris, calycibus apice rotundatis, foliis magis a ſe invicem diſtantibus diſtinguitur.

†† *Foliis oppositis.*

483. LINUM *Catharticum* foliis oppositis, ovato-lanceolatis, caule dichotomo, corollis acutis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 401. — *Pollich. fl. palat. n.* 320.

Linum foliis conjugatis, ovatis, calycibus aristatis, patulis, lanceolatis. *Hall. stirp. helv. n.* 839.

Linum pratense flosculis exiguis. *Bauh. pin. p.* 214. — *Tournef. inst. p.* 340. — *Mapp. fl. Alf. p.* 178.

Alsine verna glabra flosculis albis vel potius Linum minimum. *Bauh. hist.* 3. *p.* 455.

Icon. Curtis. fl. Lond. — *Oeder. fl. Dan. t.* 851. — *Blackw. herb. t.* 368. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 87.

Germ. Purgierlein.

Gall. Line purgative.

Hab. Utrinque in pratis, locisque gramineis, pascuis succulentis frequens.

Flor. Junio, Julio. *Semina* Augusto, Septembri maturat. ☉

Radix filiformis, tenuis, apicem versus fibrillosa, albida. *Caulis* palmaris, pedalis, erectus, quandoque decumbens, filiformis, glaber, superne dichotomus: *Ramis* patulis. *Folia* opposita, sessilia, ovato-acuminata, integerrima, glabra, erecta, parvula; inferiora magis appoximata. *Flores* terminales. *Corollæ* parvæ, albidæ, quandoque pallide luteæ. *Petala* cuneiformia, obtusa, calyce longiora.

Variat. Staminibus et Piſtillis quatuor, Capſulaque quadrivalvi.

Pharm. LINI CATHARTICI *Herba.*

Herba amara, ſubnauſeoſa, virtutes ſine moleſtia alvum laxantes exercet; ſive ſiccatae Drachmam ſumſeris, ſive manipulum ſero lactis, vel aqua per noctem infuderis, et mane biberis. Linn. Amoen. Acad. vol. VII. p. 300.

Hibernis olim familiare medicamen fuit, et nonnullis Anglis in occidentali plaga degentibus. Moriſ. hiſt. plant. 2. p. 575.

Plantula in medicina a noſtratibus plane neglecta.

484. LINUM *Radiola* foliis oppoſitis, caule dichotomo, floribus tetrandris, tetragynis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 402. — *Pollich. fl. pal. n.* 321.

Linum tetrapetalon, caule ramoſiſſimo dichotomo. *Hall. ſtirp. helv. n.* 840.

Radiola *Linoides. Roth. fl. germ.* 2. *p.* 199.

Radiola. *Dill. Gieſs. app.* 127. *t.* 7. — *Ephem. Nat. Cur. cent. V. VI. app. t.* 9.

Chamælinum vulgare. *Vaillant. bot. pariſ.* 33. *t.* 4. *f.* 6.

Linocarpon ſerpylli folio, multicaule et multiflorum. *Michel. gen.* 23. *t.* 21. — *Mapp. fl. Alſ. p.* 178.

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 178.

Germ. Kleinſter Lein.

Gall. Line multiflore.

Hab. In paſcuis arvisque ſabuloſis demiſſioribus, ad ſtagnorum in ſabuletis marginalia.

In Marggraviatu superiori ad *Wiesæ* fluvium teste *Hallero*. In Alsatia prope Argentinam in sabulosis agris *in der Ruprechtsau* hodie perraro; prope *Hagenau* ad stagna profundiora Trapa *natante* repleta, maxima in abundantia vidi. In Principatu superiore prope Insulam *Reichenau* in loco deserto sabuloso humidio *auf der Schoflen* dicto, nuperrime sed rarius vidi. In Palatinatu circa *Lautern* in arvis et pratis sabulosis cum Centunculo *minimo* frequenter occurrit: e.gr. prope *dem Thierhäuschen*, supra *dem Brug* in monte *imperiali*, teste *Pollichio*.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Augusto, Septembri maturat. ⊙

Radix filiformis, tenuis, fibrillulis quibusdam prædita, albida. *Cauliculus* uncialis, vix biuncialis, erectus, filiformis, tenuis, glaber, cinereo-rubellus, pulcherrime dichotomus, ramosissimus. *Folia* opposita, sessilia, ovata, acuta, integra, glabra, parva. *Flores* minuti, dichotomiam terminantes, copiosi. *Calyx* 4 phyllus, longitudine corollæ, foliola 2-3 fida. *Petala* quatuor, subrotunda, exigua albida. *Stamina* et *Styli* quatuor. *Capsula* rotunda, octovalvis, octolocularis.

Plantula pulcherrima, loca sterilia sabulosa obducit, bulumque figit.

CLXII. DROSERA.

Linn Gen. pl. ed. Schreb. n. 531.

Calyx monophyllus, quinquefidus, acutus, erectus, persistens. *Corolla* quinquepetala, infundibuliformis: *petala* subovata, obtusa, calyce

paulo majora. *Germen* subrotundum. *Styli* quinque (in nostratibus 6 interdum 7-8 *Schkuhr. l. c.*) *Capsula* subovata, unilocularis, apice tri seu quadrivalvis. *Semina* plurima, ovali cylindrica, glabra, minima.

485. DROSERA *rotundifolia* scapis radicatis, foliis orbiculatis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 402. — *Pollich. fl. pal. n.* 322.

Rorella caule nudo paucifloro, foliis petiolatis subrotundis. *Hall. stirp. helv. n.* 834.

Ros Solis folio subrotundo. *Bauh. pin. p.* 357. — *Tournef. inst. p.* 245. — *Mapp. fl. Alf. p.* 270.

Rorella minor prima. *Tabernæm. p.* 1202. *Icon.*

Icon. Bulliard. herb. t. 181. — *Oeder. fl. Dan. t.* 1028. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 87. — *Blackw. herb. t.* 432.

Germ. Rundblättrigter Sonnenthau.

Gall. Rose du Soleil à feuilles rondes. Herbe de la goute.

Hab. In stagnis Sphagno *palustri* repletis et turfosis. *Auf dem Kaltenbrunn, am Horn und Mummelsee*; et *auf der Herrnwiese* cum *Sphagno*, Empetro *nigro*, Vaccinio *uliginoso* Andromeda *polifolia* et Lichene *Islandico* speciosissimo. In Marggraviatu superiore in Insula Sphagno constructa natante turfosa *auf dem Nonnmattweyher.* In Alsatiæ turfosis *auf dem Ottilienberg* cum

Osmunda *regali! auf dem Hochgebürg Hochfeld, am schwarzen See* cum Vaccinio *Oxycocco*; in montosis tursosis prope *Bussweiler* et *Pfaffenhofen*; in uliginosis prope *Hagenau* abunde. In Principatu superiore in turfosis prope *Wollmadingen* cum Eriophoro *vaginato* et Andromeda *polifolia*. In Palatinatu in pratis paludosis Sphagno et Hypno repletis circa *Lautern* abunde, teste *Pollichio*.

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri et Octobri maturat. ♃

Radix tenuissime fibrillosa, fusca. *Scapus* digitalis, palmaris et altior, erectus, teres, nudus, fusco-rubellus, simplex. *Folia* radicalia in rosulam digesta, rotunda, obtusa, in petiolum decurrentia rubella, margine et in disco pilis rubellis roridis obsessa, inferne glabriuscula, ex viridi albo rubicunda. *Flores* subracemoso-spicati, terminales, secundi, 5-6-8-12 alterni, breviter pedunculati. *Corollæ* albidæ, parvæ. *Styli* sex, interdum septem, octo. *Stigmata* rotundata. *Capsula* in individuis stylis sex præditis trivalvis, in aliis quadrivalvis. *Semina* cylindrica.

Pharm. ***Roris Solis s. Rorellae Herba.***

(Hodie fere in medicina exoleta).

Planta acriuscula, adstringens. Succus exsudans ex pilis mollibus foliorum, illitus, verrucas clavosque tollere, prædicatur. Olim contra Epilepsiam et ad prolongandam vitam maxime commendabatur.

Aquæ per alembicum destillatæ flavus vel aureus color evadit.

Alchimico et magico usu olim maxime famosa.

Nota. Ubi in abundantia et præcipue cum Sphagno

palustri et Eriophoro polystachio obvenit, semper loci turfosi index.

486. Drosera *longifolia* scapis radicatis, foliis oblongis. *Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 403. *Pollich. fl. pal. n.* 323.

Rorella foliis ellipticis, caule nudo pauci-floro. *Hall. stirp. helv. n.* 833.

Ros Solis folio oblongo. *Bauh. pin. p.* 357. *Tournef. inst. p.* 245. — *Mapp. fl. Als. p.* 270.

Ros Solis major seu longifolius. *Barrel. Icon.* 251. *n.* 11.

Rorella minor secunda. *Tabernæmont. p.* 1202. *Icon.*

Icon. Oeder. fl. Dan. t. 1093. — *Schkuhr. bot. Handb.*

Germ. Langblättrigter Sonnenthau.

Gall. Rosée du Soleil à feuilles longes.

Hab. In iisdem cum præcedente regionibus, sed rarior. Ad stagna in turfosis prope *Hagenau* maxima in abundantia vidi.

Flor. Junio, Julio, Augusto. *Semina* Septembri, Octobri maturat. ♃

Simillima præcedenti, a qua distinguitur. *Scapis* brevioribus. *Foliis* oblongis. *Stylis* rarius sex, sæpissime septem vel octo. *Stigmatibus* bi-tridentatis. *Capsulis* sæpissime quadrivalvibus. *Seminibus* minutis ovalibus.

Obs. Conf. acutissimum Schkuhr. l. c. p. 259. qui fructificationis partes utriusque speciei egregie enucleavit, ita ut pateat optime earum diversitas.

Proprietates hujus et præcedentis eædem.

CLXIII. CRASSULA.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 533.

Calyx quinquefidus, laciniis lanceolatis, analiculato - concavis, acutis, perſiſtentibus. *Corolla* petala quinque, unguibus rectis coniiventibus; limbus ovatus reflexo-patens. *Netaria* quinque: ſingulum ſquamula minima, emarginata, baſi germinis extrorſum annexa. *Capſulæ* ſubquinque, oblongæ, acuminatæ, ectæ, longitudinaliter introrſum dehiscentes. *Semina* plura, parva.

187. CRASSULA *rubens* foliis fuſiformibus ſubdepreſſis, cyma quadrifida, folioſa, floribus ſeſſilibus, ſtaminibus reflexis. *Linn. Syſt. veg. p.* 306. — *Allion. fl. Pedem.* 2. *p.* 123.

Craſſula *rubens* foliis ſparſis ſemicylindricis glabris, floribus lateralibus ſolitariis ſubſeſſilibus, ramis villoſis *Aiton. hort. Kew.* 1. *p.* 397.

Sedum *rubens. Linn. Sp. pl.* 1. *p.* 619.

Sedum calyce breviſſimo, floribus pentandris, ramis quaternis, interne alternatim floriferis, foliis ſeſſilibus. *Villars. fl. Delph.* 3. *p.* 681.

Sedum caule hirſuto, ramis ſimplicibus, floribus in alis ſeſſilibus. *Hall. ſtirp. helv. n.* 960.

Sedum foliis ſubcylindricis, obtuſis, alternis, caule erecto, cyma horizontali. *Gerard. fl. gallopr. p.* 428. *n.* 8.

Sedum arvense flore rubente. *Bauh. pin.* 283. — *Tournef. inst. p.* 265. — *Mapp. fl. Alf. p.* 285. — *Sequier. plant. Veron.* 1. *p.* 461. *n.* 5. — *Lachenal. Act. Helv.* 7. *p.* 331. *t.* 11.

Germ. *Röthlichtes Dickkraut.*

Gall. *Grassule rugeatre.*

Hab. In agris inter Basileam et *Riechen*; in agris Huningensibus teste *C. Bauhino* et *Lachenalio*; inter segetes *auf dem Binfeld*; circa *Gundeldingen*; copiose etiam in agris *auf der Rüttihardt* vidit nuperrime *Zeyherus.*

Flor. Julio, Augusto. *Semina* Septembri maturat. ☉

Radix fibrillosa, albida. *Caulis* digitalis, palmaris, erectiusculus, teres, glaber, rubellus, foliosus, ramosus. *Rami* alterni, superne divisi, quaterni, quini, seni, erecti, apice curvati, demum patentes. *Folia* caulina sparsa, sessilia, semiteretia, cinereo-glauca, apice attenuata, rubella, novem lineas longa; ramea alterna, remotiuscula, breviora. *Flores* in ramis inter folia sparsi, subsessiles, solitarii. *Calyx* profunde quinquepartitus, laciniis ovatis, acutis, convexis, subvillosis, carnoso-succulentis, vix lineam longis, rubellis. *Corolla* quinquepetala: petalis lanceolatis, aristatis, albis, carina extus villosiuscula rubente notatis, calyce triplo fere longioribus. *Nectaria* quinque minima, squamulas mentientia, basi germinis extrorsum annexa. *Stamina: Filamenta* quinque, perraro decem. *Antheræ* rotundæ, rubellæ. *Germina* quinque subsetosa, in stylos quinque subulatos abeuntia, longitudine staminum. *Stigmata* ro-

tunda, parva. *Capsulæ* quinque, subulatæ, stellatæ, rubellæ.

Obs. Plantam eandem, quamvis omnibus partibus minorem, ad Pyrenæorum agros in Catalonia passim vidi.

Planta ex seminibus in horto botanico culta, major et ramosior, magis succulenta, minus rubella evasit. Stamina in individuis hortensibus semper quinque; Germina sæpissime quinque, rarius sex ad novem numeravi.

POLYGYNIA.

CLXIV. MYOSURUS.

Linn. Gen. plant. ed. Schreb. n. 538.

Calyx pentaphyllus: *foliolis* semilanceolatis, obtusis, reflexis, supra basin annexis, coloratis, deciduis. *Corolla* petala quinque, calyce breviora, minutissima, basi tubulata, oblique introrsum aperta. *Filamenta* 5-12, longitudine calycis. *Germina* numerosa, receptaculo in formam conico-oblongam elongatam insidentia. *Styli* nulli. *Semina* plurima, (singulum in capsula bivalvi, longitudinaliter dehiscente inclusum *Schkuhr. l. c.*) in receptaculo longo disposita, ovata, compressa.

488. MYOSURUS *minimus* foliis integerrimis. *Linn. Syst. veg. p.* 308. — *Pollich. fl. pal. n.* 324. — *Hall. stirp. helv. n.* 1159.

Ranunculus gramineo folio, flore caudato, seminibus in capitulum spicatum conge-

ſtis. *Tournef. inſt. p.* 293. — *Mapp. ſl. Alſ. p.* 259.

Holoſteo affinis cauda muris. *Bauh. pin. p.* 190.

Cauda muris. *Tabernæmont. p.* 552. *Icon.*

Icon. Curtis. ſl. Lond. t. 251. — *Oeder. ſl. Dan. t.* 406. — *Schkuhr. bot. Handb. t.* 88.

Germ. Mausſchwanz. Mäuſegras.

Gall. Ratoncule mineure.

Hab. Utrinque præcipue in agris arenoſis humidiusculis cis et transrhenanis.

Flor. Majo, Junio. *Semina* Junio, Julio maturat. ⊙

Radix fibroſa albida. *Scapi* e radice plures, unciales, digitales, erecti, ſimpliciſſimi. *Folia* radicalia numeroſa, linearia, integra, obtuſa, ſubcarnoſa, glabra, læte viridia. *Flos* terminalis, ex viridi flaviusculus. *Thalamus* longe cylindricus, caudæ muris ſimilis, viridis. *Stamina* quinque, et ſæpius plura.

Pharm. CAUDAE MURINAE *Herba.* (hodie in medicina exoleta).

Planta acriuscula, leniter adſtringens, olim in alvi fluxibus, et in gargariſmatibus commendabatur.

Finis Tomi primi.